PERKINS LIBRARY

Duke University

Rare Books

c/xm

√ [illegible]

6.42

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/daniеliseberhard00bari

DANIELIS EBERHARDI BARINGII

CLAVIS DIPLOMATICA,

SPECIMINA
VETERVM SCRIPTVRARVM TRADENS,
ALPHABETA NIMIRVM VARIA, MEDII AEVI
COMPENDIA SCRIBENDI, NOTARIORVM
VETERVM SIGNA PERPLVRA, CET.
SINGVLA
TABVLIS AENEIS EXPRESSA.

PRAEMISSA EST
BIBLIOTHECA SCRIPTORVM REI DIPLOMATICAE.

ITERATA HAC EDITIONE
SIC AB AVCTORE RECOGNITA, EMENDATA
AC LOCVPLETATA,
VT
NOVVM OPVS
VIDERI POSSIT.



HANOVERAE,
SVMTIBVS HAEREDVM B. NIC. FOERSTERI ET FILII.
MDCCLIV.

Duplum bibliothecæ
Vnivers. Friburg. Brisg.

AVGVSTISSIMO SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE

PRINCIPI ATQVE DOMINO

DOMINO

GEORGIO SECVNDO

MAGNAE BRITANNIAE

FRANCIAE ET HIBERNIAE REGI

FIDEI DEFENSORI

BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCI

SACRI ROMANI IMPERII ARCHITHESAVRARIO

ATQVE ELECTORI

PATRI PATRIAE OPTIMO

REGI AC DOMINO SVO

LONGE CLEMENTISSIMO

417

RECVSAM HVIVS QVALISCVNQVE LIBELLI

EDITIONEM LOCVPLETATAM

EX PIO BEATI PARENTIS DESIDERIO

IN SVMMAM SVBIECTISSIMAE PIETATIS

TESSERAM

SACRAM ESSE AVDET

SACRAE REGIAE MAIESTATIS

ſubiectiſſimus humillimusque Seruus

EBERHARD IOANNES BARING

DANIELIS EBERHARDI FILIVS.

P R A E F A T I O,

IN QVA TVM DE REBVS AD REM DIPLOMATICAM FACIENTIBVS, TVM DE INSTITVTI RATIONE A G I T V R.

§. 1.

Nunquam putaui fore, vt Compendia ſcribendi, ſeu Abbreuiationes medii aeui, quas olim priuata induſtria in meum vſum congeſſi, lucem publicam viderent. Sed cum in itinere literario, potiſſimum per Electoratum et Ducatum Brunſuico-Luneb. comite itineris IO. GEORG ab ECKHARD, annis MDCCXXII. et MDCCXXIII. ſuſcepto ad exquirenda Diplomata, et antiquitatis Monumenta, quae Hiſtoriam Brunſuico-Luneburgicam illuſtrant, Luneburgi et doctiſſimum IO. HENRICVM BÜTNERVM, ampliſſimi Senatus ciuitatis Luneb. Secretarium et Bibliothecarium, conuenirem, ac viderem, et illum Abbreviationes lectu difficiliores, ex Diplomatibus et Notariorum veterum inſtrumentis, notaſſe; maiori adhuc induſtria ſcriptionis compendia in Diplomatibus occurrentia obſeruaui, ac genuinam lectionem ſollicite indagaui. Quum autem dicta compendia ſcribendi in dies augerentur, et hanc ego collectionem doctis quibuſdam viris atque amicis monſtrarem, alii Abbreviationes illas deſcribendas ſibi expetiuerunt, alii editionem iam tum ſuaſerunt. Subiit ergo cogitatio, me hoc qualicunque labore, et aliis inſeruire poſſe, ſi tabulis aeneis Abbreuiaturas iſtas Manuſcriptorum medii aeui exhiberem; qua de cauſa factum eſt, vt anno M DCC XXXV. meis exſcriptae ſumtibus, in lucem prodierint.

§. 2.

Erunt quidem nonnulli, qui hoc genus ſcripturae leue, nec ſatis dignum ſummorum virorum perſonis iudicabunt: interim tamen haec ſcriptiuncula ſua vtilitate, adderem et neceſſitate, iis cumprimis abunde ſe commendabit, qui veterum Diplomata ac Codices medii aeui legere, atque intelligere cupiunt, quibuſque non datum fuit tabulariorum [a]) ſcrinia perluſtrare, et hanc adire Corinthum. Singularem vero, quem Abbreuiaturarum notitia antiquis in Monumentis praeſtat vſum, prae ceteris docet IOHANN MICHAEL HEINECCIVS, *Libro de Veteribus Germanorum Sigillis, Part. II. C. II.* p. 186. *Magnum etiam vſum*, inquit l. c. *antiquitatum ſtudioſus capiet ex Compendiis Literarum, et vocibus Abbreuiatis, quae noſſe eius multum intereſt, qui antiqua Monumenta explicare cupit*; etc. Atque iſta *Compendia ſcribendi*, ſeu Abbreuiationes doctis quibuſdam Viris ac Maecenatibus non ingratas fuiſſe, paſſim expertus ſum, literiſque mihi fuit declaratum. Hinc et factum eſt, vt pauca illa exemplaria, quae typis exprimi curaueram, breui temporis ſpatio diſtraherentur. Cogitare ergo coepi de iterata editione, quam alio habitu, variis acceſſionibus auctam, ſub Tit. *Clauis Diplomaticae*, benevolo Lectori nunc iterum trado.

§. 3.

Quod autem huic opuſculo titulum *Clauis* praefixerim, partim ea de cauſa factum eſt, quod manuductionis inſtar ad lectionem et intelligentiam Diplomatum ac veterum Codicum eſſe poſſit; partim etiam aliorum exempla id ſuaſerunt; ſic enim nota eſt MATTHIAE FLACII *Clauis Scripturae Sacrae, hoc eſt, de Sermone S. litterarum recte cognoſcendo*, Baſil. 1567. 1580. 1629. et ex Edit. IO. MVSAEI, Ienae 1674. item ex recenſione THEODORI SVICERI, Lipſiae 1695. in folio. Non ita pridem FRIDERICVS WERNERVS edidit Praxin Theologiae exegeticae ſub titulo *Clauis Scripturae Sacrae, Lipſ.* 1736. in 8. Proſtat et *Clauis Regia Sacerdotum caſuum conſcientiae* GREGORII SAYRI Angli, *Monaſt. Weſtphaliae* 1628. f. Habemus etiam *Claues Iurisprudentiae Romanae*, *Auguſtae Vindelicorum* 1665. in duodecimo editae, item Claues Hiſtoriarum, v. gr. *La Clef du Cabinet des Princes*

a) Magna cura atque diligentia omni tempore aſſeruata ſunt tabularia: apud antiquos ſcriptores chartarum et archiuorum cuſtodes crebro nominantur *Chartophylaces*, de qua dignitate ANASTASIVS abbas et bibliothecarius prolixe agit, confer CAR. DV FRESNE in Gloſſario T. I. et edit. recent. T. II. item GERH. VON MASTRICHT in Hiſtoria iuris Eccleſiaſtici et pontificii, p. 377. Tabularia olim et alia cancellario concredita, cuius munus quale fuerit, ex AGATHIA *lib. I. de reb. Gothor.* diſcimus, qui luculenter illud l. c. deſcribit.

ces de l'Europe, ou Recueil Hiſtorique & Politique ſur les matieres du tems, in octauo: Incipit hic liber ab anno M DCC IV.: *Schlüſſel zur heutigen Hiſtorie* ab anno MDCCXIII-XV. in oct. Proſtat etiam IOH. DE RAY Clauis Philoſophiae naturalis, Lugd. Bat. 1654. ex offic. Elzeuir. in 4to. SAM. PATRIK Clauis Homerica ſ. Lexicon vocabulorum omnium, quae continentur in Homeri Iliade, et potiſſima parte Odyſſeae, cum breui de dialectis Appendice, nec non Mich. *Apoſtolii* prouerbiis Graeco-Latinis, Lond. 1742. In Talmudicis edita eſt R. ELIAKIM PANZI RHODIGINI מפתח הגמרת ſeu *Clauis Gemarica*, quam verſione Latina et notis illuſtrauit CHRISTOPH. HENR. RITMEIERVS, *Helmſt.* 1697. in 4. Haec Clauis Gemarica iterum prodiit adiuncta HENR. IACOB VAN BASHVYSEN Claui Talmudicae maximae, conſtans ex R. Ioſuae Leuitae libro etc. et R. Samuelis etc. cum verſione et praefatione L'EMPEREVRII, ſub nomine Clauis Talmudicae olim editis etc. Hanouiae in topographia orientali, 4. 1740. Nota etiam eſt Clauis Accentuationis Ebraicae ſequenti titulo: *Der endlich gefundene Haupt-Schlüſſel zur doppelten Kunſt der Ebraeiſchen Accentuation ausgefertigt von ADOLPH THEOBALD OVERBECK*, Braunſchweig 1716. in 8vo, vt taceam alios libros, qui loco manuductionis ſub titulo *Clauis*, editi ſunt. Hoc quidem opuſculum non ſiſtit Diplomata ipſa aeri inciſa, ſed inſpecturis veterum Scripturarum Monumenta ac Diplomata quaſi clauem quandam porrigit, vt adeo ad artem Criticam Diplomatum et veterum Codicum pertinere videatur.

§. 4.

Quanquam vero literarum vſus ſecundum PLINIVM [b]) aeternus, ſeu tam vetuſtus ſit, vt de eius determinata origine nil quicquam conſtare poſſit, fatentur enim docti quidam viri, homines diu ante Moſis aetatem [c]) literis

b) Naturalis Hiſtoriae libr. ſept. p. 413. lin. 7. T. I. editionis Ioh. *Harduini*, Pariſiis 1723. f. De Pliniana autem literarum aeternitate vide Thomae *Bangii* Coelum Orientis et priſci mundi, Hafniae 1657. in 4to. Exercitatione prima. Confer etiam Io. Dan. *Morhofii* Polyhiſt. Literar. Lib. IV. Cap. 1. et 2. L'Hiſtoire de l'Acad. Royale des Inſcript. et belles-lettres, Vol. V. ed. de Holl. p. 250. 251.

c) De Origine literarum ſigillatim vide G. *Paſchium* de Nouis inuentis, Ioh. *Oweni* Θεολογούμενα, Bremae 1684. Lib. IV. Cap. III. p. 281. ſqq. H. *Vrſini* Diſſert. de Literis primaeuis, quae Exercitationibus ipſius Miſcellaneis inſerta eſt. S. R. Iac. Frid. *Reimmanni* Hiſtoriam Literariam Ante-Diluuianam, p. 33. Item Guilielmi *Niceaults* Lib. VI. de Literis inuentis, Londini 1711. in 8. Egregius hic liber carmine Elegiaco eſt conſcriptus. Egit hac de re etiam Cl. Dn. Ioh. Frid. *Cotta*, ad locum Flauii *Ioſephi* Verſionis ſuae Germanicae huius percelebrati Iudaeorum Hiſtorici, quae multis acceſſionibus et annotationibus, item figuris aeneis, Tubingae 1736. in folio ſeq. prodiit titulo: *Flauii Ioſephi* des fürtrefflichen Jüdiſchen Geſchicht-Schreibers ſämtliche Wercke, ꝛc. vbi Lib. I. de Antiquitate Iudaeorum agens, et originem literarum Graecarum tangit, an illae a Cadmo

eſſe vſos: attamen hoc vere affirmare licet, quod circa literas et alphabeta pro ſeculorum reuolutionibus magna varietas inueniatur, quia ingenia ſemper fluctuant. Seculum autem variationem infert in ſcientiis, in rebus voluntatis, atque in rebus intellectus. Quum igitur ſecula tantam vim in animos hominum habeant, non mirandum, quod eam quoque in ſcriptura varianda demonſtrent, praeſertim cum nihil facilius, quam mutare manum. Hinc THOMAS BARTHOLINVS *Diſſert. V. de legendis libris p.* 139. *ſq.* appoſite loquitur: „Mutantur calami ſicut pilei, quot homines, tot vultus „ indiſcreti, tot manuum ſenſuumque differentiae, ſuo quisque genio litat, „ ſuoque modo et docet, et ſcribit. „ Atque haec variatio apparet partim ex materia cui inſcriptum eſt, partim etiam ex ipſis Characteribus, vel etiam ex forma ſcriptionis; quae fundamenta fere totam rem abſoluunt in arte diſcernendi MSta. Vt ita ex materia ac charactere Codicis MSS. Diplomatum ac Chartarum veterum, maxime de illarum antiquitate, niſi aliunde conſtet, iudicium ferendum ſit. Diplomaticae autem artis regulas ad diſcernenda Diplomata genuina a ſpuriis infallibiles eſſe, fidenter admodum aſſerit MABILLONIVS.

a Cadmo et Phoenicibus aduectae. Dn. *Cottae* verba *p.* 670. in Nota, lingua vernacula ita ſonant: Von dem erſten Erfinder der Buchſtaben ſind die Meynungen der Gelehrten ſehr unterſchiedlich. Petrus Lambecius ſchreibt die Erfindung derſelben dem Adam ſelbſt zu, *in Prodromo Hiſt. Litt. Lib. I. Cap. II.* Monſ. Jaquelot hat ſich in ſeinen *Diſſ. ſur l'Exiſtence de Dieu, Diſſ. I. Cap. XXIII.* viele Mühe gegeben, zu beweiſen, daß Moſes die Buchſtaben zuerſt von GOTT empfangen habe. Es hat auch der gelehrte Herr D. Heumann *in Actis Philoſoph. P. V. Cap. I.* §. 23. 24. zeigen wollen, daß die Schreibe-Kunſt zu derjenigen Zeit erfunden worden, da ſich die Nachkommen Jacobs in Aegypten aufgehalten, und mithin der Anfang der Hiſtoriae Literariae erſt von Moſe herzuleiten. Man conferire auch deſſen *Conſpectum Reip. Liter. p.* 28. *Edit. nov.* Andere haben desfalls andere Gedanken, ꝛc. Interim tamen primum hominem literarum eſſe inventorem, probabile exinde eſt, quia homo eſt inuentor linguae, et ſic neceſſario quoque auctor literarum conſtitui debet. Maius enim eſt, inuenire linguam, quam literas, dum quilibet homo aptus eſt, ad inueniendas literas ſiue notas, quibus ideas ſuas alligare poſſit. Procul dubio Adamus poſteris ſuis ſcientias et monita reliquerit, eaque literis declarauerit. Aſſeruantur in Bibliotheca Vaticana octo Columnae, de quibus perhibent, literas Adami eis inſculptas eſſe: atque hoc Alphabetum Adamiticum deſcripſit Laurentius *Schadaeus* et Halberſtadii edidit. Sed num dictae literae ſint eaedem ab Adamo inventae, de eo maxime dubito. Poſt creationem autem huius vniuerſi, omnia lapidibus inſcripta fuiſſe ſacrae paginae docent. Deus ter optimus maximus legem ſuam, Decalogum, tabulis lapideis inſcriptum, Moyſi tradidit. Hoc etiam patet ex libro Hiob Cap. XIX. v. 23. ſq. vbi exclamat: O! ſi quis daret, vt [i. e. vtinam] ſcriberentur ſermones mei - - ſtylo ferreo atque plumbo, in perpetuum - - בצור יחצבון in *rupe* inciderentur. Quidquid itaque primi homines vulgo vel poſteris notum eſſe volebant, in ſaxis ſcribebant: quae conſuetudo etiam poſt repertam papyrum diu durauit, obſeruante hoc ac multis teſtimoniis comprobante doctiſſimo quondam Galliae epiſcopo, *Petro Daniele Huetio*, in demonſtratione euangelica, propoſ. IV. cap. II. §. XV. p. 93. ſqq. Confer hic etiam M. Frid. Hannibal STEMPEL. diſſ. ad locum Flauii Ioſephi antiqu. Iudaic. lib. I. cap. III. *de Columnis Ante-diluuianis*, Ienae 1706. Praeclariſſ. Dn. Sven Bring, Hiſt. Prof. Ord. in Academia Gothorum Carolina, diſſ. I. de Chartis, Londini Gothor. 1746. ſcribit idpropter §. I. Lapi-

LONIVS [d]). Quanquam GERMONIVS [e]) artem illam pyrrhoniſmis ac ſcepticis ſuis rationibus conuellere tentauerit.

§. 5.

Ex quo igitur tempore Hiſtoriographis Sereniſſimae et Auguſtae Domus Brunſuico-Luneburgicae, ac praefectis Regiae et Electoralis Bibliothecae [f]) Hano-

a 3

pidibus, ſaxis et marmoribus antiquiſſima immo et recentia monumenta inſculpi adeo vulgare eſt, vt lippis et tonſoribus ſit obuium. Et ne dubitemus, de antiquo aeuo effecerunt ex ſolido marmore elaborata monumenta, quae edaci vetuſtati reſtiterunt et ad hodiernum ſeculum perdurant. Affert inſcriptionem C. H. Trotzius ad Herm. Hugonem de prima ſcribendi origine p. 87. qua probatur, imperatorum edicta marmoribus inciſa fuiſſe. Fulget in Theatro Oxonienſi Columna marmorea, cui antiquiſſimum foedus inter Smyrnenſes et Magneſios, quod circa 270. annum ante Chriſtum natum percuſſum, inſculptum eſt, quae etiam columna cum aliis marmoribus, nomine *Marmorum Arundelianorum* orbi erudito eſt cognita. Sane inuentum plane diuinum eſt propter ſummam vtilitatem.

d) De characteriſmis hiſce eorumque certitudine poſt MABILLONIVM in *Supplem. Lib. de Re Dipl. Cap. 4. §. 4.* et paſſim; confer etiam GOTTFR. *von* BESSEL *Chronicon Gottwicenſe* Tomo prodromo p. 79. ſq.

e) In *Diſcept. aduerſus Mabillonium prima* p. 42. et *Diſceptat. ſecunda cap. 5.* ſed vide, quae eidem ſolide repoſuit auctor Chronici *Gotwic.* l. c.

f) Primus huic Bibliothecae praefuit TOBIAS FLEISCHER, Francus, Sereniſſimi Principis Ioh. Friderici, Ducis Brunſuic. et Luneb. Secretarius, qui primus Bibliothecam hanc ordinauit, poſtmodum Regis Daniae et Norwegiae Conſiliarius. Secundus ordine fuit GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, Lipſienſis, qui Bibliothecae inde ab anno 1676. praefuit. Vitam huius viri longe Celeberr. multi ſcripſerunt. Semel iterumque illum conueni, nunquam autem quidquam deprehendi in victu eius aut amictu ſordidi. Refero enim, quae vidi. Vt ergo immerito poſt fata illum quidam docti viri carpere hiſce de rebus ſibi ſumant, eumque aliis de cauſis culpent. Praeſtat enim, vt de mortuis et abſentibus, viriſque bene meritis nil niſi bene dicatur, cum nemo ab omni labe immunis. M. Simon Frid. Loeffler, Leibnitii ex ſorore nepos, eius ex aſſe haeres 12000. imperiales ex haereditate accepit, cuius conſuetudine tunc temporis Hanouerae vſus ſum, ab eoque requiſitus fui, vt Catalogum bibliothecae Leibnitianae conficerem, quae poſtea Regiae atque Electorali Bibliothecae cum omnibus eius relictis Schedis ac MStis inſerta fuit. Interim ei in officio anno 1716. ſucceſſit IOH. GEORG ECCARD, Duinga-Hannoueranus, locus ob fictilia quae ibi fabricantur non incelebris. Placuit viro cuidam illuſtri, hanc, in priori editione Clauis dipl. a me indigitatam Eccardi patriam, in dubium vocare, atque Ioh. Mart. *Schamelio* auctore in Chron. Numburg. vt perhibetur, illum potius Thuringum fuiſſe, confidenter affirmauit. Hanc ob rem neceſſarium duxi, beneuolum lectorem hac occaſione de Eccardi noſtri patria paulo penitius edocere. Catharina Maria Baringia, *Eberhardi* Rectoris ſcholae Hanoueranae filia, mater fuit b. Eccardi, quam *Hans Caſpar Eckbard*, eius pater, (tunc temporis Duingae in praefectura Lauenſteinenſi principatus Calenbergici ſaltuarius ſupremus, quem vernacule Ober-Förſter vocamus) anno 1674. duxit. Vide quae cum maxime Reuer. I. C. HAREMBERGIVS in *Hiſtoria Eccleſiae Gandersh. diplom.* ad locum DVDINGE hodie *Duien* p. 1558. habet, tum ea quae idpropter in *Deſcriptione Salae principatus Calenbergici* p. 8. in nota monui, confer etiam ſi placet *Acceſſiones meas ad Hiſtoriam Scholaſticam Hannoueranam* in vita Eberhardi Baringii p. 68. Praeterea Dn. I. G. ECCARDVS in editione poëmatum, quae lingua vernacula ſeq. tit. emiſit: H. A. E. G. B. D. Poetiſche Nebenſtunden ꝛc. Braunſchweig 1721. 8. ipſe indicauit patriam ſuam. Literae enim initiales ita explicandae: H. Hans (i. e. Iohann ab Ebraeo יוחנן gratioſus, Huldreich) A. Ackermann (i. e. Georg a Gr. ὁ γεωργὸς, agricola) E. Eckhard, G (i. e. Gebürtig Von Duingen. Ex hiſce itaque a me prolatis puto liquido conſtare, Dn. *Eccardum* non Thuringum, ſed Hannoueranum fuiſſe; pater

Hanouerae manus dedi adminiſtras, in hoc officio inde ab anno MDCCXVIII. varios Codices et multa Diplomata Originalia ex viginti ſex Tabulariis deſcripſi, atque ex parte cum editis contuli, vt taceam ſexcenta alia. Hac occaſione ſollicite ſecundum annorum ſeriem notaui *Alphabeta* et Compendia ſcribendi medii aeui, quae vulgari nomine *Abbreuiationes*, ſeu *Abbreuiaturae* nominantur. Dantur autem Abbreuiaturae, ſeu Voces et Syllabae contractae tam *generales* ſiue *communes*, quarum vſus vbique aeque ab initio, atque in fine vocis eſt, quam *ſpeciales*, quae in auctore aliquo certo et Codice MSto, vel a ſcriba quodam hoc vel illo tempore vſurpatae ſunt, e. gr. Diplomata Henrici Leonis Bauariae et Saxoniae Ducis, quae ego quidem vidi annis 1175. et 1190. conſcripta, hoc plane ſingulare habent, quod duplici inſignita ſint ſigno Abbreuiationis, cuius exempla in Lexico Abbreuiationum ſe offerunt. Sic aliae Abbreuiationes reperiuntur in prima *Officiorum CICERONIS* g) editione, quae in membrana per PETRVM SCHEFFERVM 1465. nitide

pater vero eius natione Thuringus fuit, quod ipſe ECCARDVS in *Hiſt. Geneal. Sax. Superior:* p. 168. indicauit. Taceo reliqua, cum fatis iam ceſſerit. Noſtrum Eccardum interim anno 1725. excepit SIMON FRIDER. HAHNIVS Berga-Magdeburgicus. Frater Ioh. Frid. Chriſtoph Hahn vitam eius anno 1730. Latine edidit. E vita exceſſit anno 1729. d. 18. Cal. Febr. quo autem defuncto Bibliothecae Regiae ac Electorali praefectus fuit IOH. DAN. GRVBER, Ipsheimenſis Francus, patre piſtore, vt relatum accepi, genitus. Atque cum hic anno 1748. vitam cum morte commutaret, ei Calendis Auguſti ſucceſſit Ampliſſ. Dn. CHRISTIAN. LVDOV. SCHEIDIVS ICtus, Wurtembergenſis, Ioh. Scheidii conſil. ac praefecti in ſuperiori ditione Waldenburg filius. Vitam Dni Conſiliarii aulici Scheidii expoſuerunt Cl. *Moſerus* in Lexico ICtorum, item Chriſtoph *Weidlich* Parte II. der jetzt lebenden Rechtsgelehrten in Teutſchland, Merſeburg 1749. p. 411-418. Confer etiam *Zeidleri* Lexicon Vniuerſale. Sed de his praefectis Bibliothecae Regiae ac Electoralis, quos in praeſenti ſaltem indicaui, aliquando pluribus in Hiſtoria Bibliothecae Regiae.

g) Inter libros rariores et antiquiſſimos Bibliothecae Regiae et Electoralis Hanouerae monſtrari ſolent et dicta *Officia Ciceronis* membranis impreſſa. In fine huius perrarae editionis editor tanquam Problema addidit: *Preſens Marci Tullii clariſſimum opus Iohannes Fuſt Moguntinus Ciuis non atramento, plumali canna neque aerea; Sed arte quadam perpulcra Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum Anno MCCCCLXV. Petrus* ille *puer* proprie vocatur Petrus *Scheffer de Gernsheim*, qui etiam a nonnullis *Petrus Opilio de Gerensheim* dicitur. Simile exemplar Officiorum Ciceronis aſſeruatur Helmſtadii in Bibliotheca Academica, ſed annus impreſſionis in illo eſt MCCCCLXVI. Huius editionis mentionem quoque facit PAVLVS PATER in Diſſertatione *de Typis literarum, earumque differentiis, Lipſiae* 1710. *p.* 4. *ſq.* Operae pretium erit ipſa auctoris verba in medium adducere: „Ex grandi, inquit, igitur „tot nominum agmine, illis principem aſſignari „locum poſſe cenſemus, qui IOHANNEM REGIOMONTANVM, Mathematicum ... commemorant, quos inter celebris et famoſiſſimus Scriptor Theodorus *Zwingerus*, qui teſtimoniis Auentini, Sabellici, et potiſſimum „Petri Rami innitens, hanc rem ita celebrat; „*Typographiae inuentio videtur in Purbachii tabulis ad IOHANNEM REGIOMONTANVM* referri, inter cuius opera ſaltem tentata ars illa mirifica, quae literarum formatrix appellatur. Neque Chronologiae repugnat, cum primum Typographiae exemplum „Moguntiae editum ſit, anno 1466. a Petro „Genſero puero Iohannis Fuſtei, vt conſtat ex „Ciceronis Officiis, quae prima omnium librorum videntur typis aeneis expreſſa. Horum „exemplar Petrus Ramus habet in membrana „impreſſorum, quae ad finem hanc adſcriptio-

„nem

nitide typis excuſa eſt, in forma quae quatuor abſoluitur foliis; aliae iterum in PVBLII VIRGILII *Bucolicis*, *Georgicis* etc. cum SERVII Commentariis ex Editione IOH. BAPT. EGNATII, Venetiis 1505. in 4to, is pariter ſcribae Abbreuiaturas vbique retinuit, eaſque typis exprimi curauit, ex quibus iudicare licet, hunc Codicem ceteroquin nitidum ſeculo decimo quarto deſcriptum fuiſſe. Notum eſt Latinos ſcripſiſſe noſtro more modoque; patet hoc

„ nem continent: *Preſens Marci Tullii clariſ-* „ *ſimum opus Iohannes Fuſt, Moguntinus Ciuis* „ *non atramento, plumatili canna, neque ae-* „ *rea, ſed arte quadam perpulcra, manu Petri* „ *de Gerensheim pueri mei feliciter effeci. Fi-* „ *nitum anno* 1466. *quarta die menſis Februarii.* „ Haec inſcriptio ad calcem in aliquibus differt ab illa, quam ſupra attuli ex noſtra editione, anno antiquiore. Huius editionis mentionem etiam fecit Cl. I. G. SCHELHORNIVS *Amoenitatum literariar. T. IX. Obſ. VII. de Primitiis typographicis* etc. *p. 979.* loco modo citato, citoque narrat: Harlemi vna cum *Speculo Humanae Salvationis Laurentii Coſteri* aſſeruari M. T. Ciceronis de Officiis et de legibus libros, chartis, aſt membranas aemulantibus, impreſſos, ex editione Moguntina. De eadem hac perrara editione Officiorum Ciceronis Ioh. Fuſt non ita pridem ſingulari ſtudio egit Cl. Dom. IOACHIM CHRISTOPH NEMEITZ im Fünften Theil ſeiner vernünfftigen Gedancken über allerhand Hiſtoriſche Critiſche und Moraliſche Materien, p. 192 - 197. n. IX. ſub tit. von der raren Ausgabe der Officiorum Ciceronis und der Paradoxen, im Jahr 1466. durch Iohann Fuſt zu Mayntz, ſimulque indicat exemplar, quod Petrus Ramus olim poſſedit, iam aſſeruari in Bibliotheca Palatina Bipontina. Recordor ex relatione Dn. Lamprechti, Sueui, ſe eandem editionem chartae impreſſam poſſidere, de veritate et huius editionis haud ergo dubitare licet. In eo tamen errat PAVLVS PATER, quod haec editio Officiorum Ciceronis ſit omnium librorum typis aeneis expreſſorum primum exemplum. Conſtat enim ex Michaelis MATTAIRE *Annalium Typographicorum T. I. Hagae Comitum* 1719. in 4. Pſalmorum Codicem iam anno 1457. per I. Fuſt et Schefferum Moguntiae Typis excuſum fuiſſe. Vtramque interim Offic. Cic. editionem MATTAIRE l. c. *p.* 60. recenſet, et *p.* 61. hiſtoriam huius libri ſequentibus claudit verbis: *Nequeo hic tacere quid de his primitiuis editionibus ſentiam, ſcilicet earum authoritatem aliis omnibus eſſe praeferendam, quippe quae ſola Manuſcriptorum Codicum fide nitatur.* De primis artis typographicae inuentoribus confer et Hamburgiſche gelehrte Berichte A. 1740. N. LXX. p. 606. ſqq. Ceterum memoratu digna ſunt, quae Comes Antonio *del Corno* in Hiſtoria vrbis Feltre, quam Lingua Italica Venetiis 1710. in quarto edidit, de primo inuentore artis Typographicae *p.* 124. narrat: Pamphilium ſcilicet *Caſtaldi* Poëtam Feltrenſem anno 1440. artem Typographicam inueniſſe, illamque *Fauſto* Comesburgo, amico ſuo aperuiſſe; Fauſtum vero poſtea Moguntiae anno 1450. manum huic operi inſigni admouiſſe: ſed hoc probatione indiget, et propterea in medio relinquo. Etenim ex *Parte II. Chronici Hirſaug. IO. TRITHEMII* potius conſtat, *Iohannem Guttenbergum* ciuem Moguntinum, excogitaſſe artem illam mirabilem imprimendi, conſilio autem et impenſis *Iohannis Fuſth* rem perfeciſſe inceptam. IOHANNES LEICH in Annalibus typogr. Lipſ. 1740. 4. ad annum 1460. de primo artis typographicae inuentore ſcribit: „ Hoc loco, quo verborum praeconio celebrandus mihi erit is Germanus, ſiue Petrus ſiue „ Gutembergius fuit, qui a. 1460. apud Moguntiam Rheni vrbem ſolertiſſimo ingenio nouam ſcribendi artem ſimul et nouum atramenti genus, quo impreſſores tantum vtuntur, „ excogitauit etc. „ Enim vero adhuc antiquiores libros habemus, atque Guttenbergius cum Ioh. Fauſto iam a. 1455. de hac inuentione litigauit, a partibus Guttenbergii autem poſtea ſtetit eius amicus Doctor Conrad Homery, vide pluribus *Hamb. vermiſchte Bibliothec, T. III.* Aſt vero tres praecipue vrbes inter ſe altercantur, funiculumque contentionis trahunt Argentina, Moguntina, Harlemum; ac WIMPHELINGIVS quidem *Epit. rer. Germ. c.* 65. ſcribit, Iohannem Guttenbergium artem impreſſoriam Argentinae in patria inueniſſe, et inde diſcedentem Moguntiae illam feliciter conſummaſſe. Polydorus vero Virgilius, Sebaſtianus Munſterus, Francphilelphus et alii quam plurimi Moguntiae ciui-

hoc etiam quodammodo ex P. VIRGILII MARONIS Codice antiquiſſimo, qui nunc Florentiae in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana adſeruatur ſcriptus litteris maioribus, quas *Romanas* vocant, et Florentiae 1741. in 4to typis deſcriptus; ſeculo vero decimo tertio et ſeqq. ineptis inductionibus literas corruperunt.

§. 6. Quem-

ciuitati in media Germania ſitae laudem eam aſſignant, inque annum Chriſti 1440. tranſcribunt. Argentorati a. 1740. de inuenta in illa vrbe arte typographica iubilaeum celebratum eſt. Hoc loco elogium in typographos plane egregium *Martini Neſſelii* addere licet. *In probos,* inquit, *et induſtrios typographos, qui nullis parcentes ſumtibus rem literarum publicam diligentia ſua promouent, editis egregia characterum elegantia plurimis veterum et recentiorum auctorum monumentis, iure id congruere videtur, quod illuſtris* THVANVS *de Roberto et Henrico Stephanis dixit, plus eis debere Chriſtianum orbem, quam cuiquam ſolertiſſimorum belli ducum ob propagatos fines patria debuit vnquam. Imo Theodorus Beza tam honorifice, tam praeclare de typographia ſenſit, vt Aldum Manutium Deum vocare auſus fuerit.* Vide eius Comment. de *incomparabili et feliciſſimo Germanorum inuento, Typographia,* iunctam eius poëmatibus p. 406. Interim vt et hoc addam, ex ſupra memorata inſcriptione ad calcem *Officiorum Ciceronis* patet, artem Typographicam temporibus *Ioh. Fuſtei* vel *Fauſti*, ac miniſtri ſui, filiique adoptiui *Petri Scheffer*, cui etiam filiam ſuam *Chriſtinam Fuſthiam* nuptui dedit, adhuc arcanum, et pauciſſimis notam fuiſſe. Liquet hoc etiam ex loco Ioh. Trithemii a Cl. *DAN. MAICHEL in Introductione ad Hiſtoriam Literariam de praecipuis Bibliothecis Pariſienſibus*, iuxta exemplar excuſum Cantabrigiae, Lipſ. 1721. in 8vo, p. 69. ſq. hanc in rem quoque adducto. *Retinuerunt autem*, inquit, *p. 70. hi duo iam praenunciati IOHANNES FVSTH et PETRVS SCHOFFER hanc artem in ſecreto omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifeſtarent, iureiurando adſtrictis, quo tandem de anno MCCCCLXII. per eoſdem familiares in diuerſas terrarum prouincias diuulgata haud parum ſumſit incrementum* etc. Mirum propterea etiam Pariſiis multis viſum fuit qui fieret, Fuſteum tanta copia et nitido charactere libros venundare, quippe qui ante Typographiam inuentam in palatiis Principum et apud ditiores ſolum reperiebantur. Hinc rumor percrebuit, Daemonem in hoc negotio illi opem afferre, ac propterea Fuſteus de vita periclitabatur, et pro praeſtigiatore habitus fuit, qui vero libris omnibus relictis, clam ſeceſſit. Hac de re etiam diſſerit laudatus MAICHEL *l. c. Cap. V. de Bibliotheca Facultatis Theologicae Sorbonenſis p. 78.* vbi, *iam ante aduentum*, ait, *horum Germanorum*, ſcil. Vlr. Geringii, Mart. Cranzii, et Michaelis Friburgeri, *IOANNES FVSTH, quaedam exemplaria Bibliorum Lutetiam aſportauerat, ſed non poterant animo concipere Pariſienſes, quomodo in tot et tantis exemplaribus tam mirifica conformitas exiſtere poſſit, vnde hunc Typographum PRO MAGO HABVERE, iſque fuga ſibi conſulere coactus erat* etc. Confer PAVLVM PATER l. c. Biblia autem figuris nitide ornata, anno 1477. Coloniae impreſſa vidi Hanouerae ap. beatum Schmidium Concionatorem ad S. Aegidii; hoc loco ὡς ἐν παρόδῳ etiam attingere licet, Biblia Ebraica primum Breſciae a. 1494. typis excuſa eſſe. Atque de *Codice Bibliorum*, ab Alcuino Carolo M. dicato vide MABILLONII Muſ. Ital. Part. I. p. 68. Interim niſi me omnia fallunt, anſam dedit hic caſus Ioh. Fuſti vel Fauſti, fabulae et narrationibus ſcenicis confictis de perſona artibus magicis celebri. „ Accedit, cum a multo iam tempore „ ſcribendi opera magnum quaeſtum facerent „ monachi et moniales, non potuit non Fauſtus „ noſter in acerrimum odium nec non in ca„ lumniam incurrere, cum et offas ſuas paulatim „ attenuari eorumque culinis et ventribus ſic „ male conſuli ſentirent „ vt loquitur IOH. CONR. DVRRIVS in epiſtola de Ioh. Fauſto ap. Cl. SCHELHORN. l. c. T. V. Ita enim non raro fieri ſolet, vt audacter calumniando ſemper aliquid haereat, et rumores populi fando noua quotidie capiant incrementa. Appoſite propterea VIRGILIVS *lib. IV. Aeneidos*, de famae ortu et affectionibus canit:

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo.

Quan-

§. 6.

Quemadmodum autem Manuſcriptis Codicibus auctoritatem conciliat *vetuſtas*, nam in rebus Hiſtoricis auctores coaetanei ceteris praeferuntur: ita inter ſigna vetuſtatis inquirendae ac dignoſcendae quae varia [h]) ſunt, non poſtremum locum occupant *Interpunctiones*, atque compendiariae ſcripturarum notae, ſeu ſaepius iam nominatae *Abbreuiationes*. Verum hae ob ſcribendi celeritatem repertae ſunt, et originem Tachygraphis maxime debent, qui pluribus Abbreuiationibus vſi ſunt, vt celerius ſcriptionem expedirent, peperit eas etiam vſus celebritas.

§. 7.

Inuentis enim literis veteres occultum quoddam ſcribendi genus excogitabant [i]), ac ſcriptionis gaudebant compendiis. Voces componebantur, quae rurſus ſingulis literis aut notis referebantur, ſiglarum in modum, de quibus mox; vt adeo Abbreuiationes illae per certas notas ac certa ſigna exprimerentur.

§. 8. Literae

Quanquam autem IOH. GEORG Neumann in Diſquiſitione Hiſtorica *de Fauſto praeſtigiatore*, vulgo: von Doctor Fauſt. Wittebergae 1693. 4. plane aliam foueat ſententiam, et multis argumentis probet: Fauſtum quendam artibus magicis clarum exſtitiſſe, tamen omnia ea, quae de Fauſto praeſtigiatore narrantur, fabulam ſapiunt, cuius originem a Fauſto Typographo potius repetendam eſſe ſupradicta ſuadent. Vide interim quae S. R. CHRIST. AVG. HEVMANN in Epiſtola ad maxime Reuer. D. HAVBERVM repoſuit, quamque *Bibliothecae Magicae* inſeruit. Vide etiam ea quae de Fauſto habet FRID. GVIL. BIERLINGIVS in Comment. *de Pyrrhoniſmo Hiſtorico p. 158. ſqq.* Sed haec occaſione primae Officiorum Ciceronis editionis.

h) Videatur Herm. *Hugo* de prima ſcribendi origine, Antuerpiae 1617. in 8vo. Cl. *Salmaſius* l. c. Confer etiam Ioh. Mich. *Heineccium* l. c. Cap. II. p. 187. item Dan. *Maichelii* librum de praecipuis Bibliothecis Pariſienſibus, Lipſ. 1721. in 8. p. 164. vbi incidenter et de Abbreuiationibus diſſerit. Scipionis *Maffei* Hiſtoriam Diplomaticam, Mantuae 1727. Chronicon Gotwicenſe T. I. prodromo. De Latinis autem MStis potiſſimum ſolliciti fuerunt Ioh. MABILLONIVS in ſuo *de re Diplomatica Commentario*, Pariſiis 1681. Iuſtus FONTANINVS, PETRVS COVSTANT et reliqui. Atque de Codicibus Graecis et vniuerſa Graeca literatura ſolide egit BERNARDVS MONTFAVCONIVS in Palaeographia Graeca, ſiue de ortu et progreſſu characterum Graecorum, et de variis omnium ſaeculorum ſcriptionis Graecae generibus, additis figuris et ſchematibus. Sic Ioh. Burch. MENCKENIVS Diſſert. IV. Diſſertationum literar. p. 38. de Wanleio memoriae prodidit: „ noui, „inquit, doctiſſimum Anglum HVMFREDVM „WANLEY, longe plurima Latinae non minus, quam Graecae ſcriptionis ſpecimina collegiſſe, eoque inſignem rei Diplomaticae ſcientiam ſibi comparaſſe, cuius in *Tranſactionibus* „quoque *Philoſophicis Anglicanis* A. 1705. „*menſe Iunio* p. 1993. ſq. peregregium documentum dedit, vbi oſtendit, qua circumſpectione „opus ſit, vbi de aetate MStorum iudicium ſit „ferendum.„

i) Vide ſis Athanaſium *Kircherum* in Obeliſco Pamphilio, Romae 1650. et in Oedipo Aegyptiaco, ibid. 1652-54. Ioh. Pierium *Valerianum* de

§. 8.

Literae autem, quae inſeruiebant dictioni abbreuiandae, integras voces deſignabant, et dicebantur *notae Tironis* (quarum inuentor Ciceronis libertus, Tullius TIRO ſtatuitur: auxit illas SENECA ſenior) item *ſigla* aut *ſiglae compendioſa Aenigmata, ſiglorum captiones.* De Siglis hiſce GERARDVS IOANNES VOSSIVS *Lib. de Philolog. Cap. IV.* §. 12. ſic ſcribit: *Ad ὀρθογραφίαν etiam pertinet ratio tum interpungendi, tum ſcribendi διὰ σημείων, ſiue per ſiglas. Per ſiglas, hoc eſt, literas ſingulas, vel etiam plurium literarum Compendia exarare docent Valerius Probus, Mango, Petrus Diaconus.* Conſentit CAROLVS DV FRESNE Dn. DV CANGE *in Gloſſario ad ſcript. mediae et infimae Latinitatis T. III. Col.* 857. Edit. Pariſinae de a. 1678. *Sigla*, inquit, *ſingulariae literae, ſic dictae literae, quod ſingulae verbum componant, verbi gratia S. P. Q. R. Senatus Populuſque Romanus, S. C. Senatus conſulto. Occurrit apud Iuſtinianum in Orat. ad Anteceſſores. Vid. Cuiac. Lib.* 12. *Obſeruat. Cap.* 40. Atque ſiglarum beneficio et compendio citata oratio excipiebatur, vt loquitur SENECA, et anguſta pagina Libri faſti arctabantur. Has Notas exhibuit I. MABILLONIVS l. c. Lib. V. p. 456-57. eaſdemque IANVS GRVTERVS ſub nomine *Tironis* et *Senecae* k) vulgauit in peculiari *de Inſcriptionibus veterum* opere, quod auſpiciis IOH. SCALIGERI et MARCI VELSERI ex officina Commeliniana editum eſt, cui Notae iſtae in fine additae ſunt, editionem nouiſſimam procurauit PETRVS BVRMANNVS Amſterodami 1707. De Notis hiſce ſigillatim vide I. NICOLAI Tractatum de Siglis veterum, Cap. III. *de Arte et Origine ſcribendi per Notas p.* 10-16. item Cap. VII. *de Siglarum vel Notarum vſu p.* 43-46: multa quoque operoſe de eis congeſſit b. DAVID SCHARFFIVS in Diſſertatione prima *de Notariis Eccleſiae tum Orient. tum Occident.* Capite I. *de Notariis et Notis. Alphabetum Tironianum* ſeu Notas Tironis explicandi methodum emiſit cum pluribus Ludouici Pii chartis, quae notis iiſdem exaratae

de Sacris Aegyptiorum literis, Bernard. a *Mallinckrot* de Natura et Vſu Literarum, Monaſterii 1638. in 4to. Ioh. Bapt. *Portam* de Occultis Literarum Monumentis, Argent. 1606. Ioh. *Lipſii* Epiſt. de Notis ſiue Siglis Antiquorum, cum Obſeruationibus Ioh. *Prettenii*, Cizae 1660. in 12mo. Ioh. G. *Mölleri* Diſſ. de Scytala Lacedaemoniorum, Altdorfi 1695. M. Ludov. Chriſt. *Crellii* Diſput. de Scytala Laconica, Lipſiae 1697. *Leibſcheri* Diſſert. de Siglis et Notis Veterum, Witteb. 1695. Sigillatim Ioh. *Nicolai* Tractatum de Siglis Veterum, Lugd. Bat. 1703. in 4to. Hic omnia, quae de hac materia legi poſſunt, corraſit et ordine concinno et ſtylo haud inepto propoſuit. In eo autem ſaepe errauit Nicolai, quod Monogrammata ſiglis miſcuerit. Confer et Olai *Wormii* Danicam Literaturam antiquiſſimam, Hafniae 1657. fol. alios.

k) C. A. *Heumannus* Academiae Georgiae Auguſtae Gottingae Prof. Celeberrimus in Conſpectu Hiſtoriae Literariae *Cap. III. p.* 38. Edit. de a. 1733. in Nota commonſtrat: Senecam non eſſe auctorem iſtarum notarum: Confer interim etiam ea quae de Abbreuiaturis protulit. Nic. Hieron. *Gundling* in Hiſtorie der Gelahrheit T. I. p. 312.

ratae ſunt et hactenus ineditae D. P. *Carpentier* O. S. B. Pariſiis 1747. f. Huc etiam faciunt Antiquiora illa, quae Celeberr. I. W. GOEBEL Diſſ. *de Notariis* Capite I. in medium protulit.

§. 9.

Frequentiſſimus illarum notarum vſus fuit apud Romanos [l]), quanquam a Chriſtianis varie auctae fuerunt, ita vt Pſalteria quoque prioribus ſeculis eiuſmodi notis ſcriberentur, de quibus pluribus egit IVSTVS LIPSIVS *Cent. I. ad Belgas Epiſtolarum XXVII.* Confer et MABILLONIVM l. c. *Cap. XI.* §. 6. et 18. item GOTTFRIDVM *von* BESSEL in ſaepe laudato *Chronico Gotwicenſi Lib. I. p.* 23. ſq. Iuriſconſultorum libri eiuſmodi notis olim ſcatebant, quas vero ob peſſimum abuſum Imperator IVSTINIANVS abrogauit, eaſdemque ſeuere prohibuit in *Conſtitutione de Concept. Digeſtorum* §. 13. Interim tamen remanſit illarum vſus in pluribus Codicibus, quae ſaepe imperitis crucem figunt. Quum autem incauta lectio plane alium pariat ſenſum, *modum legendi Abbreuiaturas in vtroque iure* ſingularibus libris anonymi quidam, nec non MATTH. GRIBALDVS, MAGNO, IASON MAYNVS, et ANT. FR. PAGENVS, alii detexerunt: Vide MART. LIPENII *Bibliothecam Iuridicam*, ex Edit. FRID. GOTTL. STRVVII Lipſ. 1720. ſub Titulis *Abbreuiaturae et Notae veterum.* Notae iuris a MAGNONE collectae etiam praemittuntur *Oldradi de Ponte* Conſiliis iuris,

 ex

l) Hinc patet artem compendioſe et occulte ſcribendi non adeo nouam eſſe; inuentores illius artis varii a variis perhibentur. Lipſius hanc gloriam Graecis et quidem Xenophonti tribuit, ſuffultus teſtimonio Diogenis Laertii, quam tamen Latini ad ſe trahunt, eius etiam apud Suetonium et Iuſtinum dantur veſtigia. Poſtea harum notarum vſus quoque in Cryptographia fuit. Verum *de Variis modis occulte ſcribendi tam apud veteres, quam recentiores vſitatis* in ſingulari diſquiſitione erudite egit Cl. Chriſtianus *Breithaupt*, Prof. Philoſ. P. O. Helmſtadii 1727. quem hoc loco vide §. *V. p.* 27. ſqq. Vide et auctores paulo ante adductos. Confer quoque *Montfauconii* Palaeographiam Graecam Lib. V. item *A. B. C. cum notis variorum*, Dreſdae 1695. in 8vo *p.* 197. et auctores, qui de Cryptographia egerunt, ab editore *p.* 209. ſq. citatos; add. Dav. *Solbrigii* Scripturam Oecumenicam, ſeu rationem ſcribendi per Ziffras, Soltquellae 1726. in 8vo. Ioh. Bapt. *Portam* de Furtiuis literarum notis vulgo Zifferis, Neapoli 1663. in 4to. Marie *Lesbie* l'Interpretation des chifres, Florent. 1616. in 8vo. Chriſtoph. *Genſchii* alias *de Breitenau* de Notis veterum tam occulte quam ad celeriter ſcribendum olim facientibus commentatio parergica, Lipſ. 1659. mentionem huius ſcripti facit A. *Baillet* T. III. des Jugemens des Savans etc. et qui e praecipuis eſt, M. Ludov. Henr. *Hillerum* in Myſterio artis Steganographicae nouiſſimo, Vlmae 1682. in 8vo edito. Nouiſſime Dauid Arnold *Conradi* edidit Cryptographiam denudatam, ſiue artem deciferandi quae occulte ſcripta ſunt in quocunque linguarum genere, praecipue in Germanica, Batava, Latina, Anglica, Gallica, Italica, Graeca, Lugd. Batav. 1739 8. Quibus omnibus autem praeiuit Ioh. *Trithemius* in Polygraphia ſua, cuius libros Steganographicos Commentario illuſtrauit *Guſtauus Selenus* i. e. Auguſtus Dux Brunſv. et Luneb. quem doctiſſimus Princeps ſub Tit. *Cryptographiae libris IX.* publicauit in ſolio *Luneb.* 1624. Nuſpiam tamen magis floruit haec ars occultae ſcripturae, quam apud Anglos, teſte *Morhofio* in Polyhiſtore Lib. IV. Cap. II. p. m. 13.

ex edit. *Rainaldi Corſi*, Francof. ad Moen. 1576. f. Hodie tamen Iuriſconſulti huiuſmodi notis tantum vtuntur in allegationibus, et quidem admodum parce. Confer hic ſcriptum curioſum Adr. BEIERI de Aduocatorum in amanuenſes ephoria, item de Orthographia iuridica, Ienae 1691. in 4. ſigillatim cap. c. XII. XIV. XVI.

Poſtea vero ſcribae in Monaſteriis ante Typographiam inuentam in membranis ſe ſtrenue exercuerunt, deſcribentes auctores et ſacros et profanos; illi non ſemper ſcripturae elegantiae, ſed celeritati per Notas et Abbreviationes operam dederunt, maiori legentium obſtaculo; vnde tot natae Criticorum diſſenſiones et lectionum varietates m). Atque ex hac ſcaturigine, multos errores etiam in Hiſtoriam medii aeui irrepſiſſe, docet nos beatus IOH. DAN. GRVBER, quondam Potentiſſimi Regis Magnae Brit. et Electoris Brunſv. et Luneb. a Conſiliis Iuſtitiae intimis, Bibliothecarius ac Hiſtoriographus, in pererudita Praefatione de Originibus Gottingenſibus, praemiſſa T. I. Chronici et Hiſtoriae vrbis Gottingenſis, ſeu *Zeit-und Geſchicht-Beſchreibung der Stadt Gottingen*, Hannouerae 1734. in 4to, vbi lingua vernacula *p.* 6. ipſius verba ita ſonant: Obgleich .... diejenigen, welche nach der Zeit dieſe Schriften an das Licht geſtellet, entweder unrichtige Abſchriften zur Hand gehabt, oder in denen **Urſchriften** ſelbſt die ihnen nicht geläuffige Nenn-Wörter **unrecht geleſen**, et in Nota: Dieſes iſt **die Haupt-Quelle der meiſten Irrungen, und Schwierigkeiten in der Hiſtorie mitlern Zeiten** etc. Interim de cauſis errorum in manuſcriptis ſigillatim vide IOH. CLERICVM in *Arte Critica parte II.* quae tota pars abſoluitur in cauſis hiſce detegendis. Confer et SCIOPPIVM, alios.

§. 10.

Maxime vero ſcripturarum compendia Seculo ſexto animaduertere licet, quae ex iudicio B. G. STRVVII Diſſ. *de Criteriis MSS.* *§. XXVI.* quam in hoc opuſculo recudi feci, magis inualuerunt Seculo XIV. ac lectionem reddiderunt admodum difficilem: vt illi inprimis, qui veterum editiones exhibuerunt, vel Diplomata ex male lectis originalibus ediderunt, ſaepenumero inſignes commiſerint errores hiſtoricos. In re ſatis nota vnum alterumque tan-

m) Ex vſu cognoſcuntur Notae, quae in dignoſcendis veterum ſcriptis adhibebantur. Nam iſti certa habebant ſigna, quibus ſcriptorum loca denotabant, quae vel probanda vel improbanda ipſis videbantur. Vid. *Scaliger* ad Varron. de Re ruſtica. *Caſaub.* ad Diogen. Laërt. et Mich. *Meiſnerum* in peculiari hac de re libro, cuius titulus: *Syntagma Philoſoph. de Adnot. Criticor.* Inde ſi criticis libros recenſentibus occurrebat quippiam, quod minus recte poſitum ipſis videbatur, id notis quibuſdam deſignabant, quas *culpas* dicebant. v. *Wower.* de Polymath. C. 17. p. 182. confer Ioh. Gottlieb Meiſter de Signis diſſertationem Lipſ. 1693.

tantum, ex mea obſeruatione, exemplum inſigne in medium produeam. Ex ſcriptoribus medii aeui *Hiſtoria rerum Laudenſium* OTTONIS et ACERBI MORENAE ex Bibliotheca Ambroſiana, quae Mediolani [n]) eſt, anno MDCCXVIII. nobiſcum communicata fuit, quam GODOFR. GVIL. LEIBNITIVS *T. I. Scriptorum rerum Brunſuicenſium et Luneb. p.* 847. *ſqq.* edidit: quum ergo hunc Codicem membranaceum (cui praemiſſa erat ARNOLPHI Hiſtoria, ſeu liber geſtorum Friderici I. Imp.) cum edito Leibnitii conferrem, inter alia loco VBERTI DE SAXONIA memorabilis lectio VBERTI DE SAVOGNA hic extabat. Quae varians lectio tunc temporis Cl. I. G. ECCARDO anſam dabat ſcribendi *Origines Sabaudicas*, quibus monſtrauit, quod Hiſtoria Laudenſis minime origini Sabaudorum Saxonicae faueat, quod poſtea et a Celeberr. ANT. MVRATORIO *Scriptor. rerum Italicarum T. VI.* obſeruatum fuit. Dictae autem Origines Sabaudicae ECCARDI inſertae leguntur *Hiſtoriae* ipſius *Saxoniae ſuperioris genealogicae p.* 573. ſeqq. ac Sereniſſimi Principis Eugenii, Sabaudiae Ducis, et reliqua, approbationem meruerunt, cuius rei propria manu ad ipſum ſcriptae literae fuere teſtes. Sic in Diplomate Erici Daniae et Noruegiae Regis, anno 1278. dato. IOH. HENR. HOFFMANNVS [o]), Camerae Ducalis et tabulariorum quondam Ser^{mi} Principis Ioh. Friderici, Ducis Brunſv. et Luneb. Praefectus, vocem *cariſſimam*, quam in lexico meo Abbreuiationum medii aeui ex originali delineaui, perperam legit *Annam*, vti in libro quodam Genealogico MSto, in Bibliotheca Regia Hannouerana aſſeruato, qui Collectanea continet, et ipſum auctorem habet, videre eſt. IOH. GEORG ECCARDVS ex illa fecit *Katherinam*, vti apparet ex nota adſcripta, alius *Beatam* legit. Atque ſic ex nomine appella-

n) De Bibliotheca Ambroſiana libros V. ſcripſit Petrus Paulus *Boſcha*: prodiit hic liber ex Collegio Ambroſiano Mediolani, referente Mabillonio in Muſeo Ital. p. 11.

o) Godofr. Guil. *Leibnitius* occaſione libri MS. cui b. Hofmann Titulum *Ehren-Kleinod des Durchlauchtigen Hauſes Braunſchweig und Luneb.* etc. praefixit, peculiarem lucubrationem quondam compoſuit, qua commonſtrauit, *deductiones Genealogicas Hofmanni non optime cohaerere, et per genus maternum parum fidei mereri*, quam in MSto vidi, ne dicam de aliis erroribus hiſtoricis craſſis, quibus iſti, alias laudati, libri ſcatent, et merito ſupprimuntur. Ceterum Hofmannus olim facilis fuit in communicandis Diplomatibus, et Hiſtoricis documentis: Maderus, Leuckfeldius, item S. R. Rehtmeierus, alii, ipſi multa debent. De Ioh. Ioach. Madero teſtantur propriae literae. Ioh. Ge. Leuckfeld, et Phil. Iul. Rehtmeier quidem non mediate nonnulla ab ipſo acceperunt, ſed partim ob neceſſitudinis vinculum, partim indirecte eius documenta et ſigilla delineata impetrarunt. B. Leuckfeldius poſt mortem doctiſſ. Chriſtiani Friderici *Knorrii*, S. S. Theol. Lic. Conſiſtorii Electoralis Hannouerani Conſil. Eccleſ. Oſterodae Paſtor, et per Ducatum Grubenh. Superint. Generalis, qui Hofmanno fuit amicus, ex eius MStis et collectaneis hiſtoricis multa ſibi comparauit, quibus et antiquitates ſuas exornauit. Quid! ipſe Leuckfeldius profitetur in Praefatione *Antiquitatum Ilfeldenſium p.* 212. ſe nonnulla Hoffmanniana MSta impetraſſe, quod et Cl. Rehtmeierus in *Praefatione Chronicae Brunſuico-Luneburgicae p.* 20. indicare videtur. Interim recenſionem Operum Hiſtoricorum MStorum laudati I. H. Hoffmanni vide *Cent. II. Bibliothecae Hiſtoricae Hamb.* Artic. II. p. 50-56.

tiuo nouam perſonam conſtituerunt, nimirum Alberti Magni, Ottonis Pueri nati, filiam, quaſi hactenus in libris Genealogicis illa deſiderata fuiſſet. Contextus autem et rerum ſeries docuit, hic legendum eſſe *cariſſimam filiam*, ſcilicet Mechtildem. Quales errores, ac variantes lectiones et hinc enati ſoloeciſmi paſſim in collatione Codicum MSS. ac Diplomatum cum editis obſeruare licet, quae totam rerum ſeriem variant.

§. 11.

Hi errores non raro a doctis quibuſdam viris propagati ſunt, quando Monumenta illa ex copiariis et male lectis originalibus, typis mandarunt. Ita FRID. ERN. KETTNERVS Diplomata, quae in *Hiſtoria reformationis*, nec non in *Antiquitatibus Quedlinburgenſibus* produxit, tantum ex copiario edidit, et collatio ſexaginta Diplomatum ex tabulario ad S. Seruatium cum originalibus anno MDCCXXI. Quedlinburgi inſtituta, docuit, integras interdum lineas fuiſſe omiſſas, et multa male lecta. Huius collationis ſpecimen cum autographo dedit IOH. GEORG ECCARD in *Hiſtoria Genealogica Principum Saxoniae ſuperioris p.* 187. *ſeq.*

§. 12.

Poſt ECCARDVM autem A. MDCCXXXI. et generoſus Dominus *von der* LVHE, Wilhelmo Carolo Heinrico Friſoni Sereniſſ. Oraniae Principi, ac Prouinciarum vnitarum Adminiſtratori, reliq. et iam relictae viduae Regiae Principi Sereniſſimae a Conſiliis intimis, olim Quedlinburgi collationem Diplomatum a Kettnero editorum inſtituit, quam gratioſe mecum communicauit. Atque ex hac facta collatione ſpeciminis loco ex autographo in medium producere placet Diplomata quaedam Ottoniana, quae habentur ap. Kettner. in Antiq. Quedlinb. N. V-X. p. 12-16. variantibus lectionibus eius ſubiectis ex tribus prioribus Diplomatis, et ſunt ſequentis tenoris:

N. I.

Ex autographo & ap. Kettnerum l. c. N. V. p. 12.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia Rex. Noverint omnes fideles noſtri, præſentes ſcilicet p) & futuri qualiter nos

p) Kettnerus l. c. habet ſc.

nos rogatu venerandæ ac dilectæ Domnæ Matrisque [q]) noſtrae Mahtildæ [r]) in Quitilingoburg [s]) ad Sanctam Mariam [t]) ad Sanctum Seruatium [u]). Et ad nutrimen [x]) ſanctimonialium inibi Deo [y]) famulantium pro remedio animæ noſtræ debitorumque noſtrorum in proprium damus decimum Veſtimentum, quod Lodo dicitur, omne quod de Chirihberg [z]) & Dornburg ſoluitur & de locis ad easdem ciuitates pertinentibus & de proprietate eidem matri noſtræ in ſuum uſum conceſſæ, in loci [a]) Marca, qui [b]) Sineon [c]) dicitur, ab eadem poteſtate nobis facta XII. familias Sclauorum cum territoriis [d]) quas ipſi poſſident. Quod ſcripto confirmauimus [e]) manu roborauimus [f]), anulo [g]) noſtro ſigillari iuſſimus.
Signum domni Ottonis Inuictiſſimi regis
Poppo ad uicem Friderici recognoui & ſubſcripſi.
Data XIII. Kal. Jan. anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXVII. Indict. XI. Anno Ottonis pii regis II. Actum in Quitilingoburg amen [h]).

II.

Ex autographo & apud Kettner. l. c. N. VI.

In nomine ſanctæ [i]) & indiuiduæ Trinitatis. Otto Dei gratia Rex. Nouerint omnium fidelium noſtrorum tam preſentium quam & [k]) futurorum induſtria, quod nos ad Monaſterium Quitilingaburc [l]) conſtructum, ubi Domnus ac [m]) genitor noſter piæ memoriæ Heinricus extat [n]) tumulatus pro remedio animæ illius, noſtræ etiam cauſa ſalutis quin & in elemoſina [o]) filiæ noſtræ Liutgardæ [p]) pro cuius [q]) infirmitate hæc [r]) ſpoſpondimus, predium [s]) videlicet, quod hactenus in Kinlinga Aginoni [t]) bene-

q) Dominae Matris
r) Mathildae
s) Quitilingeburg
t) ad S. Mar. Eccleſiam
u) S. Seruat.
x) nutum
y) Domino
z) Kirchberg
a) loco
b) quae
c) Schmeon
d) Slauorum et quas etc. voces *cum territoriis* omiſſae
e) confirmatum
f) roboratum
g) annulo
h) Haec a voce *ſignum* plane omiſſa ſunt, datum quoque aliter ſe habet.

Ad II. ſeu N. VI. lectiones variantes
i) In Nomine S.
k) quam vocula *et* omiſſa
l) vt in antec. Dipl.
m) Dominus et
n) Henricus exacte
o) eleemoſyna
p) Luitgardis
q) cuius
r) hoc
s) praedium
t) Kimlinge

beneficiatum habuimus cum omnibus illuc u) iure pertinentibus agris, ædificiis x) mancipiis, pratis, paſcuis, ſiluis y) aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, exitibus, & z) reditibus, queſitis & inquirendis a) In vſus b) Virginum inibi Deo c) famulantium, iure perenni in proprium donauimus, iuſſimus quoque d) hoc preceptum e) inde f) conſcribi, manu noſtra ſignatum & anuli g) noſtri h) impreſſione roboratum.

Signum Domni i) Ottonis Sereniſſimi regis k) Brun Cancellarius ad uicem Fridurici archi cappellani recognoui l).

Data II. Kal. Octobr. Anno incarnationis domini DCCCCXLIIII.

Indict. V. anno domni Ottoniſ VIIII. Actum in Tarneburc m).

III.

Ex autographo & apud Kettner. l. c. n. VII. p. 13.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente Clementia Rex. Quæ locis Dei dicatis nomini n) religionis gratia contulerimus nobis noſtrisque, pro quibus hoc agitur debitoribus, æterna reconpenſari o) palma incunctanter confidimus, proinde in elemoſina Domini Genitoris noſtri Heinrici p) Regis noſtræque Dominæ ac Matris Reginæ Mahthildæ q) nec non & r) pro anima dilectiſſimæ coniugis noſtræ Edgidis s) uſui ſororum in loco Quidilingaburg t) nuncupato Deo u) famulantium, ſubter notatas villas Helmuuardeſthorp x) Faſtleueſthorp y) in pago Northuringi, in comitatu Geronis cum mancipiis, agris, pratis, paſcuis, ſyluis omnibusque appendicis z) & adiacentibus ſuis a) illuc iure b) pertinentibus perpetualiter in proprium dona-

u) iliuc
x) reditibus
y) vox *ſiluis* omiſſa
z) vocula *et* omiſſa
a) voces *queſitis et inquirendis* omiſſae
b) vſum
c) Domino
d) que
e) praeceptum
f) vox *inde* omiſſa
g) annuli
h) vox *noſtri* omiſſa
i) Domini
k) duae voces omiſſae
l) Subſcriptio Cancellarii plane omiſſa
m) Voces *Actum in Tarneburc* omiſſae.

Ad N. III. Kettner
n) in dedicatis
o) recompenſari
p) Henrici
q) Mathildæ
r) etiam
s) Edithis
t) Quidilingeburg
u) inibi
x) Helmandesdorf
y) Fantleventorp
z) appendicibus
a) vox *ſuis* omiſſa.
b) vox *iure* omiſſa

donauimus, hoc præcepto manu noſtra ſignato & anuli noſtri c) impreſſione roborato.
Signum Domni Ottonis inuictiſſimi d) Regis.
Brun Cancellarius ad uicem Fridurici archi cancellarii recognoui e).
Data III. Kal. Febr. Anno Incarnationis Domini DCCCCXLVI. Indictione IIII^a. Anno Domni Ottonis Sereniſſimi Regis f). Actum in Magedeburg g).

IV.

Ex autographo et ap. Kettner. N. VIII.

Ottonis S. Donatio ſuper Haſſago prope Merſeburgum.

IN Nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina concedente clementia Rex. Nouerint omnium induſtria fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter nos pro animæ noſtræ remedio procerumque noſtrorum Heinrici fratris noſtri dilectiſſimi, Hekihardique Comitis rogatu quasdam noſtri proprii iuris res in pago *Haſſagoi* & in confinio *Merſapurac* in Comitatu cuiusdam Comitis qui Teti nuncupatur cuidam noſtro fideli *Hohſtein* nominato, nec non & uxori eius quae dicitur Chiniadrud in proprietatem conceſſimus, ea itaque ratione ut quicquid prædictus Hohſtein in præſcriptæ Ciuitatis Marcha de noſtræ auctoritatis largitate in beneficium tenuit, poſt hac uterque illorum, ſicud ante dictum eſt, maritus & uxor usque in amborum vitæ exitum poteſtativa manu teneant, & ſecundum illorum voluntatem utantur, iureque proprietatis poſſideant, cum Curtilibus, Mancipiis, Edificiis, Pratis, Paſcuis, Siluis, Aquis, Aquarumque decurſibus, Molendinis, Piſcationibus, Viis Et inviis, Exitibus, Et reditibus, Queſitis & inquirendis omnibus abpendiciis ad prænotata iure legitimeque confinium pertinentibus prædii. Et poſtquam obitus illorum dies aduenerit, ſpiritusque amborum de iſtius exilii vinculis elapſus euaſerit, præſcriptas proprietatis ante dictæ cauſas in noſtram vel hæredum noſtrorum per totum penitusque redeant poteſtatem. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum per ſuccedentium curricula temporum firmius veriusque ab omnibus crederetur,

c) vox *noſtri* omiſſa
d) ſereniſſimi
e) ſubſcriptio Cancellarii plane omiſſa
f) Ottonis XI. Annus regiminis in originali hoc omiſſus.
g) in Magdeburg. Sufficiant hæc.

deretur, manu noſtra ſubtus firmavimus anulique noſtri impreſſione aſſingnari iuſſimus.
Signum Domni Ottonis Sereniſſimi Regis.
Brun. Cancellarius ad vicem Fridirici Archi-Capellani recognoui.
Data VI. Kal. Octobr. Anno Incarnationis domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCCL. Indict. VII. Anno vero Regni Domni Ottonis invictiſſimi Regis XIIII. Actum Quitilinaburc in Dei nomine Amen.

V.

Ex autographo et ap. Kettner. l. c. N. IX. p. 15.

Donatio Lipani cum ſex villis Slavonicis.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto gratia Dei Rex. Nouerint omnes fideles noſtri tam præſentes quam etiam & futuri, qualiter nos quasdam res noſtræ proprietatis In Marca Lipani, hoc ſunt ville ſex ſic nominatas Liubene, Klinizua, Sebene, Tulci, Kazina, Kribci cum omnibus appendiciis ſuis ad Monaſterium Quidilingaburg in honore Sancti Petri conſtructum pro Kariſſimæ filiæ noſtræ Mathilde victu & veſtitu perpetuo Iure poſſidendas donamus. Et ut hæc noſtri præcepti auctoritas a fidelibus noſtris verius credatur, manu propria noſtra ſubtus eam firmauimus anulique noſtri Impreſſione ſigillari iuſſimus.
Signum Domni Ottonis h) Sereniſſimi regis.
Liudulfus Cancellarius ad vicem brunonis archicapellani recognoui.
Data non. Kal. Sept. luna XIIII. Anno Dominice Incarnacionis DCCCC. L. VI. Indict. XIIII. Anno vero domni Ottonis Inuictiſſimi Regis XXII. Actum quidilingaburg feliciter.

VI.

Ex autographo et ap. Kettner. N. X. p. 16.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina annuente Clementia Rex. Nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter nos rogatu venerandæ ac dilectæ Domnæ matrisque noſtræ Mahthildæ ad altare Quidilingeburg in honorem

h) Verba ſignum Domni Ottonis et reliqua *quit. Quedl.* omiſſa ſunt. ap. KETTNERVM in *Diplom. Quedlinb.* vel *Anti-*


rem Sanctæ Mariæ conſtructum ac Sancti Seruatii Confeſſoris Chriſti et ad nutrimen Sanctimonialium inibi Deo ſeruientium pro remedio animæ Domni ac Genitoris noſtri Heinrici Regis noſtrorumque debitorum in proprium damus partem quandam dotis eiusdem genitricis noſtræ, hoc eſt villam *Spileberg* vocatam, quae etiam alio nomine *Sibrovici* dicitur, in Marca quoque, quæ *Smeon* nominatur, ſitam cum adiacentiis omnibus & appenditiis, hoc eſt mancipiis utriusque ſexus, manſis, pratis, paſcuis, Siluis, viis et inviis, queſitis et inquirendis, aquis, aquarumque decurſibus ac molendinis & ut hæc noſtræ auctoritatis traditio firmiorem in Dei nomine teneat vigorem, manu noſtra hanc confirmamus Cartam, anuli noſtri impreſſione eam precipientes muniri.
Signum domni Ottonis inuictiſſimi regis [i]) Liutulfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicappellani recognoui. Data VIII. Kal. Iun. anno Incarnacionis Domini DCCCCLV. Indictione XVIII. regnante pio rege Ottone anno XVIII. Actum Maitheburg, in Dei nomine feliciter amen.

§. 13.

Ex hiſce interim Speciminibus liquido conſtat, Diplomata a KETTNERO in *Antiq. Quedlinb.* producta non modo vitioſe deſcripta, ſed et male lecta: in multis recognitio Cancellarii vel Archi-Cancellarii et Data deſiderantur, vel minus recte indicata ſunt, quod vel ex collatione adductorum Diplomatum cum Kettneri editis patet. Quum etiam plane nullum Monogramma Kettnerus exprimi curauerit, niſi quod N. XXIII. p. 31. forte ex ingenio Typographi falſiſſime additum eſt; Ottonis I. Imp. Signa ſeu Monogrammata, quippe quæ ex autographis accurate delineata et Diplomatibus modo exhibitis partim ſubſcripta ſunt, et hic repetere licet:

MONOGRAMMATA OTTONIS I. IMP.

I. II. III. IV.



Primum Monogramma ſubſcriptum eſt Diplomati Ottonis I. apud KETTNERVM N. III. p. 5. Secundum eſt eiuſdem, ibidem Num. V. VI. VII. VIII.


i) Ita et in hoc dipl. vltimae lineae ap. Kettnerum non exſtant. Atque diplomata n. IV. V. et VI. cum originalibus collata, correctiora iis, quae *Kettnerus* habet, hic exhibui.

p. 12. ſeqq. Tertium eiuſdem ibid. N. X. p. 16. Quartum ibid. N. IX. et XI. p. 15. ſq. Signa autem et Characteres Notariorum, Archi-Cancellariorum, Cancellariorum et Archi-Capellanorum, quibus in ſubſcriptionibus quorundam diplomatum vſi ſunt, plerumque Figurae, formam Campanae repraeſentati, inſcripta ſunt: poſt verba *recognoui et:* [locus figurae Campanae] ornatus et ductus illius non ſemper iidem: Characteres vero iſti abbreuitati explicatu difficiles ſunt. Liudulfus Cancellarius ſequens Signum ſubſcriptum Diplomati apud Kettnerum ſub N. IX. p. 15. et mutatis quibuſdam N. XI. p. 16. adhibuit



en etiam

Signum Notarii ſubſcribentis in diplom. ap. Kettner. N. 1. p. 2. et N. 11. p. 4.



Operae pretium duxi typis aeneis hic exhibere ex originali membranaceo vnum

Liudulfus cancellarius ad vicem brunonis

archicapellani recognovit.



data id aug anno

dominice incarna

tionis dcccc. lvi.

Regnante pio rege

ottone anno xxii

actum magedunburg feliciter.

vnum alterumque exemplum Cancellarii Liudulfi annis 956. et 959. diplomata Ottonis Imperatoris ſubſcribentis. Originalia iſta Luneburgi in archiuo aſſeruantur.

De ſubſcriptionibus Cancellarii confer Clariſſ. D. *Ioachim* Einleitung zur Deutſchen Diplomatick, cap. III. p. 158. ſqq. Ceterum de hiſce ſignis adhuc infra dicendi locus erit, vbi et de origine et vſu horum ſignorum locus PAPEBROCHII excitandus. Similibus erroribus ſcatent Diplomata a IOACH. IOH. MADERO in *Antiquitatibus Brunſuicenſibus* producta, quaeque anno 1719. Brunſuigae cum originalibus contuli; item quaedam Diplomata a CHRIST. SCHLOEPKEN in Hiſtoria Bardewici, ſeu in *Beſchreibung der Stadt und Stiffts Bardewick* edita, quod valde miror, cum originalia inſpicere potuiſſet; porro diplomata quae IOH. GEORG. LEVCKFELD operibus ſuis inſeruit, id quod ex collatione multorum diplomatum, ſigillatim tabularii Ilfeldenſis, cum originalibus didici, cuius rei exemplum adduxi inſigne in Obſeruatione de Significatione literae C. etc. ſub finem. Sic non ita pridem ab Ampliſſimo Domino C. L. SCHEIDIO Bibliothecae Regiae atque Electoralis Praefecto, rel. datum mihi fuit diploma, quod ſumme Reuer. Praepoſitus Scheningenſis *I. C.* HAREMBERGIVS S. Theol. D. in *Hiſtoria Eccleſiae Gandersh. diplomatica p.* 138. ſq. primus typis vulgauit, conferre cum MSto Diplomatarii, in quo *Marienthalenſia* et *Riddagesbuſenſia* continebantur, quodque ex originalibus collegit D. POLYCARPVS LYSERVS Prof. ac Polyhiſtor olim Helmſtadii longe celeberrimus. Atque cum variantes lectiones ex hac collatione non vnas notarem, operae pretium duxi ex Diplomatario dicto illud integrum Praefationi inſerere, variantibus lectionibus Harembergicis ſubnotatis. Primo autem notandum, quod loco *æ* et *œ* hic ſemper *e* ſimplex legatur; tenor eius eſt ſequens: In nomine Patris, et filii, et Spiritus ſancti. ALTFRIDVS [k]) Dei gratia ſancte HILDENSEMENSIS Eccleſie qualiſcunque dictus Epiſcopus, vniuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum. Quomodo diuine bonitatis ineſtimabilis clementia vſque quaque noſtra perornare dignata eſt tempora per ſancte religionis grata ſibi ſtadia [l]), per bone conuerſationis Monaſteria recenter inſtructa, noſtri eſt officii ſacerdotalis, toto mentis affectu, omnique deuotionis inſtantia, noſtre mortalitatis tempore vigilantis [m]) operam dare, vt manu ſupremi [n]) cultoris plantata iamque flores parturiens vinea laudabilium profectuum, ac [o]) bonorum fructuum cottidiana [p]) ferre non ceſſet incrementa [q]). Inter alia itaque diuine ſeruitutis loca venerabilia noſtris [r]) diebus, noſtris etiam in terminis,

k) ALFRIDVS
l) ſtudia
m) vigilanter
n) ſuperni
o) et!
p) quotidiana
q) loco • eſt,
r) noſtris etiam diebus

minis, Domino auctore fundata eſt in loco LAMMESPRINGE [s]) nuncupato, ancillarum Chriſti monaſterium venerabile in honore [t]) Dei omnipotentis, ac [u]) B. Marie ſemper Virginis, ad ſingulare patrocinium [x]) S. Adriani glorioſi martiris [y]) a ſtrenuiſſimo Principe *Ricdago* [z]) Comite ac fideliſſima eius coniuge *Imhilde* [a]) pia deuotione conſtructum, ac dotis nomine in deſponſione Deo [b]) dilecte virginis *Ricburgis* [c]) vnici pignoris filie iuſtis et liberis hereditarii iuris poſſeſſionibus rationabiliter dotatum [d]). Quod cum [e]) ſecundum ſeculi dignitatem regni municipatu fauorabiliter extollere, vel omnimodis emancipatum iuris proprii libertate rationabiliter [f]) manumittere potuiſſent, hoc potius pro remedio animarum ſuarum, et pro gloria coeleſtium bonorum Regum Regis Chriſti Domini et Regine celeſtis [g]) tutiſſime donationi, Eccleſie videlicet Hildesheimenſis [h]) fideliſſime tuitioni, aſſignantes, fideliter ſuum depoſitum commendauerunt; ita ſane, vt in eodem loco famulantes Domino liberam Epiſcopi ſui conſilio habeant dictionem [i]), liberam quoque omnium diſponendorum, ſicut oportet, facultatem. Et quando [k]) eadem Lamſpringenſis Eccleſia deuotione voluntaria noſtre matris Eccleſie facta eſt fidelis filia, pro vera et perpetuali vtraque [l]) recognitione confirmata [m]), licentia Dei omnipotentis, et largitate B. Virginis Marie matris, conſenſu cleri noſtri et vniuerſe familie, ſub teſtimonio totius Eccleſie noſtre in Chriſto congregate, de manu noſtra in bona voluntate, et cum hilaritate decimas aliquas villis earum adiacentes et oportunas [n]) eidem ſtabiliter concedimus, quatenus vſque in finem ſeculi cooperante gratia Domini [o]), die noctuque deuota ibi exhibeantur obſequia pro nobis et S. vniuerſali Eccleſia. Sed ne impoſterum vacillet aliqua occaſione ſeu machinatione huius doni largitio, loco decimarum, quas tradidimus, Lameſpringenſium predia quedam precipua nobiliter extructa [p]) vtiliter exculta, noſtre ciuitati contigua, noſtris etiam vſibus magis proficua, immobiliter recepimus [q]), ſimiliter [r]) et in villa *Odenhuſen*, eis attinentia, et Folcberti [s]) omnem poſſeſſionem, que ampla erat, iuri noſtro et ditioni libere adiecimus. Hanc itaque mutuam tra-

s) Lamſpring
t) honorem
u) et
x) praeſidium
y) martyris
z) Riddago
a) Himhilda
b) Domino
c) Rickburgis.
d) loco · eſt,
e) deeſt *cum*
f) auctorabiliter
g) coe.
h) Hildenſemenſis
i) electionem
k) quoniam
l) vtrinque
m) confirmanda
n) opportunas
o) Dei
p) exſtructa
q) recipimus.
r) Similiter
s) Foloberti

traditionem et vicariam cambitionem pacto firmo ſtatuimus, banno legitimo roboramus, precipiendo mandantes, vt vſquequaque rata permaneant. Sin [t]) autem in futuro, quod abſit, contra iuſtitiam Dei et legem Chriſtianam caſſari contigerit, iam dicte poſſeſſiones agrorum ac prediorum cum omnibus edificiis, et cultis [u]) atque appenditiis ſuis, ad primitiuam donationem ex [x]) integro abſque contradictione ac ſine procraſtinatione in bona pace redeant. Omnem autem meum ſucceſſorem [y]) fideliter in Domino moneo ac [z]) rogo et [a]) obteſtor, vt memor ſortis proprie, memor miſericordiarum et iudiciorum Dei, nullum in his patiatur ſcrupulum offenſionis oboriri, ne aliquatenus Eccleſiaſtice derogetur auctoritati, quia procul dubio magno maledicto et vindicta grauis ire ſubiacebit, qui pactum Dei viuentis irritum faciens, verbum Domini [b]) conculcauerit. Preterea conſtituimus, et in Chriſto Ieſu Domino noſtro ſub interminatione futuri examinis [c]) precipimus, vt eidem S. Adriani monaſterio, et congregacioni ac familie in omni negotio de omni ratione ſit pax firma, ſecuritas perpetua [d]). Et ne preſumat aliquis attemptare locum [e]), grauare per iniuſtitiam aut violentiam ſeu rapinam, neque in aliquibus rebus poſſeſſis alicuius moleſtie diſcrimen inferre moliatur, quolibet ingenio [f]), quacunque occaſione, ſcilicet in decimationibus [g]) a nobis contraditis [h]), in ceteris omnibus poſſeſſionibus ſuis, in agris, in pratis, in villis, in ſyluis, in aquis, in molendinis, in viis, et inuiis [i]), in mancipiis, in mobilibus, et inmobilibus, in omni re ibi attinente, foris aut intus [k]). Legitimam quoque ac liberam ſemper idonee perſone habeant electionem, ſecundum Dei timorem et honorem, omnemque reliquam inſtitutionem agant ſecundum ſerie [l]) obſeruantie tenorem. Summopere vero pre omnibus hoc ſingulari mandato ſtatuimus, vt ſancta ibi iugiter vigeat cum humili ſubiectione clauſtralis obedientia, et per omnia diligenter obſeruetur ſpiritualis diſciplina, vtque omni exterioris occupationis et ſeruitii temporalis impedimento ſunt abſoluta [m]) in Domini Dei omnipotentis famulatu, in caſta et religioſa conuerſatione ſtudeant omnimodis eſſe deuote, non [n]) in vacuum gratiam Dei recipientes [o]), noxie ſe libertati tradentes, ſed in omnibus ſemet-ipſas, vt veras Dei ancillas, et kariſſimas [p]) filias, exhibentes, ſecundum nomen Domini veri et immortalis

t) Si
u) culturis
x) ab
y) ſucceſſorem meum
z) et
a) ac
b) Dei
c) venturi Numinis
d) loco · eſt,
e) vel grauare
f) et quacunque
g) delineationibus
h) contractis
i) deeſt *inuiis*
k) loco · eſt,
l) ſanctae.
m) abſolutae
n) nec
o) vel
p) caſtiſſimas

mortalis ſponſi, non [q]) in ſe blaſphemari, ſed magis benedici et glorificari, pro [r]) ſtudio et continua deuotione contendentes, vt, cum nomen Domini per eaſdem benedicatur [s]), ipſe a Domino benedictionem hereditare mereantur. Si quis autem ſucceſſorum noſtrorum [t]) ſeu [u]) quiſquam alius, hanc noſtram ex diuina diſpenſatione [x]) conſtitutionem irritam fecerit [y]), aliquid horum vſurpauerit, vel ſi quis alter poſt alterum in iniuſtitia detinuerit, non conuerſus ab errore ſuo ad integrum omnia reſtituerit [z]), et digna ſatisfactione iudicio Eccleſie ab incolis loci placationem recipere meruerit, huic comminationi ſubiaceat [a]) auctoritate omnipotentis Dei et B. B. Apoſtolorum Petri et Pauli, ac noſtri ſacerdotalis officii ſit abſciſus [b]) de Corpore S. matris Eccleſie, ſit ſegregatus a cetu [c]), exterminatus de terra viuentium, ſit traditus Sathane in interitum, et manifeſta vltio diuina hic in preſenti tangat eum, vt ſit omnibus in parabolam [d]) et in exemplum. Et vt firmum ſemper ſacratum [e]) hoc Domini maneat Teſtamentum, propria manu ſigillo noſtro ſignavimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, vt funiculus iſte S. Trinitatis, qui nunquam rumpitur, nulla vnquam ratione diſſoluatur [f]). Quem quicunque infelix diſſoluere contenderit rudentibus inferni [g]) ad ſupplicia eterna ſine remedio pertrahetur [h]).

Acta ſunt hec Dominice incarnationis anno DCCCLXXII. Indict. V. Kal. Nouembris in die ſolempnitatis [i]) et letitie noſtre conſecrationis videlicet noue Baſilice principalis Eccleſie S. Dei genetricis Marie, quam Deo auctore a fundamento ereximus, preſentibus Venerabilibus Epiſcopis et nobiſcum omnem actionem confirmantibus *Rimberto* [k]), *Theodorico*, *Luthardo*, aſtante religioſo Abbate *Adalgario*, coram multis fidelibus clericis, Monachis, Laicis [l]), ſub teſtimonio Chriſti et totius Eccleſie in Trinitatis nomine feliciter Amen.

Adalgarius II. fuit Abbas Corbeienſis, *Theodericus* Epiſcopus Mindenſis II. *Rimbertus* Hamburgenſis Epiſcopus II. *Luthardus* Paderbornenſis Epiſcopus III.

Nec hoc vnicum male lecti originalis exemplum eſt, quod in Hiſtoria Gandersheimenſi diplomatica occurrit, noui enim virum longe celeberrimum,

q) nec
r) [illegible]io
s) per aeuum benedicetur
t) ſucceſſor meus
u) nec
x) compenſatione
y) vel aliquid
z) detinuerit
a) poſt verbum *ſubiaceat* eſt •
b) abſciſſus
c) a coelo ſit
d) poſt verbum *parabòlam* ſequitur *et opprobrium*
e) ac ratum
f) diſſoluitur
g) inferri
h) pertrahatur
i) ſolennitatis
k) Remberto
l) poſt verbum *laicis* eſt •

mum, qui vel ſexaginta diplomata dictae hiſtoriae cum autographis contulit. Ex his allatis ſpeciminibus videre autem licet, quantum interſit genuinam lectionem indagare, atque quam parum recentioribus diplomatum editoribus habenda ſit fides; potiſſimum ſi ex chartulariis diplomata congeſſerunt. Interim confirmant dicta, quae beatus IOH. DAN. GRVBERVS, de Codice Diplomatico Eichſtadienſi m) l. c. *p. 18. ſeq.* in medium protulit; vbi ſtatim ab initio in Nota ſubiecta ait: Von dieſem Codice Diplomatico iſt man ſich viel gutes vermuthen geweſen, = = = wie man aber aus der Vorrede erſehen, daß derſelbe = = = nur aus allerhand Copeyen zuſammen getragen; alſo hat man auch die den **Copeyen gewöhnliche Fehler** ſofort in großer Menge darinnen angetroffen, die dem Herrn Verfaſſer hier und da viel Kopfbrechen verurſachet haben. Exempla l. c. ſe offerunt.

§. 14.

Hoc loco etiam commemorandum putaui, etſi alienum ſit a propoſito, interdum etiam Diplomatum Editores mala fide agere, et illa mutila exhibere. Eiuſmodi mutilatum et interpolatum Diploma Conradi II. Imp. anno 1723. menſe Maio Corbeiae Saxonum contuli cum edito NIC. SCHATEN in *Annalibus Paderbornenſibus* n) *Lib. VIII. p. 770. ſqq.* in quo multa omiſſa, ſigillatim locus, vbi de Aduocatia loci Keminada in Ducatu Guelpherbytano ſermo eſt. Adſcripſi tunc temporis et *Schatenio* l. c. Bibliothecae Corbeienſis omiſſa et variantes lectiones. Cum autem poſt diſceſſum Eccardi a nobis facta collatio inueniri haud poſſet, nuper eam a Reuerendiſſimo Principe CAROLO, Monaſterii Corbeienſis Abbate, et S. R. I. Praelato expetiui, qui ex generoſa domo Baronum de BLITERSDORF natus, et integrum Diploma cum Originali diligenter collatum deſcribi iuſſit, mihique clementiſſime transmiſit. Verum paulo poſt A. 1737. Kalendis Februarii is vitam cum morte commutauit. Nullus ergo dubito Hiſtoriarum cultoribus me facturum eſſe rem longe gratiſſimam, ſi cum Schatenii edito collatum illud hoc loco ex Originali in medium producam; praeſertim cum MARTENE in *Collectione ampliſſima Monumentorum Veterum*, vbi ſpicilegium quoque inſtituit Diplomatum Corbeienſium, illud non habeat: Verba omiſſa notulis („) vulgo Gänſeaugen ſignari curaui, ac variantes lectiones ſubieci. . . . Eſt autem inſigne hoc Documentum ſequentis tenoris:

In

m) Appendicis loco ille iunctus eſt *Codici Diplomatico Antiquitatum Nordgauienſium I. Henr. de* FALCKENSTEIN Lipſ. 1733. in folio.

n) Horum Annalium Tomus I. editus eſt *Neuhuſii* 1693. *T. II.* ibid. 1698. in folio quidem prodiit, ſed difficulter haberi poteſt, bibliopola enim res ſuas perdidit, vnde multa exemplaria quoque perdita et ſuppreſſa fuerunt.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Cuonradus Divina favente Clementia Romanorum Rex Secundus. Principalis Dignitatis Munificentiam decet, bene de Republica merentibus præmia rependere, et per congruos honorum gradus provectos cæteris in exemplum, et tanquam bonæ ſpei ſignum proponere, Vt tam hi ſui laboris emolumenta ſine fine manſura percipiant, quam illi a ſimili mercedis gratia ſeſe non fraudandos intelligant. Quo circa nouerit omnium fidelium noſtrorum tam futuri quam præſentis temporis induſtria, quod Nos propitia Serenitate fidem, labores et conſtantiam fideliſſimi noſtri, Nobisque Cariſſimi Wiboldi Corbeienſis Abbatis intuentes tradidimus in perpetuum Corbeienſi monaſterio, et eidem qui nunc Diuina vocatione et communi atque concordi fratrum electione præeſt, Abbati ſcilicet Wiboldo, nec non cunctis ſucceſſoribus ipſius auctoritate in æternum valitura Monaſterium feminarum, quod vocatur Keminada o) et de noſtro atque Regni iure per manum Herimanni Palatini comitis de Rheno, quem ad hoc rite peragendum aſſumpſeramus Aduocatum transegimus, & firmavimus ſuper Reliquias Corporis Sti Viti Martyris, per aureum Donationis noſtræ annulum in poteſtatem et Ius atque Dominationem Corbeienſis Monaſterii in manum prædicti Abbatis Wiboldi et Adelberti Marchionis de Brandenburg, qui vice Comitis Herimanni p) de Winzemburch, Corbeienſis monaſterii Aduocati eandem donationem noſtram ſeu transactionem ſuſcipiebat, ita videlicet, vt Corbeienſe Monaſterium, prænominatum Monaſterium ſcilicet Keminada q) cum omnibus prædiis, ſilvis, et aquis tam foris quam intus ad ipſum locum r) pertinentibus habeat, poſſideat, ordinet, utatur et ſervet, ſicut tenet ſub ſuo regimine iure videlicet proprietario tres Abbatiolas, quas fundator eiusdem Novæ Corbejæ Luothewicus s) Pius Magni Karoli filius ad eandem Corbeiam contulit, ſcilicet Eresburg, nobile quondam Saxonum Caſtrum, nec non Meppiam atque Visbike. Sane de præfato loco t) neque militia, neque ullum ſervitium Nobis aut Regno debebatur, et quoniam Corbeienſi Monaſterio tam in Militia quam in Servitio ad Honorem regni et Defenſionem Sanctæ Eccleſiæ Dignitas collata eſt, „*ex conſenſu Fratrum & Miniſterialium ipſius* „*Eccleſiæ ſtatuimus, ut pro augmento præfati Monaſterii, quod Eccleſiæ Cor-* „*beienſi in perpetuam poſſeſſionem Tradidimus ad debitum Regis Servitium* „*ſex Marcæ, aut Servitium ſex Marcarum Regno de Abbatia Corbeienſi per-* „*ſol-*

o) Schaten: *duo feminarum monaſteria Keminade videlicet atque Visbeke*

p) Schaten: *qui Vice Herimanni Comitis*

q) *duo praenominata monaſteria Keminade ſcilicet et Visbeke*

r) *ad ipſa loca*

s) *Luthewicus*

t) *ad praefata duo loca*

„*ſolvaantur, tque hanc noſtræ Auctoritatis Donationem ex judicio Principum* „*Regni noſtri*,„ [u]) ſicut præſcriptum eſt, Manere in perpetuum Decernimus. Primam iudicii ſententiam dedit Burchardus Argentinenſis Epiſcopus, quam ſecutus eſt Adelbero Trevirenſis Archi-Epiſcopus, Anshelmus Hauelbergenſis Epiſcopus, Heinricus Leodienſis Epiſcopus, Sifridus Wirzebergenſis Electus, Fridericus Dux Sueviæ et Alſatiæ, Herimannus Palatinus Comes de Rheno, Cuonradus Dux de Ceringia, Cuonradus Marchio de Witin, Adelbertus Marchio de Brandeburch, Otto filius ipſius æque Marchio, Herimannus filius eiusdem Adelberti Marchionis, Luothewicus [x]) Comes patriæ de Thuringia, Herimannus Marchio de Bada, Wernherus Comes de Bathen Vothelricus Comes de Lentzenburch v͛thelricus Comes de Horninga [y]), Heinricus Comes de Cazzenellenbogan [z]), Marquardus, Sibodo, Theodericus Comes de Montbeliart, et alii plures qui tunc affuêre. Hoc quoque notum eſſe volumus quod Venerabilis Pater noſter Eugenius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex [a]) frequenti nos admonitione tam per ſuos, quam per noſtros Legatos hortatus eſt, ut Monaſteria feminarum, quæ noſtræ ditioni et ordinationi in Regno noſtro ſpecialiter pertinent, in quibus divina religio penitus dilapſa eſt, regulare et reformare dignaremur, et Quoniam ſæpe nominatum Monaſterium Keminada, non iam Monaſterium [b]), ſed omnibus prætereuntibus viam in peccatis Commune [c]) Corrigi poſt multos labores non potuit [d]), „*ſiquidem multis religioſis et præcipue Mindenſi Epiſcopo, in cuius* „*Parochia ſitum eſt idem Monaſterium, hanc operam iniunxeramus, ut inibi* „*Divina religio & ſacræ Converſationis Cultus inſtitueretur, et rite obſer-*„*varetur, et* [e]) quoniam Corbeienſi Monaſterio vicinum eſt [f]), tam ad Correctionem quam in proprietatem inibi contradidimus nullo reclamante, niſi Sanctæ regulæ inimicus, et pudicitiæ hoſtis fuerit inventus. „*Advocatiam vero ſæpe fati loci, id eſt Keminada, et omnium Prædiorum* „*ibidem pertinentium, quam Vir Illuſtris Heinricus Dux Saxoniæ a noſtra* „*et Prædeceſſorum noſtrorum Regum videlicet ſeu Imperatorum manu habue-*„*rat, tradidimus iam dicto Corbeienſi Monaſterio, nec non prænominato* „*Wiboldo, ſuisque ſucceſſoribus Canonice et regulariter ordinatis in perpe-*

 „*tuum*,

u) verba *ex conſenſu fratrum* etc. vſque ad verba *Regni noſtri* a Schatenio omiſſa, et loco horum verborum ſequentia habet: Dignitas collata eſt *nos indicio principum ad coronæ noſtræ augmentum ſicut præſcriptum eſt manere decernimus.*

x) *Luthewicus*

y) *Orninga*

z) *Cazzenelenbogo*

a) *Summus Pontifex.*

b) *Keminada et Visbike non tam monaſteria*

c) *Communia*

d) *potuerunt*


e) Haec verba notulis „ſignata, a Schatenio iterum omiſſa ſunt.

f) *et Corbeienſi Monaſterio vicina ſunt*

„*tuum*, *ipſo Duce conſentiente et Annuente et eandem Advocatiam de* „*manu ipſius Abbatis*, *Hominio prius ei cum Juramento fidelitatis propter* „*id ipſum facto*, *ſponte et vltro recipiente* g).„ Auctoritate vero noſtra regia præfatæ Cellæ Keminadæ h) Damus ac Decreto in perpetuum valituro confirmamus Eandem Libertatem, quam habet Corbejenſe Monaſterium, ſcilicet præfecturam Vrbis quæ vulgo dicitur Burchban i), ea videlicet privilegii ratione, vt nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus advocatus poteſtatem habeat exercendi [*judicium*] k) in atrio prædictæ Eccleſiæ, ſed quicque præter ius et æquum a famulis, qui tam Abbati, quam congregationi obſequio Cottidiano deſerviunt, commiſſum fuerit, ab Abbate vel ab eo cui ipſe mandauerit, corrigatur. Et ut hæc omnia rata et inconvulſa in perpetuum habeantur, præceptum hoc conſcribi et Imaginis noſtræ impreſſione inſigniri iuſſimus.

Signum Domni Counradi Romanorum Regis Secundi Inviſtiſſimi,

Ego Arnoldus Cancellarius Vice Heinrici Moguntini Archi Epiſcopi & Archi Cancellarii recognovi.



Data Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVII. indictione X. Anno vero Domni Cuonradi ſecundi Regis invictiſſimi VIIII. actum Franckenevort in Chriſto feliciter Amen.

Vt autem de fide huius documenti, Corbeiae recens collati, conſtet, en Reuerendi ac generoſi Domini WESTERHOLTI Archivarii et Monaſterii Corbeienſis Sub-Prioris *Vidimus*, quod conceptis verbis ita ſe habet: NB. *Dieſe Copia iſt mit der in den Annalibus Paderb. P. Schaten befundener Correction des Herrn Baring*, *wie auch mit dem hier vorhandenen auf roth Pergamen mit Guldenen Buchſtaben geſchriebenen Originali fleiſſig collationirt vnd demſelben gantz Gleichlautent. A. V. Weſterholt. Archivarius.* Ceterum Chriſt. FRANC. PAVLINI hoc Cuonradi ſecundi Imp. Diploma ex SCHATENIO in *Hiſtoria virginum Collegii Visbeccenſis Francof.* 1699. *p.* 57. ſqq. repe-

g) Hic locus a Schatenio omiſſus.

h) *praefatis duabus cellis Keminade et Visbike.*

i) *Burgban.*

k) *exercendi iudicium.*

repetiit. Atque non tantum in hoc Diplomate, ſed et in aliis a SCHATENIO l. c. editis documentis olim a me collatis, lacunas et variantes lectiones obſeruaui [l]), et videtur ille ſtudio omiſiſſe ea, quae fortaſſe pro praeſenti rerum ſtatu minus grata fuerunt. Pro certo etiam ſcio, SCHATENIVM ex Diplomatariis tantum, male deſcriptis, diplomata typis mandaſſe; qui et ingrati animi notam incurrit nulla auctorum facta mentione, quibus ſua debet.

§. 15.

Interea et fictitia Diplomata [m]) a monachis non raro genuinis ſuppoſita fuerunt, immo quod falſis Diplomatibus monachi abundent fide auctorum commonſtrauit Celeberr. Prof. KAPPIVS in Praefatione NIC. HIER. GVNDLINGII *Hiſtorie der Gelahrheit* praemiſſa *Lipſ.* 1734. *4to. p.* 12. in Nota: quam malae Notae maculam olim ſibi contraxerunt FRANCISCVS *de* ROSIERES in Libro Stemmatum Lotharingiae, de quo Excell. LVDEWIGIVS in Praefatione ad *Reliquias Manuſcriptorum T. I. p.* 75. *ſq.* nec non CHRISTOPH. BVTKENS [n]) ac SVFFRIDVS PETRI [o]). Falſa ac interpolata diplomata non

 vna

l) Hoc Nic. Schatenio etiam obiecit FRANC. PAVLINI *Syntagm. Hiſtor. Germ. part. vlt. p.* 532. Diplomata nimirum Corbeienſia, Annalibus ipſius Paderbornenſibus inſerta, vitioſiſſime deſcripta et edita eſſe. Confer hic *Obſeruat. Halenſ. Tom. X.* obſerv. 14. vbi plura Diplomata vitioſe edita recenſentur. *item* das 66. Stück der Braunſchweigiſchen Anzeigen a. 1752. §. 6.

m) De falſis et ſuſpectis Diplomatibus in Monaſterio Fabarienſi, et de quibuſdam Diplomatibus Chronici Tſchudiani vide Excerpta ex literis NN. d. 11. Febr. 1735. quae inſerta ſunt *Nouis Actis Erudit.* menſ. Febr. De chartis ſpuriis Siluiniacenſis monaſterii agit *Mabillon.* in Supplem. ad libros de re Dipl. c. 10. p. 45. Ioh. Dan. *Gruber* l. c. p. 42. de ſuſpectis diplomatibus ita diſſerit: Obgleich nicht zu leugnen, daß den alten Kayſern, inſonderheit Carolo Magno öfters offenbahr falſche Diplomata, dahin des Hamconii Frieſiſches, und des Nopii Aachiſches gehöret, angedichtet, auch wohl manchmahl den nachfolgenden Kayſern zur Beſtätigung vorgeleget worden etc. *Mart. Hamconius* in Libro *de Viris rebuſque Friſiae illuſtribus* allegatum Caroli Magni Diploma vna cum Wilhelmi Caeſaris Confirmatione produxit; Alterum vero quod laudatus Gruberus citat, exſtat in *Ioh. Noppii* Acher-Chronick. Coeln. 1643. f. Quanquam autem de Diplomatibus Caroli M. a *I. Du Montio* in libro, cui Tit. *Corps univerſel Diplomatique* productis, quae numero nouem ſunt, ſigillatim egerit Polyc. *Leyſer* in Comment. *de Diplomatico Hiſtoriae Germ. Corpore concinnando p.* 10-17. ac fidem illorum in dubium vocaverit: interim tamen, licet falſa ſat multa genuinis ſuppoſita ſint, non de omnibus Caroli M. Diplomatibus idem pronunciandum. Genuinum Caroli Magni Diploma olim inſpexi Corbeiae Saxonum cum exquiſita imaginis impreſſione; ſcio & genuinum Caroli M. Diploma aſſeruari Caſſellis, quod Leibnitius et Eccardus viderunt, vt taceam illa Diplomata Caroli M. quae a doctis et harum rerum gnaris viris genuina pronunciata.

n) Vide Bibliothecam Diplomaticam, et quidem quae ſub Tit. BELGAE ad C. *Butkens* Trophées du Duché de Brabant notaui.

o) Suffridus *Petri* ſcripſit *Antiquitates Friſiorum*, item pro antiquitate et origine eorundem, contra quem Vbbo *Emmius* peculiarem librum edidit. Gerh. Ioh. *Voſſius* Lib. II. *de Latinis Hiſtoricis* C. 32. *p. m.* 302. De eo inter alia ſic ſcribit: „Et ſunt apud eum non „pauca; vt parum ſanae fidei mercatur, tot „antiquos Friſiae ſcriptores nobis commemo„rans; quorum multos, vt ipſe non ſit com„mentus

vna produxit quoque HIER. BIFFIVS in libro de cetero oppido raro, cui titulus: *Glorioſa nobilitas illuſtriſſimae familiae Vicecomitum* etc. p). Hoc etiam liquet ex bellis Diplomaticis ab illuſtribus duumviris IOH. PETRO *de* LVDEWIG et I. G. *von* MEIERN deſcriptis. Ille de his egit in modo laudata Praefatione *T. I. Reliquiarum Manuſcriptorum omnis aeui Diplomatum ac monumentorum ineditorum* praemiſſa: Hic vero in Praefat. *T. III.* plane eximiae Editionis *Actor. public. Pacis Weſtphalicae* bellum Diplomaticum in genere perſecutus eſt. Sigillatim quoque illud patet ex Controuerſia de Diplomate Lindauienſi, item ex ea, quae I. G. ECCARDO cum NVNNINGHIO, GVNDLINGIO et HENSELERO, mox memoranda interceſſit.

§. 16.

Varia autem fuit veterum inſtrumentorum fortuna: Non multo plura tempus edax rerum, quam hominum incuria et iniquitas deuorauit, v. OPTATVS MILEVIT. L. 7. Potiſſima vero deprauationis cauſa fuit, quod multi cum amiſſis bonorum titulis viderent periclitari facultates ſuas: Inſtrumenta ideo refinxerint, vt aliorum hominum bonis alienis inhiantium fraudem hac arte repellerent. Sed aliae corruptionis cauſae fuerunt in Inſtrumentis primariis, quae *originalia* vocant; aliae in *transſcriptis*, vulgo *copiis.*

Originalia tribus ex cauſis adulterata fuiſſe videntur. Prima: Ob caducitatem veterum apographorum, quae cum lacera eſſent, aut ſcripturae fugientis ad eorum imitationem alia effingebantur priuata auctoritate, quod tamen citra falſi crimen factum eſt. Aliquando a Pontificibus q) Epiſcopis, Regibus et Magiſtratibus, vera recognoſcebantur exemplaria, et vel ad eorum normam alia condebantur, vel integra ſecundis literis inſerebantur; qui poſterior renouandi modus, etiam nunc *Vidimus* appellari conſueuit: vix tamen ante Seculum XII. in vſu fuit. Pro variis vero ſeculis variae quoque formulae obtinuerunt, et duae nonnunquam pluresue recognitiones in vno eodemque Inſtrumento inueniuntur. Exempla legas apud Mabillon. in Spicileg. T. 10. p. 649. Inde Confirmationes priuilegiorum adhucdum vſitatae originem traxiſſe videntur. Seculo dein XIV. frequens eiuſmodi recognitio Inſtrumentorum facta eſt per Notarios publicos et Apoſtolicos, quae *Transſumta* ſeu *Trans-*

„mentus, commentitios tamen eſſe, nemo non „videt, niſi qui oculos in calcaneo habuerit. I. Iſaac *Pontanus* vero in *Origin. Franc. p.* 51. haec de eo habet: „Suffridus Petri homo ſenex, „et fabuloſis narrationibus nimium indulgens, „tum et falſitatis non vno nomine a doctioribus „ſaepenumero conuictus.

p) Vide pluribus quae de hoc libro notaui in Bibliotheca diplomatica ſub tit. ITALI, huic operi praemiſſa.

q) V. Stephanus Tornacenſ. Ep. 229. Ital. ſacra T. V. col. 1537. MARLOT T. II. Metropol. Rem. p. 364.

Transſcripta appellari ſolent, ſubinde tamen erratis ſcatentia, vel ex imperitia ſcribae, veterem ſcripturam non bene callentis, vel ex negligentia, aut oculorum lapſu.

Secunda cauſa confingendorum originalium fuit, ad ſupplendam veterum iacturam ex bellis, incendiis, aliiſque modis. Nonnulli a Principibus Epiſcopisue priuilegia chartasque ſuas reſarciri flagitabant, petito generali priuilegio, in quo Eccleſiae aut monaſterii generatim confirmabant poſſeſſiones omnes, aut omnium poſſeſſionum, iuriumque accurata fiebat enumeratio. Qui autem eiuſmodi reſtitutiones priuilegiaque a Rege poſtulabant; primum quidem a pagenſibus ſeu popularibus ſuis teſtimonium de incendio ſuborto et iactura conſequente, ſeu *Chartulam relationis*, quae dicebatur *apennis*, obtinebant, eamque deferebant ad Regem: qui habita combuſtorum inſtrumentorum ratione, omnes laeſae perſonae poſſeſſiones Edicto ſuo roboraret. Exempla vide apud MARCVLFVM *L. I. C. 33. et 34. et form. 46. Secul. Benedict. IV. P. 2. p. 252.* BALVZIVM in *Append. ad Concil. Narbon.* p. 171. Ritus autem ille, *Legibus Alemannorum* c. 2. probatus, vt illius, qui chartam deperditam confecerat, heres, cum teſtibus nominatis quinque in Eccleſia iuraret, quod pater eius nec chartam feciſſet, nec ad illa ſancta loca dediſſet, iam Legibus Longobardorum ſublatus eſt.

Tertia denique cauſa alios vertit ad ſubornanda falſa diplomata, ex quibus blandienti falſitati atque iniuſtitiae robur et ſubſidium arceſſerent. Quod quidem genus hominum reipublicae maxime nociuum fuit; vnde merito eiuſmodi ſcelera grauiſſimis poenis excipiebant, nimirum aliquando proſcriptione bonorum, aliquando pollicis, immo dextrae abſciſſione, aliquando in viuicomburio. Interim falſa diplomata a veris praecipue ſecernuntur facta eorum inter ſe accurata collatione.

Transſumta ex originalibus inſtrumenta quod attinet, eorum interpolatio, itidem ex triplici capite proceſſiſſe videtur. *Primum* ex imprudentia et leuitate librariorum, qui nonnulla exemplaris vocabula aut omiſerunt, aut perperam immutarunt, ſeu vitio praelegentis aut dictantis, ſeu imperitia ipſius ſcriptoris aut typographi. *Alterum* ex temeritate ſciolorum, qui exemplaris verba non intelligentes aut alia pro iis ſubſtituerunt, aut gloſſemata falſa adiecerunt. *Tertium* ex ſtudio iuuandi poſteros, adhibitis annis Incarnationis, Indictione, aliquando etiam concurrente epocha. Primis enim ſeculis computandi modus in chartis, a Regum principatu iniri ſolebat; ex quo cum non conſtaret ſatis, quo quaeque Chriſti anno conditae eſſent; ea demum ratio quoſdam exſcriptores impulit, vt annos incarnationis alios adiicerent. Huic interpolationi maxime occaſionem dedit librorum chartaceorum vſus, in quibus inſtrumenta cuiuſque Eccleſiae aut Monaſterii ſecundum ſeriem

tem-

temporum ordinata ſunt: ob idque vetuſtioribus litteris adiecti anni incarnationis ad ſeriem iſtam demonſtrandam. Sed vnum vero leue erratum in re non graui, vnius exempli valori obeſſe non debet. Add. MANVELIS COMNENI Nouella apud LEVNCLAVIVM de Iure Graeco-Latin. p. 157.

§. 17.

Vt et hoc addam, Diplomatum Editores in ſcribendi ratione et ſtylo peccare videntur, nec ea Orthographia, quam Scriptores veteres adhibuerunt, documenta ſemper exhibent, quum tamen antiquitatis nota conſiſtat & in Orthographia. Nimis autem ſollicitus hac in re fuit C. H. (ſub quibus literis latere voluit CHLODOVEVS vel LVDOVICVS HENSELERVS [r]) e Soc. Ieſu) in Diſſertatione Critico-Hiſtorica de Diplomate Caroli M. dato Eccleſiae Oſnabrugenſi pro Scholis Graecis et Latinis, qua Diploma illud contra obiectiones I. G. ECCARDI defenditur, Monaſterii Weſtphal. 1721. in forma quarta, vbi *pag. 106. ſeqq.* quidem in Appendice Priuilegia Oſnabrugenſis Eccleſiae ex autographis deſcripſit; ſed dum antiquitatem in exſcribendis Abbreuiaturis imitari voluit, hic lectoribus crucem fixit, et, vt auguror, Originalia male legit. Quod vel ex Admonitione Typographi ad lectorem Diſſertationi ſubiunctae colligere licet, quae ita ſe habet: *Cum in Diplomatis ſupra adductis occurrerint multae Abbreuiationes, quas Typographia noſtra ob defectum Characteris antiqui non potuit ita exprimere vti reperiebantur in Autographo, coacti ſumus alias Abbreuiationes et Characteres magis affines ſubſtituere* etc. niſi forte dixeris; auctorem ipſa antiquitatis Monumenta et Originalia Typographo ad exſcribendum dediſſe, quod magis miror.

§. 18.

Quum autem IOH. MABILLONIVS in Opere Diplomatico, RAYMVNDVS DVELLIVS in Praefat. *Excerptorum Genealogico-Hiſtoricorum Lipſ.* 1725. *f.* vbi ſpecimina veterum ſcripturarum inde a Sec. VI. exhibet, et IOH. IACOB SCHEVCHZER Med. D. et Math. P. item IOH. LOCHMANN Chalcographus in publicatis *Alphabetis ex Diplomatibus et Codicibus Thuricenſibus, Tiguri* 1730. *f.* aliique, paucas tantum Abbreuiationes notarint; et

r) L. *Henſelerus* e Societate Ieſu emiſſa hac Diſſertatione, Hiſtoriarum Profeſſor Coloniae Agrippinae deſignatus fuit, ac cum illuc ad Profeſſionem ſuſcipiendam abiret, Bibliothecam regiam Hannouerae Anno 1723. die 9. Octobris inuiſit, illumque tunc temporis conueni. Scripta quae in hac Controuerſia edita ſunt, infra in Bibliotheca Diplomatica recenſentur.

et nemo, ſi diſceſſeris a Dn. *Waltheri* Lexico diplomatico, item *Anderſonii* Scotia diplomatica, opera egregia recens in lucem edita, hucuſque de Abbreviaturis medii aeui egerit, eaſque tali ordine collegerit: ſpero interim in exercitatis et rei Diplomaticae et antiquitatis ſtudioſis, me etiam non leuem ingratamque operam, publicatis hiſce ſpeciminibus ſcripturarum et Abbreuiationum medii aeui nauaturum, quas in formam lexici, maioris commoditatis gratia, non ſine ſtudio redegi [s]), quod quauis occaſione augeri poterit, et quindecim tabulis aeneis illud exhibui. In ſupplementum vacui ſpatii addidi et Abbreuiationes quaſdam Germanicas, item characterem Codicis qui hiſtoriam *Reynfridi* Ducis Brunſuicenſis continet, quique aſſeruatur Gothae in Bibliotheca Ducali, ex qua anno MDCCXIX. nobiſcum communicatus fuit, et conſtat 163. foliis. Codex ſcriptus eſt dialecto mihi plane ignota. Poëma autem eſt a quodam ex Phonaſcorum (Meiſterſänger) numero concinnatum, qualium ſeculo XII. et inſequenti ingens in Germania prouentus fuit. Sub nomine autem *Reynfridi* latere inſignem aliquem heroem ex Sereniſſimis Principibus Brunſuicenſibus ac Luneburgenſibus facile coniicere licet, cuius res geſtae, vti ſub nomine *Theuerdanck* [t]) Imperatoris Maximiliani I. facta hic decantantur; diiudicatu autem difficile, quiſnam princeps ſit, cuius laudes cecinerit poëta.

§. 19.

Equidem NICOLAVS STAPHORSTIVS, verbi diuini apud Hamburgenſes miniſter, ſingulare opus *de Abbreuiaturis veterum Germanorum et inprimis Saxonum* promiſit, ſed operi immortuus fuit. Beatus auctor laborem hunc in

s) Pari ratione compendia ſcribendi Romanorum, ſicut apud *Apuleium* veniunt, ſingulari dictionario Tullius fertur expoſuiſſe. *Valerii* autem *Probi*, *Magnonis*, *Petri Diaconi* et *Papiae* libellos de Notis tam Romanorum, quam iuridicis, ordine literarum digeſtos inſertos vide Heliae *Putſchii* operi, in quo Grammaticae Latinae auctores antiquos exhibuit Hanouiae 1605. in 4to, p. 1494-1687. Sic ex recentioribus de Notis Romanorum Seruatus *Vrſatus* Patauinus, peculiarem librum ſcripſit Patauii 1672. f. in quo earum interpretationes quotquot reperiri potuerunt, collegit, literarum ordine digeſſit, et obſeruationes adiecit. Dictus Vrſati Commentar. de Not. Roman. inſertus eſt Tom. XI. Theſ. Antiqu. *Graeuii p.* 751. Catalogum etiam ſiglarum, quae in antiquis Inſcriptionibus et Monumentis occurrunt, exhibuit Ioh. *Nicolai* Tract. de Siglis veterum, p. 220-244. confer et Adr. *Beierum* l. c. Cap. 12. p. 41. ſqq.

t) De inclito libro Theuerdanck pereruditam Diſſertationem edidit Celeberr. Ioh. Dauid *Koelerus*, in Academia Georgia Auguſta Gottingae nunc Hiſtoriarum Profeſſor, Altdorſſii 1714. quae auctius recuſa 1719. prodiit. Auctores der Beyträge zur Critiſchen Hiſtorie der Deutſchen Sprache, Poeſie und Beredſamkeit, dictam Diſſertationem *T. II. Part. VI. p.* 191. ſqq. recenſuerunt. Confer et *Bibliothecam Hiſtoricam Struvio-Buderianam* pag. 937. Ceterum ſplendidum exemplar libri *Theuerdanck* membranis Norimbergae 1517. impreſſum aſſeruatur Hanouerae in Bibliotheca Regia, cum figuris pulchre illuminatis. Atque haec editio, claue auctoris non muti-

in octo ſectiones diſtinxit: „Sectione I. agere voluit de Scriptis ex quibus „Abbreuiaturas notauit. II. De Characteribus literarum, prout aetas tulit, „mutatis. III. De Abbreuiaturis generalibus. IV. De Signis ab initio vo„cis contractae poſitis. V. De Abbreuiaturis in medio vocis occurrentibus. „VI. De Abbreuiaturis finalibus. VII. De Notis Syllabam exprimentibus. „VIII. Lexicon, Abbreuiaturam tribus columnis exprimens a) vocem, b) Ab„breuiaturam, c) locum ſiue librum. Hanc ſciagraphiam ante aliquot annos nouellis Hamburgicis inſeri curauit. Speciminis vero loco interim *T. IV.* **der Hamburgiſchen Kirchen-Geſchichte** *p.* 348. compendia vocum, quae in MSS. Sec. XIV. XV. XVI. occurrunt, dimidia plagula exhibuit, quae hic ſubiunxi, ſed ordine Alphabetico, et modum legendi addidi, eaque auxi, quibus et Abbreuiationes Germanicae nonnullae inſertae ſunt. Ex genio ſeculi eiuſmodi opus diu iam deſideratum fuit, quod et arti Criticae Diplomatum ac codicum veterum egregie inſeruire poſſet. Votis tamen eruditorum ab omni parte ſatisfacere potuiſſet illuſtris SCIPIO MAFFEI, cuius in palaeſtra antiquaria (ex iudicio auctoris, qui eius Hiſtoriam Diplomaticam Cal. Decembris in *Actis Eruditorum Lipſ.* anno 1727. recenſuit) praeclara virtus dudum perſpecta eſt: iam tum mente agitauit *vniuerſalem Diplomatum* u) *Criticam*, ac promulſidis loco dictam hiſtoriam Diplomaticam vulgauit. Operae pretium erit ipſa verba auctorum *Actor. Erudit. Lipſ. l. c. p.* 536. huc transſcribere. *Hunc*, inquiunt, *ſi vitam Deus, quod precamur, largitus fuerit, ipſa ARS DIPLOMATVM CRITICA VNIVERSALIS olim vulganda excipiet, hac methodo elaboranda, vt primo SYSTEMA quoddam CHARACTERVM OMNES SCRIBENDI MODOS antiquitus receptos ſiſtens proponat, criteria porro, quibus vera a falſis inſtrumenta cognoſci atque diiudicari debeant, regulis aliquot vniuerſalibus comprehenſa tradat, fontes etiam errorum in interpretandis illis, a Mabillonio quoque haud raro commiſſorum oſtendat SCRIPTIONIS Compendia SOLLICITE EXPLICET, GENVINVM denique EORVNDEM VSVM NON SVFFICIENTER HACTENVS AGNITVM*, commonſtret. Hoc egregium plane opus impatienter huc vſque ab eruditis exſpectatum fuit, cuius editione Celeberrimus

mutilata, prima, eaque perrara eſt, et merito inter cimelia bibliothecae referenda; reliquae editiones textum integrum non exhibent.

u) Qua voce illuſtris *Maffei*, non quod vulgo fit, publica reſcripta, et conceſſiones Principum tantum, ſed omnis generis Acta, Documenta, aut Inſtrumenta inter priuatos etiam confici ſolita, intelligit. Interim Ars Diplomatica nullibi fere vt antiquiora, ita certiora inuenit ſubſidia, quam intra Religioſorum ſepta. *Poſcebat* enim, vt verbis vtar *Scheuchzeri* l. c. in Praefat. *vitae monaſticae, a labore manuali remotae ſuſtentatio Donationum et aliorum acquiſitionum titulos, qui ne perirent, Diplomatibus roborari debebant.* Ceterum diſtinctionem ſcribendi modorum in Romanum, Gothicum, Longobardicum, Saxonicum et Franco-Gallicum non adeo fundatam eſſe, aſſerit celeberrimus Marchio in Verona illuſtrata.

mus Marchio eruditam ciuitatem non minus maximopere ſibi deuinciet ac nuper edita *Verona illuſtrata* fecit. Recordor hic eximiae collectionis documentorum et apographorum veterum, quam IOH. BVRCH. MENCKENIVS in itineribus ſuis fecerat; in qua characterem cuiuſuis codicis, cum Alphabeto magna diligentia delineauit x). Suppeditat illa notitiam variorum codicum membranaceorum et chartaceorum, qui in Anglia latent; ex hac collectione, cuius apographum in Bibliotheca Regia Hanouerae aſſeruatur, ſunt ea ſpecimina ſcripturae, quae num. XIII. et XIV. tabulis aeneis exhibui. Ceterum ſpecimina veterum ſcripturarum poſt MABILLONIVM l. c. MONTFAVCONIVM in *Palaeographia Graeca* exhibuerunt etiam DAN. PAPEBROCHIVS in *Propylaeo Antiquario T. II. Actorum Sanctor. menſis Aprilis* praemiſſo, G. HICKESIVS in *Theſauro linguarum veterum Septentrionalium*, et Diſſ. *de antiquae Literaturae Septentrionalis vtilitate;* IOH. FRID. SCHANNAT in *Vindemiis literariis*, nec non in *Vindiciis quorundam Archiui Fuldenſis Diplomatum*, RAYMVNDVS DVELLIVS in Praefat. *Excerptorum Genealogico-Hiſtoricorum*, item PHIL. HVEBER in *Auſtria ex Archiuis Mellicenſibus illuſtrata;* I. G. *ab* ECKART Comment. *de Rebus Franciae Orient. T. I.* IOH. IAC. SCHEVCHZER l. c. GOTTFR. *von* BESSEL in inſigni Opere *Chronici Gottwicenſis*, in quo etiam *T. I. Lib. I. p.* 51. exhibentur Abbreuiationes Sec. XI. item quos modo nominaui duumviros IOH. LVD. WALTHERVS in Lexico dipl. et IAC. ANDERSONIVS in Selectu diplomatum et numiſmatum Scotiae theſauro. IOH. BAPT. DONIVS autem in libro cui Tit. *Inſcriptiones antiquae notis illuſtratae et XXVI. indicibus auctae* ab ANTONIO FRANC. GORIO *Florentiae* 1731. f. claſſi decima nona complexus eſt ſcripturas antiquiſſimas in arborum cortice exaratas, quae in Vaticana Bibliotheca vel in aliis adſeruantur *p.* 467-522. confer et claſſem vigeſimam. Idem ANT. FRANC. GORIVS in *Muſeo Etruſco*, Florentiae 1737. in f. Alphabetum linguae Etruſcae dedit, ſimulque monumenta Tuſcica illuſtrauit. Sed IOH. MICH. HEINECCIVS l. c. *Cap. II.* §. 11. docet, quae ſingulis ſeculis fuerit forma literarum in ſigillis, eaſque tabula aenea exhibuit. Praeterea Alphabetum e numiſmatibus Anglo-Danicis deſumtum, item Abbreuiaturas quaſdam in dictis numiſmatibus occurrentes expoſuit ANDR. FOVNTAINE Libro cui Tit. *Numiſmata Anglo-Saxonica*

x) Ipſe laudatus *Menckenius* in Diſſertationum Literariarum ex edit. Frid. Ott. Menckenii Fil. Lipſ. 1734. Diſſ. IV. p. 38. ita fatur: Nec diſſiteor, me quondam, huius potiſſimum exemplo [nim. Humfredi Wanley] incitatum, ſpecimina in itinere meo non modo ex antiquiſſimis MStis vnciali charactere ſcriptis, verum et iis Codicibus depromſiſſe, quibus, quod rariſſime tamen obſeruamus, annus, quo ſcripta erant, additus ab Amanuenſi fuiſſet, quod collatis pluribus huius generis ſpeciminibus, et literarum ductu, qui ſingulis fere Seculis alius fuit, diligenter conſiderato, de reliquorum etiam aetate promtius indicari poſſe ſperarem. et reliqua.

et Anglo-Danica illuſtrata, *Oxoniae* 1704. f. Quod opus inſertum vide HICKESII *Theſauro lingu. vet. Sept. T. II.* Plane egregie operam orbi literario nuper quoque praeſtitit DAVID CASLEY, edito *Catalogo Hiſtorico-Critico de Bibliotheca Regia Londinenſi* anno 1734. in quo modum ſcribendi a Sec. III. vſque ad Sec. XVII. exhibuit. Aſſeruatur haec Bibliotheca in fano ſeu templo D. Iacobi in *Weſtmunſterhall* y), cuius Praefectus et Celeberr. Richardus *Bentleius* fuit; eamque diſpoſuit, cui filius, vt relatum accepi, ſucceſſit. De Cl. *Casleii* libro, quem in octauo edidit, Auctores der neuen Zeitungen von gelehrten Sachen anni 1734. N. XLVII. p. 417. ita ſcribunt: Der verſprochene Hiſtoriſch-Critiſche Catalogus der hieſigen Königl. Bibliothek, den Herr Caſley ausgearbeitet hat, iſt zu Ende des Monats April dieſes Jahres fertig worden. Unter andern merckwürdigen Sachen ſind die verſchiedenen Arten zu ſchreiben, die vom III. bis XVII. Jahrhundert gebräuchlich geweſen ſind, ausführlich beſchrieben, und durchgegangen worden ꝛc. Recenſionem autem huius operis vide in Ephemeride literario, cui Titulus: *Bibliotheque Britannique* à la Haye T. V. Part. II.

§. 20.

Praeclare etiam quondam poſuit operam in Codicibus membranaceis et veterum ſcripturarum monumentis nobilis et docta virgo Eliſabeth ELSTOB, Angla; illa in efformandis et deſcribendis antiquis Codicibus adeo perita fuit, vt

y) Bibliotheca Regia Londinenſis a ſitu et *Weſtmonaſterienſis* dicta praefertur omnibus aliis, praeſertim ob MSta, et Thecleani, quem vocant, Codicis Veteris Nouique Teſtamenti quadrato charactere exarati antiquitatem et elegantiam. Hunc Codicem Thecleanum Cyrillus Lucaris ab Alexandria atque ſic ex Aegypto ſecum auexit, et Angliae Regi Carolo dono dedit. Thecleanus appellatur a Thecla, quae paſſa ſub Domitiano Imperatore martyrium, cuius manu exaratus dicitur. Etenim ante Codicem hunc Alexandrinum in Bibliotheca Regia haec ipſius Cyrilli manu ſcripta leguntur:

„Liber iſte Scripturae ſacrae. | Noui et Veteris „Teſtamenti, prout ex traditione habemus, eſt „ſcriptus manu Teclae, nobilis foeminae Ae„gyptiae ante mille et trecentos annos circiter, „paulo poſt Concilium Nicaenum. Nomen Te„clae in fine libri erat exaratum. Sed extincto „Chriſtianiſmo in Aegypto a Mahumetanis et „libri vna Chriſtianorum in ſimilem ſunt reda„cti conditionem. Extinctum ergo et Teclae „nomen et laceratum, ſed memoria et traditio „recens obſeruat

„Cyrillus Patriarcha
Conſtantinop.

Sed etſi hic ab ipſa Thecla ſcriptum Codicem putet, quod nomen eius in fine, qui nunc deſideratur, comparuiſſe olim, traditiones ferant, aliud tamen ex Athanaſii epiſtola ad Marcellinum patet, quae illic praefixa Pſalmis legitur. En ſpecimen Codicis Alexandrini in Tabula hic inſerenda. Cl. namque Ioh. Burchard *Menckenius* in itineribus ſuis Londini in Bibliotheca Regia olim illud ex dicto Codice ſatis accurate delineauit, confer diſſ. IV. eius Diſſ. literar. p. 38. et cum aliis huiuſmodi ſpeciminibus ſcripturarum veterum tam Codicum Graecorum, quam Latinorum, cum G. G. Leibnitio, et Ioh. Georgio Eccardo communicauit; ex quo et in Bibliotheca Regia atque Electorali Hanouerae iam dicta ſpecimina aſſeruantur: Praeclariſſimus autem Dominus C. L. SCHEIDIVS, qui in praeſenti Bibliothecae Regiae praeeſt, pro ſua humanitate, et ſtudio

Ad Præſat. p. 30.

Specimen Codicis Alexandrini, quem Cyrillus Epiſc. Alexandr. Carolo. I. Regi Angliæ dono miſit.

ΠΑϹΟΠΙϹΤΕΥΩΝΟΤΙΙ̅Ϲ̅ΕϹΤΙΝ
ΟΧ̅Ϲ̅ΕΚΤΟΥΘ̅Υ̅ΓΕΓΕΝΝΗΤΑΙΚΑΙ
ΠΑϹΟΑΓΑΠΩΝΤΟΝΓΕΓΕΝΝΗϹΑ̅
ΤΑΑΓΑΠΑΚΑΙΤΟΝΓΕΓΕΝΝΗΜΕ
ΝΟΝΕΞΑΥΤΟΥΕΝΤΟΥΤΩΓΙΝΩ
ϹΚΟΜΕΝΟΤΙΑΓΑΠΩΜΕΝΤΑΤΕ
ΚΝΑΤΟΥΘ̅Υ̅ΟΤΑΝΤΟΝΘ̅Ν̅ΑΓΑ
ΠΩΜΕΝΚΑΙΤΑϹΕΝΤΟΛΑϹΑΥ
ΤΟΥΤΗΡΩΜΕΝΚΑΙΑΙΕΝΤΟΛΑΙ
ΑΥΤΟΥΚΑΡΙΑΙΟΥΚΕΙϹΙΝΟΤΙΠΑ̅
ΤΟΓΕΓΕΝΝΗΜΕΝΟΝΕΚΤΟΥΘ̅Υ̅
ΝΙΚΑΤΟΝΚΟϹΜΟΝΚΑΙΑΥΤΗ
ΕϹΤΙΝΗΝΙΚΗΗΝΙΚΗϹΑϹΑΤΟ̅
ΚΟϹΜΟΝΗΠΙϹΤΙϹΗΜΩΝ.

ΤΙϹΕϹΤΙΝΟΝΙΚΩΝΤΟΝΚΟϹΜΟ̅
ΕΙΜΗΟΠΙϹΤΕΥΩΝΟΤΙΙ̅Ϲ̅ΕϹΤΙ̅
ΟΥΤΟϹΤΟΥΘ̅Υ̅ΟΥΤΟϹΕϹΤΙΝ
ΟΕΛΘΩΝΔΙΫΔΑΤΟϹΚΑΙΑΙΜΑΤΟϹ
ΚΑΙΠΝ̅Ϲ̅Ι̅Ϲ̅Χ̅Ϲ̅·ΟΥΚΕΝΤΩΥΔΑΤΙ
ΜΟΝΟΝ·ΑΛΛΑΕΝΤΩΥΔΑΤΙΚΑΙ
ΕΝΤΩΠΝ̅Ι̅·ΚΑΙΤΟΠΝ̅Α̅ΕϹΤΙΝ etc.

ΑΒΓΔΕΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΡϹ
ΤΥΦΧΨΩ.

vt inter authenticum exemplar et apographum non aliud apparuerit diſcrimen, quam quod forte recenti membrana et atramento ſit vſa. Huiuſmodi ſpecimen Homiliarum Anglo-Saxonicarum Aelfrici I. G. ECCARDO z) tranſmiſ-

e 3 ſum,

dio aeque ad bonas litteras, ac meos conatus promouendos, illa meis vſibus, cum iteratam editionem Clauis diplomaticae adornarem, beneuole conceſſit. Ceterum antedicta Bibliotheca Regia Londinenſis Eduardi VI. munificentia mirifice creuit.

z) Vide Ioh. Geo. *ab Eckhart* Animaduerſiones Hiſtoricas et Criticas in *Schannati* Dioeceſin Fuldenſem p. 12. Edidit et *Elſtobia* Homiliam Anglo-Saxonicam in S. Gregorium cum notis et verſione Anglica ſequenti Titulo: *An Engliſh-Saxon Homily on the Birth-day of St. Gregory: anciently uſed in the Engliſh-Saxon Church giving an account of the converſion of the Engliſh from Paganiſm to Chriſtianity. Tranſlated into modern Engliſh with Notes* etc. *by Eliz. ELSTOB. Lond.* 1719. in octauo. In litera initiali dictae homiliae iconem S. Gregorii, in altera litera initiali verſionis, auctor eleganter ſui ipſius effigiem repraeſentare voluit. Atque hic liber vna cum dicto ſpecimine Eccardo ſimul tranſmiſſus fuit; Eccardus autem tunc temporis commercium literarium habuit cum doctiſſ. quibuſdam Anglis, nimirum CHAMBERLAINE, HALLEY, WOTTON, PAWLS, et aliis. Interea occaſio huius commercii literarii fortaſſe haec fuit: Reſtituerat I. G. Eccard anno MDCCXX. Bibliothecae Oxonienſi partem Gloſſarii Anglo-Saxonici Franciſci *Iunii* iunioris, nimirum literam *F.* et *S.* a Chriſtiano *Wormio* Dano ablatam, quam tunc temporis deſcripſi, et id propter referente Doctore *Pawls* Bibliothecario non tam inter benefactores Bibliothecae Oxonienſis nomen eius publice affixum eſt; ſed et inter Socios Societatis Regiae Londinenſis, ſpecimine miſſo receptus fuit. Haec autem pars Gloſſarii Iuniani Wormio mutuo data erat ex Bibliotheca Oxonienſi, quam ante diſceſſum non reddiderat. Atque Vir doctus hic in illuſtrandis *Arae Multiſcii* Schedis de Islandia, (ita ſe habet titulus libri) occupatus, vtebatur Franciſci *Iunii* MStis. Hunc autem auctorem, qui primus Islandicae Hiſtoriae partem conſcripſit, Wormius interpretatione Latina et Notis illuſtrauit, et, vt relatum accepi, tantum ſex exemplaria Londini typis exſcribi curauit in octauo, ſine titulo et fine, neſcio quo caſu. Interim Prologus interpretationis huius auctoris ita incipit: *Islandorum librum confeci ego primum, Epiſcopis noſtris Thorlako et Ketillo, et videndum obtuli tam illis, quam Saemundo Sacerdoti* etc. Exemplar huius libri oppido rari aſſeruatur Roſtochii in Bibliotheca *Fechtiana*, ex qua nobiſcum communicatus fuit. Hanc notitiam potiſſimum debeo I. G. *Eccardo*, C. *Kortholto* et N. *Hasbergio*: hic Guelpherbyti quondam Conſiliarius Aulicus fuit, cui Wormius, poſtea in Dania Epiſcopus, in itinere Batauico vel ob aes alienum, vel ob defectum nerui rerum gerendarum MSta ſua oppignorauerat, quae tamen anno MDCCXVIII redemit. Sed dictam particulam Gloſſarii Iuniani Hasbergius retinuerat, Eccardi potiſſimum ſuaſu, qui tunc temporis in eo erat occupatus, vt *Lexicon Linguae Germanicae Etymologicum* componeret, eique Hasbergius, vt erat rei antiquariae et nummariae perſtudioſus, hanc ipſam particulam communicauit; ille vero autographum Bibliothecae Oxonienſi iterum inſeri curauit, et ita Gloſſarium Iunianum, quod diu Oxoniae mancum habuerunt, poſtliminio integrum receperunt. Eduardus *Lye* poſtea ſequenti titulo: *Franciſci Iunii* Franc. fil. Etymologicum Anglicanum; Ex autographo et permultis acceſſionibus auctum edidit Oxoniae f. Praemittuntur vita auctoris et Grammatica Anglo-Saxonica. Franciſcus *Iunius* ceteroquin Saxonicarum antiquitatum ſtudioſus *Vlfilae Codicem argenteum*, Euangelia aureis argenteisque literis Gothice deſcripta continentem, ab affine ſuo Iſaaco *Voſſio* ex Suecia allatum, pretio quatuor millium imperialium ſibi comparauit, quem poſtea edidit. Qua de re I. G. *Eccardus* in Hiſtoria ſtudii Etymologici Hanouerae 1711. 8vo, *Cap. VI. p.* 76. ita ſcribit: *Codex de caetero Argenteus tricennalis belli tempeſtate e Germania* [ex Werdinenſi Coenobio] *in Suecium translatus, ibique inter rariora regni cimelia litteraria veneratus, ab erudito viro* [Voſſio] *a Chriſtina Regina pro voto non remunerato ſurreptus, atque ad Batavos, et quidem in manus Franciſci Iunii iunioris perlatus eſt, qui tanti eum fecit, vt typos ad inſtar MStarum literarum fundi, atque ipſum Codicem ex aduerſo poſita verſione Anglo-Saxonica, additoque Gloſſario ſuo Gothico eruditiſſimo-*

ſum, manu ipſius propria in membrana iiſdem characteribus, quibus codex ſcriptum non ſemel contemplatus et admiratus ſum. Scio equidem et alios hac in arte excellere, vt manum ſcribae vel artificis veterum documentorum et ſigillorum accurate repraeſentare valeant, inprimis apud nos aeque ob induſtriam in re Diplomatica adhibitam et hanc ob cauſam notus fuit IOH. LVDOLF. WALTHERVS a), Regis Magnae Brit. et Electoris Brunſv. et Luneb. Secretarius Tabularii, qui ſine magno negotio hac ratione antiqua documenta nouit deſcribere, egregia ſpecimina Lexico eius diplomatico adiecta ſunt. Interim quiuis, cui datum fuit Elſtobiae ſpecimina veterum ſcripturarum inſpicere, huic doctae virgini facile palmam hac in parte largietur, ſed ante viginti iam annos immatura morte illa e vita exceſſit.

§. 21.

Nec minori laude mactandus ſupra iam laudatus IOH. HENR. BÜTNERVS b), qui ex veterum Inſtrumentis Alphabeta atque Abbreuiationes, item Nota-

ditiſſimo et peculiari tractatu quo Alphabeta Gothicum, Runicumque declarantur, nec non Thomae Mareſchalli ... obſeruationibus Dordrechti 1665. *in 4to, typis exprimi curauit* etc. Authenticum deinde exemplar iuſſu Caroli XI. Regis Suecorum ab illuſtri Comite *de la Gardie* aliquot millibus imperialium, Iunio iterum offerente, redemtum eſt. Hic enim codex argenteus antiquitatis Literario-Gothicae venerandum et fere vnicum cimelium eſt ex iudicio S. R. Iac. Frid. *Reimmanni* in Catalogo Syſtematico-Critico Bibliothecae Reimmannianae, qui p. 221. ſq. et hunc librum recenſet. De lingua Codicis argentei Ioh. Georg *Wachter* Commentationem inſeruit *Miſcell. Berolin. T. I. p.* 40 - 47. De Vlphila autem eiuſque verſione IV. Euangeliſtarum Gothica, Diſſertationem quondam Wittebergae 1693. G. Frid. *Heupel* habuit. Sed adhuc ſub iudice lis eſt, vtrum Vlphilas huius verſionis ſit auctor, an Saxo, vt vult *Hickeſius*, aut Gothus Vlfilae coaetaneus. Vide Bücher-Saal T. I. Ceterum Fr. *Iunius* voluit etiam Grammaticam Anglo-Saxonicam elaborare, ſed operi immortuus eſt. Interim laudata *Elſtobia* Londini 1715. in quarto primam Grammaticam Anglo-Saxonicam edidit ſeq. Tit. *The Rudiments of Grammar for the Engliſh Saxon Tongue.* i. e. Rudimenta Grammatices linguae Anglo-Saxonicae vna cum *Apologia ſtudii antiquitatum Septentrionalium*, quarum recenſionem vide in *Actis Eruditorum Lipſienſium ſupplementorum T. VI. Sect. X. p.* 519. ſq. Atque haec occaſione Elſtobiae doctae virginis prolata, beneuolo lectori non ingrata fore ſpero.

a) Laudatus Dn. *Waltherus* olim Theologiae ſtudioſus, B. *Staphorſtio*, cum in eo eſſet, vt Hiſtoriam Eccleſiaſticam Hamburgenſem ederet, in deſcribendis Diplomatibus ex Originalibus inprimis manus dedit adiutrices, atque tunc temporis in nouellis literariis etiam id propter ipſius honorifica facta fuit mentio. Ita non raro fieri ſolet, vt parerga interdum primam emergendi ſuppeditent occaſionem. Vitam is cum morte commutauit Anno 1752. Calendis Martii. Illorum autem, qui primis annis ad Theologiam animum applicuerunt, poſtea vero aliud vitae genus, vel iurisprudentiam amplexi ſunt, exempla ſunt perplura. *Martinum Lutherum ex Iuris ſtudioſo Theologum, et Caſparum Zieglerum ex Theologo Iurisconſultum*, ſingulari Diſſertatione ventilauit M. Ioh. Gottlieb *Olearius*. Lipſ. 1709. Sed haec obiter.

b) Cl. *Bütnerus* de rebus patriae longe meritiſſimus edidit lingua vernacula *Genealogien der Luneburgiſchen Adelichen Patricien-Geſchlechte*, *Luneb.* 1704. *in fol.* cum inſignibus. In MSto ad prelum parato habet *Hiſtoriam Verdenſem, Sigillis et Diplomatibus illuſtratam. Literatos* item *Ciuitatis Luneburgenſis*, illasque perſonas quae officia publica in inclita hac Ciuitate ornarunt, Epitaphia item inclitae ciuitatis non ſine ſtudio collegit. Ceterum et ille arripuit, quae ſors

Notariorum ſigna medii aeui collegit. Ex cuius collectione N. XVIII. ſigna quaedam curioſa veterum Notariorum cum Alphabetis atque Abbreuiationibus Inſtrumenti ſubiunxi. De origine et vſu eiuſmodi ſignorum DAN. PAPEBROCHIVS in *Propylaei Antiquarii Parte I. de Diplomatis diſcernendis Cap. III. N.* 53. *l. c.* pro more ſuo erudite diſſerit. Non incongruum erit ipſa ingenioſiſſimi et candidiſſimi auctoris verba hoc loco in medium producere: *Non ſolum*, ait, *hoc dicere poſſum, praeter omnem omnino vſum vel Regum Francorum primae ſecundaeque ſtirpis, vel Romanorum Imperatorum vſque ad Fridericum Aenobarbum, fuiſſe, quod expedirentur Diplomata ſub ſolius Regis vel Imperatoris ſignaculo, ſic vt non adderetur Cancellarii, Notarii, Archi-Capellani recognoſcentis auctoritas: qui etiam eo loco, quo vel iuxta quem apponi ſigillum debebat, ſuum aliquod proprium ſignum calamo ducere plerumque ſolebant --- Certe particula coniunctiua* &, *poſt verbum* recognovi *maximis expreſſa literis, credere iubet, ſequentibus ductibus implicari* ſignavi, regiſtravi, *vel quid ſimile: et eodem forte, ſiue ad indicandum Regiſtri Regii vel Protocolli locum ſpectant ſub Dagobertino* m *ſub Carolino* $\frac{d}{\mathrm{r}}$. *Itaque omnia haec curaui ſubiicere oculis curioſi lectoris; licet in iis --- nulla ſit ſpecies alicuius ſignatiui ductus. Iſta enim quamuis nihil fortaſſe ſignificent, oſtendunt tamen originem, vſum et antiquitatem eorum ſignorum, quae publici Notarii etiam nunc pro ſuo quique ingenio propria ſibi ſat curioſe formant, praeſertim in Italia et vna cum nominis ſubſcriptione, confectis a ſe Inſtrumentis vel typo imprimunt, vel calamo appingunt.* Hactenus Papebrochius. Notarii [c]) autem, vt et hoc verbo addam, dicti ſunt a tachygraphorum notis, quibus ſcribendorum diplomatum cura olim commiſſa fuit. Verbum Notarius, non nemo ita explicauit: N*on* O*ptat* T*errena*, A*mat* R*egulas* I*uris*, V*eraſque* S*ententias*.


§. 22.


Merito hoc loco et Monogrammatum facienda erit mentio, quippe quae Abbreuiaturarum ſpeciem conſtituunt: Imperatores enim, Reges et Principes in ſignandis pactorum Monumentis, aliiſque ſcripturis inde a Caroli M. temporibus

ſors tulit, nimirum ex ſcholae Collega et Cantore virtute duce euaſit, Ampliſſimi Senatus Ciuitatis Luneburg. Secretarius et Bibliothecarius, qui et inter doctos Muſicos, (de quibus Celeberr. C. A. *Heumannus* in Progr. de Minerua Muſica ſiue *de eruditis Cantoribus, Gottingae* 1726. item I. A. *Bernhard* in der *Curieuſen Hiſtorie derer Gelehrten Lib. III. C. IV. p.* 265.) iure meritoque referendus eſt. Deceſſit Luneburgi nonagenario maior. Eius relicta MSta iam in Bibliotheca Regia aſſeruantur, ex quibus Alphabeta nonnulla ex diplomatibus excerpta Celeberr. Dn. Conſil. aulicus *Scheidius* perbenigne mecum communicauit, quae ſuo loco in aes incidi curaui.

c) S. R. et Doctiſſ. Dauid *Scharffius* p. t. Paſtor Hoyenſis Primarius, ante diſceſſum ex Academia Iulia tres pereruditas Diſſertationes conſcripſit

ribus *ſcriptionis Compendium* adhibuerunt, ac nominis literas per ſingularem quondam Notam et Characterem expreſſerunt, qui *Monogramma* appellatur. *Eſt* itaque, *Monogramma nomen compendio deſcriptum, ac certis literarum implexionibus concinnatum*, quibus verbis illud definit IOH. Eiſenhart in Diſſertatione inaugurali Reſpondente GEORG. ENGELBRECHT Iun. *de Iure Diplomatum*, Helmſtadii 1703. quam vide *Cap. IV. §. X. p.* 70. ſqq. vbi in originem Monogrammatum inquirit, et multa pererudite de iis diſputat; ſigillatim ex EGINHARDI verbis *de vita Caroli M. Cap.* 25. demonſtrat, difficultatem commode ſcribendi Carolo M. occaſionem dediſſe, vt hic Princeps laudatiſſimus Monogrammate ſit vſus. Confer hic THOMAE RVDDIMANNI Praefat. quam IACOBI ANDERSONII *Diplomatum et numiſmatum Scotiae theſauro* praemiſit §. XLIV. p. 48. De his literarum ductibus, qui et *Characteres nominis* audiunt, egit quoque IOH. NICOLAI l. c. *Cap. XLIII. §. VI. VII. p.* 295. ſq. item ERN. SALOM. CYPRIANVS in Diſſert. *de Siglis Cap. VI. p.* 22. Cum autem pleraque quae hac de re Cyprianus diſſerit, ex laudati PAPEBROCHII *Propylaeo Antiquario* deſumſit, ipſiſſima auctoris verba ſubiicere licet. Ille enim de prima Monogrammatum inſtitutione l. c. *Part. I. Cap. IV. N.* 54. *Sciendum*, inquit, *morem apud Chriſtianos antiquiſſimum fuiſſe in ſignandis contractibus et aliis quibuſque inſtrumentis, formare crucem +, cui is, qui ſubſignabat, ſua vel aliena manu, prout literarum erat peritus aut rudis, proprium abſcribebat nomen. Huiuſmodi ſimplici cruce Reges ac Principes non contenti, eandem inſtruxerunt, ornaueruntque nominis ſui litteris, ipſi cruci adnexis. Haec vero cruciformia Monogrammata, cum ſint omnium antiquiſſima - - - datur fundamentum opinandi, quod omnes ante Carolum Magnum Reges et Principes, ipſeque Caroli pater Pippinus, ſi quando ſunt Monogrammatis vſi, eandem formam tenuerint, vt hic vides:*





Primum Caroli M., Calui, Craſſi, alterum Arnulfi Imperatoris, et in vtroque medius pro centro rhombus ſupplet locum vocalium in ipſo nomine occur-

ſcripſit *de Notariis Eccleſiae tum Orientalis tum Occidentalis*, *Helmſt.* 1715. quibus poſtea addidit et epiſtolarem Diſſertationem ad Gerhardum Abbatem Loccumenſem. Atque Diſſ. I. Cap. I. inquirit in *nomen Notarii*, et Cap. II. *de Synonymis Notariorum* agit, vbi pleraque, quae hac de re dici poterunt, congeſſit, quem l. c. vide. Confer etiam Celeberr. I. W. *Goebelii* Diſſert. de Notariis, Helmſt. 1723. Cap. 1.

occurrentium, prout etiam in Dagobertino videre eſt, etc. IOHANNES autem *MABILLONIVS de re Diplomat. Lib. II. Cap. X. §. X.* ait, *Monogramma erat nota et character, vt cum litera vnica eſſe videretur, omnes tamen nominis literas exprimeret.* Verum e laudato Papebrochio liquido conſtat non adeo neceſſe eſſe, vt Monogramma omnes vocis alicuius literas exprimat. Quo enim antiquiora ſunt Monogrammata, eo ſimpliciora et magis cruciformia apparent. Quid autem hae cruces primitus adhibitae in ſubſcriptionibus notent? et quomodo cruces e ſubſcriptionibus in ſigilla transierint, ex antiquitate demonſtrauit IOH. MICH. HEINECCIVS *l. c. Parte I. Cap. VIII.* §. *X.* et *XI.* Interim licet ea tantum in medium proferre, quae hac de re §. IX. p. 67. habet. *Cum enim*, ait, *crucis ſignum communis veluti nota eſſet Chriſtianorum, ipſorum aeque Caeſarum ac Conciliorum legibus ſtatutum eſt, vt ſi quis ducere literas, nomenque ſuum ſubſcribere neſciret, id quidem per alium fieret, ita tamen, vt ipſe cuius intereſſet crucis* d) *ſignum ſuapte manu praeponeret.* Locum legis et exempla vide apud auctorem, atque haec ſuperiora confirmant. Imperatorum vero Germanicorum Monogrammata inde a Caroli M. temporibus dedit in fine vniuscuiuſque Imperatoris SEBAST. MVNSTER in tribus *Coſmographiae editionibus Lib. III. p. m.* 407-419. Optandum eſſet, vt et ipſa Diplomata addidiſſet; quemadmodum FERDINANDVS VGHELLI in *Italia ſacra* e) ſeu Hiſtoria Epiſcoporum *Italiae et inſularum adiacentium*, cum Diplomatibus illa exprimi curauit. Subſequentibus autem temporibus mos obtinuit, vt Imperatorum Mono-

d) De ſigno crucis quaecunque ſcitu neceſſaria ſunt, ſolide pertractant Andr. *Riuetus* in Catholico ſuo Orthodoxo, Geneuae 1644. f. et quidem Tract. II. Quaeſt. XIX. De ſigno crucis in omni benedictione p. 272. ſqq. et Quaeſt. XX. de figura crucis ſculpta et collo appenſa p. 274-77. item Ioh. Caſp. *Suicerus* in Theſauro Eccleſiaſtico, ex patribus Graecis, Amſt. 1682. f. apud Henr. Wetſtein. Tom. II. ſub voce *Σταυρὸς*. De *cruce ſancta* alias ampliſſimum opus edidit Iac. *Gretſerus*, Ingolſtad. 1598. in 4to, et ibid. 1616. in folio. Prodierunt eius opera omnia, opuſculis multis, notis et paralipomenis pluribus locis inſertis aucta et illuſtrata, et ad certos titulos reuocata, Ratisbonae 1734. duobus Tomis, quorum Tomus primus complectitur ea, quae Gretſerus de ſancta cruce conſcripſit quinque libris. Scripſit et de cruce Iuſtus *Lipſius*, cuius libro docti quidam viri additamenta ſubiunxere: proſtat item Henrici *Kippingii* ſingularis liber de cruce et cruciatis, Bremae 1671. in 12mo, nec non Chriſtiani *Wildvogelii* Schediaſma Iuridicum de venerabili ſigno crucis, vom Zeichen des heiligen Creutzes, Ienae recuſa 1733. in 4to, cuius confer Schedion VII. Num. IX. ſqq. Atque nouiſſime Chriſtian. Ludov. *Schlichter* eruditam Exercitationem Hiſtorico-Antiquariam de cruce apud Iudaeos, Chriſtianos et gentes ſigno ſalutis, Halae 1733. in quarto emiſit. De venuſtate autem et forma monogrammatis ſanctiſſimi nominis Ieſu edita eſt diſſ. antiquis emblematibus non antea vulgatis ex Muſeo Veltorio Romae 1748. 4. de monogrammate Chriſti ſcripſit clar. Mencken, it. Dominicus Georgi. Ceterum quinque Luſitanorum puncta .:: quae Reges ipſorum in ſubſcribendis diplomatibus, vt quinque Chriſti crucifixi vulnera indigitarent, vſurpant, nota ſunt antiquitatum ruſpatoribus, vid. Speneri op. Herald. Part. I. p. 282.

e) Huius eximii operis editio prima prodiit Romae 1644-62. editio nouiſſima cum Notis et Supplementis Nic. *Coleti* edita eſt Venetiis 1717-1722. in fol. Tomis X. qui conſtituunt IX. Volumina.

Monogrammata omnibus ſingulisque literis conſtarent. De Monogrammatibus Henr. III. Imp. Lotharii III. Imp. Friderici I. Henrici VI. et Ottonis IV. vide Dn. BAVDISII obſeruationes ad T. VII. der Geſchichte von Italien. Ceterum ſigna illa Imperatorum Romanorum, Monogrammata dicta, et Regum quorundam ac Principum Italiae DOROTHEVS ASCIANVS aeri incidi curauit, eaque Numero LXXVI. addidit libro, qui prodiit ſub Tit. *Montes pietatis Romanenſes detecti etc.* Lipſ. 1640. in 4to. Confer et CAROLI DV FRESNE Domini DV CANGE Gloſſarium voce: *Monogramma*, vbi pariter Imperatorum a Carolo M. vſque ad Carolum IV. Monogrammata nitide expreſſa inueniuntur *Col. m.* 665. *ſqq.* Nec minus eleganter Monogrammata ſimul cum Diplomatibus, tabulis aeneis exhibentur in Tomo prodromo *Chronici Gotwicenſis.* Monogrammata etiam ſingulorum Germaniae Regum atque Imperatorum aeri inciſa, accurate, et admodum nitide, nouiſſime repraeſentare curauit, ſupra iam laudatus IOH. DAVID KOHLERVS recens edita hiſtoria Germanici imperii, ſeu in der kurtz gefaſſeten und gründlichen Deutſchen Reichs-Hiſtorie, Norimb. 1736. 4to. Atque notante IOH. NIC. HERTIO Diſſ. *de Fide Diplomatum §. VII. Commentationum et Opuſc. T. II. p.* 599. Monogrammata a Carolo M. ad Fridericum vſque III. viguerunt. Hiſtoriam autem Monogrammatum vſque ad hunc Imperatorem Lipſ. 1737. duabus Diſſertationibus ventilauit Clar. GODOFR. LEONH. BAVDISIVS, et analyſin monogrammatum ſolide inſtituit. Tertia Diſſertatio latet adhuc in MSto. Interim tamen haec compendia ſcribendi, quae Monogrammata dicuntur, non tantum in ſignandis pactorum Monumentis aliisque ſcripturis adhibita fuerunt, ſed etiam in Numiſmatica ſcientia horum vſus obtinuit. Atque talia plurima in vetuſtiſſimis Graecorum iuxta et Latinorum numis occurrere, poſt EZECH. SPANHEMIVM de *Praeſtantia et vſu Numiſmatum antiquorum* f) *Lond.* 1706. *f. T. I. p.* 123. et BERNH. MON-

f) Hoc praeſtantiſſimum et profundae eruditionis opus peperit amica diſceptatio, quae illuſtri auctori cum Marquardo Gudio de praeſtantia et vtilitate, quam vel numi, vel inſcriptiones in omni artium et ſcientiarum genere habeant, Romae olim enata, et ſtabiliuit hic ſuam de numis opinionem. Ceterum Spanhemius in Literatura Graeca etiam pereruditus fuit: atque inſtructiſſimam Bibliothecam ſuam Friderico Regi Boruſſiae obtulit, ea tamen conditione, vt in Berolinenſi ſeparatim locaretur, et filiam ſuam vnicam Rex dotaret, ſibi expetiit. Dictum factum, Spanhemiana Bibliotheca ipſo adhuc viuente, Berolinenſi inſerta eſt. Marquardus Gudius autem, qui Regi Daniae et Noruagiae fuit a conſiliis Status in Sleſuicenſi et Holſatiae ducatibus, quum Galliam Italiamque perluſtraret, nobili iuueni, a quo praeclara in ipſum deriuata haereditas, rector, comesque additus, eum ſibi prae ceteris fructum eruditae peregrinationis propoſuit, vt quoſcunque liceret Codices MStos, aliaque doctorum virorum monumenta inedita quocunque ſibi pretio compararet, nulli hac in re parcens ſumtui. Non itaque mirandum, quod et ipſius Bibliotheca, alioquin omnibus melioribus libris inſtructa, hac etiam ex parte priuatarum ſortem longe ſuperarit, et regiarum prope fortunam adaequarit. Ita iudicauit quondam de illa Morhofius Polyh. Litt. Lib. I. C. VII. p. m. 74. Memoratu etiam digna ſunt, quae BALTHASAR HELDIVS Dithmarſus, de eo refert in Epiſtola dedicatoria ad Gudium directa dyati

MONTEFALCONIVM *Palaeograph. Graec. p.* 142. ante hos duodeviginti annos ſolide demonſtrauit doctiſſ. M. IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER Hannoueranus, tunc temporis in Academia Iulia Graecae et Linguar. Oriental. Prof. P. O. nunc Conſiliarius Saxo-Gothanus et Bibliothecarius in eleganti et pererudita Commentatione *de Numo Alexandri Magni cum ſumma raritate, tum typo ſingulari conſpicuo, et Theſauri Fridericiani ornamento maximo*, cui et accedit conſilium de Theſauro ſupellectilis antiquariae edendo, *Hamburgi* 1736. in 4to, *Cap. XIV. p.* 59. ſqq. qui et collectionem Montefalconianam Monogrammatum altero tanto auctiorem l. c. tabula aenea exhibuit. Ceterum literarum nexus apud Graecos, variamque et compendioſam ſcribendi rationem et PETRVS RAMVS dedit ſub finem Grammaticae Graecae, Hanouiae 1605. 8. p. 428-432. Confer etiam *Reduction de las letras y arte para en ſennar a oblar los mutos por* IVAN PABLO BONET. *En Madrid.* 1620. 8. Adiunxit p. 289. ſqq. Tratado de la lengua Griega, et p. 204. tabula aenea ſubiungit: Indice de Liga aduras y abreuiaturas de la lengua Griega. Atque haud ita pridem de Notis ſcripturae Graecae compendiariis probe cognoſcendis egerunt Cl. M. TH. LVD. MÜNTER lycei Oſterodani iam Rector, in diſſ. Epiſtol. ad virum reuerendum Ioh. Iuſtum Ebelingium Hildeſiae 1746. 4. nec non Cl. EDVARD CORSINI, qui Notas Graecorum etc. Florentiae 1750. f. edidit.

§. 23.

Sed vt e diuerticulo ad priora redeam, potiores Abbreuiationes omnium auctorum, quos hac de re euoluere licuit, quique ſpecimina veterum ſcri-

ati orationum praemiſſa, quarum altera *de Neceſſitate ſtudiorum in reſt.*, altera *de educatione populorum* agit. Kiloni 1685. - - - *Nihil nunc dico*, ait, *de familiaritatibus principum, qui Tibi, vt magno ſuo literatorum apollini muſas ſuas non tantum commendant; ſed et totas fere Manuſcriptorum bibliothecas per teſtamenta dant, dicant, legantque; nullamque maiorem ambiunt gloriam, quam ſi ex literariis illorum monumentis illuſtri Tua bibliotheca, et incomparabili Tuo iudicio aliquid dignum reperiri poſſit.* Cl. MENAGIVS de eo quondam Pariſiis dixit: *nihil ſe magis in votis habere, quam tantum literarum Herculem natione eſſe Gallum, vel ſaltem Homero ſimilem* πολύπατριν *cenſeri*, referente id pariter Heldio l. c. ex quibus diſcere licet, quantum non tam domi, quam foris Gudiano nomini tribuere eruditi omnes. Catalogus Bibliothecae Gudianae Kil. 1706. in 4to, inter praecipuos ſummo iure eſt referendus. Relicta vero MSta G. G. Leibnitius ab eius Haeredibus pretio duorum millium et quinquaginta imperialium A. 1710. emit iuſſu Sereniſſ. Principis Anton. Vlrici Ducis Brunſv. et Luneb. de quo ille in Epiſtola ad Krauſium, quam *T. I. des Bücher-Saals p.* 229. produxit, ita ſcribit: - - - *nuper ab itinere Holſatico reuerſus ſum, in quo ſummi quondam viri Marquardi Gudii Manuſcriptos Codices Bibliothecae Sereniſſimi Ducis Guelpherbytani vindicaui, ne vel diſſiparetur theſaurus ille, vel Germania exiret.* Marqu. Gudii et Doctorum ad eum epiſtolas edidit Petrus *Burmannus* Vltraiecti 1697. in 4to, de qua epiſtolarum editione vide iudicium Leibnitii in FELLERI *Miſcell. Leibnit.* p. 208. Vide etiam ea, quae de eo habet Clar. IOECHER in Lexico eruditorum.

pturarum exhibuerunt, huic opuſculo inſerui, atque annum paſſim addidi. Nam Abbreuiationes, ſi recte leguntur, ad intelligentiam veterum Codicum, Chartarum ac Diplomatum apprime faciunt, vt ideo Abbreuiaturarum dextra cognitio, vti in Rabbinicis [g]) ita et hic lectionem percommode promoueat: Ad has ſalebras incauti impingunt et haerent, prudentes eas ſcite et in impedite pertranſeunt. Ad interpretationem autem eiuſmodi ſignorum atque abbreuiationum multum etiam confert noſſe auctoris intentionem: quod et auctores [h]) der auserleſenen Anmerckungen über allerhand Materien und Schrifften, probe attendentes, in peculiari obſeruatione de ſcripturis lectu difficilibus, ſeu *von unleſerlichen Schrifften*, *Part. II. Obſeruatione quarta*, *p.* 107. *ſq.* hanc in rem certas artis regulas ſuppeditarunt. Operae pretium erit ipſa verba huc transſcribere. Ita autem illi l. c. Inſonderheit, inquiunt, in Abbreviaturen, oder wo der Senſus verbrochen und abrumpiret, ſo ſiehe den Context an, wie es mit dem vorhergehenden, und nachfolgenden zuſammen ſtimme. (2) Iſt es **in einander geſchrieben**, ſo ſcheide die obere Zeile wohl von der unterſten. (3) Bilde dir die **Feder** ein, womit der Auctor geſchrieben, ſo haſt du ihre Vitia, nach ſolchen urtheile die gantze Schrifft. (4) Scheide die ordentlichen Züge von dem Uberfluß der Dinte ꝛc. & paulo poſt §. 25. **Münchs-Schrifft zu leſen** [i]) wird rathſam ſeyn, daß man (1) Münchs-Latein lerne, und ihm die Münchiſchen vocabula und phraſes barbaras wohl bekannt mache. Hiezu gehöret ein eigen Lexicon, ſo ihm einer in Mangel eines gedruckten ſelbſt verfertigen kan; (2) Erſtlich von Münchs-Druck anfahe, weil ſelbiger faſt einerley Art, und leſerlicher als das geſchriebene, hernach es mit den älteſten Münchs-Schrifften, welche deutlicher als die letzten, verſuche, das gedruckte dagegen halte, welches deswegen guten Vortheil giebt, dieweil die Münche viel Dings geſchrieben, ſo allzumahl nunmehro mit guter lateiniſcher Schrifft gedruckt iſt.

Endlich würde man ſich, **unleſerliche Schrifften** heraus zu bringen, und leſen zu lernen, nicht beſſer helffen können, denn wenn man ſolcher eine gute

g) Notus eſt Philologis elegantiſſimus et ſtupendi laboris libellus Ioh. *Buxtorfii* de Abbreuiaturis Hebraicis, Baſileae 1613. 1640. Franeckerae 1656. et Herbornae vna cum Bibliotheca Rabbinica 1708. in 8vo, cui S. R. et doctiſſ. I. C. *Wolfius* in Bibliotheca Hebraea T. II. Lib. III. C. 3. p. 575. ſqq. Supplementa adiecit. Georgii *Weigenmeieri* vero Tractatus, continens et explicans Abbreuiaturas omnes, quotquot ipſe auctor ex pluribus Commentar. Hebraicorum lectione obſeruare potuit etc. Tubingae 1604. 8. paucis forſan innotuit.

h) Qui ſunt Chriſt. *Thomaſius*, Nic. Hier. *Gundling*, F. *Hoffmann* et Iac. Frid. *Reimmann.*

i) Ad lectionem et intelligentiam veterum Diplomatum, chartarum ac codicum ſingulare ſtudium requiri, probe etiam intellexit I. G. ab ECKHARD, qui in quadam nota, ad Dn. FONTENELLE Biographiam Leibnitianam, Germanicae verſioni eius *Theodiceae* adiunctam, p. m. 854. ſeq. occaſione *Codicis Iuris Gentium Diplomatici*, hac de re ita differit: Wer da weiß, was alte Schrifften leſen, und deren barbariſche Schreib-

gute Menge in Kupffer geſtochen in Vorrath hätte, und ſie allewege gegen über mit leſerlicher Schrifft abdrucken lieſſe ꝛc. Es würde dieſes in Republica Literaria groſſen Nutzen bringen, und manches ſchöne alte Manuſcript, ſo ſonſt wegen deſſen, daß es niemand leſen kan, in obſcuro liegen bleibt, ... an Tag gebracht werden. Und würde hiemit vielen Archiuariis, Antiquariis, Hiſtoriographis, Notariis publicis, u. d. g. gedienet ſeyn. Hactenus auctor huius obſeruationis, qui pro me verba fecit, cuiusque manuductionem primum ſaepe preſſo pede ſecutus ſum. Ceterum Cl. Beniam. *Hederic* Lexico ſuo Manuali Latino-Germanico Lipſ. 1739. addidit etiam compendiorum ſcripturae ſignorumque in ſcriptoribus veteribusque monumentis crebrius obuiorum interpretationem.

§. 24.

Inter Codices vero membranaceos et MStos, quos ego quidem deſcripſi quamplurimos, et ex parte cum editis contuli, primus fuit OTTONIS MVRENAE et ACERBI Otto fil. *liber geſtorum Frederici Aenobarbi Imperatoris*, quem cum edito LEIBNITII contuli, de quo ſupra. Quum autem iſte Codex multis Abbreuiationibus refertus ſit; voces et ſyllabas lectu diffici-

Schreib-Art verſtehen, für eine Kunſt ſey, wird nicht ſagen, daß der Herr von Leibnitz zu ſeinem Codice Diplomatico nichts als ſeine Vorrede gethan ꝛc. De Monachorum autem Latino Kloſtrali, ſeu culinario, in peculiari diſquiſitione egit Georg *Paſchius*. Atque conditoribus *Epiſtolarum obſcurorum virorum* ſane non alius fuit finis, quam inconditos non modo monachorum tunc temporis notare mores, ſed et eorum ineptiſſime Latina lingua ſcribentium exprimere ſtylum. De dictis epiſtolis obſcurorum virorum conſerri meretur *Eraſmus* Lib. 22. Epiſt. 31. Item I. G. *Büchner* in ſchediaſmate de vitiorum inter eruditos occurrentium ſcriptoribus, Lipſ. 1718. 8vo, p. 66. ſq. auctor vero Obſeruat. IX. T. IV. *Obſerv. Halenſ.* ac Caſp. *Barthius*, ſolum Vlricum Huttenum equitem literatiſſimum nominant auctorem. Interim ad intelligentiam medii aeui ſcriptorum maxime requiritur, vt Hiſtoriarum cultor Latinitatem medii aeui non perfunctorie addiſcat. Supra iam laudatus Ioh. Erhard *Kappius* in perdocta Praefatione de Hiſtoria pragmatice tractanda, ſeu Wie man die Hiſtorie auf Schulen und Univerſitäten recht und *pragmatiſch* zu treiben anfangen ſoll, praemiſſa N. H. *Gundlingii* Hiſtoriae eruditionis, ſiue Hiſtorie der Gelahrheit p. 8. Was werden nicht für Sprachen, ait, zu einem vollkommenen Hiſtorico erfodert? Wenn auch einer ſo viel Griechiſch und Lateiniſch von der Schule mitbringt, als zum Verſtand der alten Scribenten nöthig iſt: ſo muß doch ein ſolcher Hiſtoriſcher Lehrling auch in der lateiniſchen Sprache der mittlern Zeiten geübt werden, um die Geſchichtſchreiber, die damahls gelebet haben, ſowohl als die von groſſen Herren noch vorhandene öffentliche Diplomata, und andere Urkunden zu verſtehen, zu deren Unterſcheidung, ob ſie ächt oder untergeſchoben ſeyn, die ſo genannte ars Diplomatica unumgänglich zu erlernen iſt. ꝛc. Sed de cauſis corruptae Latinitatis vide pereruditam Praefationem Caroli *Du Freſne* Domini *Du Cange*, quam praemiſit Tomo I. *Gloſſarii ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis*, Lutetiae Pariſ. 1678. f. 3. Voll. Editio ſecunda prodiit Francof. ad Moen. 1681. et Editio nouiſſima aucta e Congregatione S. Mauri Pariſiis 1733 - 1736. prodiit; eſt opus ſplendidum et multi laboris. Ceterum non inutilis labor eſſet, ſi quis etiam vocabula cognationis et agnationis ex ſcriptoribus medii aeui illuſtraret, genuinam ſignificationem, et quomodo varie vſurpentur, indagaret. De Fatis autem vocum quarundam ſingularem Diſſertationem Chr. Gottl. Schwartz ventilauit Altorfii 1714.

diffiциliores ſollicite iam tum delineaui, quae collectio primam ad conficiendum hoc opuſculum anſam dedit. Vt autem ex multis ſaltem vnum alterumque codicem adhuc indicem, ſciat beneuolus lector, quod ante aliquot annos S. RODOLFI Monachi *de Miraculis S. Alexandri ſanctae Felicitatis* librum, *continuatum a* MEGINHARTO [k]), codicem membranaceum Seculi IX. deſcripſerim. Specimen ſcripturae exhibui Num. XV. p. 23. Cum hunc Codicem D. Huberus Baſilienſis, poſteaquam Bibliothecam Regiam Hanouerae inuiſerat, in diuerſorio mihi monſtraſſet, et ad perluſtrandum daret, ſtatim retuli negotium Ampliſſ. Dno. *Grubero*, quo indicante iuſſu illuſtris Regiminis pro bibliotheca Regia emtus fuit. Ab eodem modo dicto D. Hubero etiam b. Reimmannus nonnullos codices ſibi comparauit, quos in *Bibliotheca Hiſtoriae literariae, Hildeſ. 1739.* 8. inde a pag. 818. vſque ad p. 827. recenſet. Non ita pridem CONRADI HALBERSTADENSIS [l]) *Chronographiam ſummorum Pontificum et Imperatorum*, ſcriptorem ineditum, veteri manu ſcriptum, et multis Abbreuiaturis refertum, volumen ſat ſpiſſum, deſcripſi,

k) Recenſionem huius MSti membranacei vide in *Nouellis Litterariis Lipſienſium* n. XXVI. an. 1734. p. 232. ſq.

l) Conradum hunc inſigni elogio mactat *Sixtus Senenſis* Bibliotheca ſancta Lib. IV. voce *Conradus* p. m. 237. vbi illum refert ad annum 1290. Ex Trithemio et Pantaleone mentionem quoque facit Conradi Halberſtadenſis monachi Dominicani, Theologi atque Philoſophi exactiſſimi, Hermannus *Stangefol* in *Annalibus circuli Weſtphalici* p. 389. ad annum 1291. qui illo tempore ſcriptis inclaruerit. Porro citat hunc auctorem Ioh. *Leznerus* in deſcriptione Hoſpitalis Heina ſiue in der Beſchreibung des Cloſters und Hoſpitals zu Heina in Heſſen gelegen pl. C. 3. vna cum *Bernhardo Weſterradio*, hiſtorico etiam inedito. Mentionem item iniecit Conradi dicti Ioh. Chriſtoph *Wagenſeil* in Tr. de Ciuitate Noribergenſi p. 246. „Conradus Halberſtadenſis „in Chronographia Summorum Pontificum et „Imperatorum manuſcripta, quam praeclarum „Noribergae decus Ioh. Wilh. Imhofius nactus „eſt, etc. Confer hic quae habet OVDINVS T. III. Script. Eccleſ. ſub voce CONRADVS. Noſtrum exemplar ex auctione Bibliothecae Plothoianae Berolini excitatum ac pro Bibliotheca Regia comparatum fuit. Diuiſum illud eſt in quatuor partes ac memorabilibus interſtinctum, cuius initium ita ſe habet: „Incipit Cronographia Conradi Halberſtadenſis Summorum Pontificum et Imperatorum. Frater Conradus de „Halberſtad Profeſſor Sacre Theologie Ordinis „Predicatorum Provincie Saxonie ſeipſum totum „ad queuis obſequia tanto patri debita benivolum eordialiter et paratum. Quia Domine „Reverendiſſime et Pater amantiſſime pro multiplicibus beneficiis a veſtra dominacione per „me receptis reuera teneor graciarum acciones „in omnibus exhibere - - - Idcirco preſens „opuſculum de rebus memorabilibus ex cronicis variis qualitercumque per me compoſitum „et collectum veſtre ſtudioſitati humiliter offero „et *Cronographiam* interminatam ex certis cauſis nomino ſeu appello. Incipit enim ab inicio „et ante ſecula nec ante futurum ſeculum deſinet in habitacione ſancta &c. Quantum ad „primam partem principalem in qua requiritur: „Quid Deus magnus ſublimis et glorioſus exſtiterit, quid egerit, et ubi fuerit ante mundi „generoſam Conſtitucionem. Refert beatus „Auguſtinus XI. de Ciuitate Dei. &c. Definit auctor cum imperio Caroli IV. Imperat. ſeq. verbis: *Et ſic terminatur in hoc ſecunda pars huius operis principalis in die ſancti Euſtachii Martiris et Sociorum eius completa per me Iohannem Spreuenberch.* Continet idem Codex etiam Chronicam et genealogiam Marchionum Miſnenſium, ſed non integram; praetereaque Chronicam Pontificum de Archiepiſcoporum Magdeburgenſium, quae etiam vſque ad extremam Caroli IV. aetatem pertingit. Totus codex vna eademque manu veteri et lectu interdum perdifficili exaratus eſt.

deſcripſi, et quaſdam Abbreuiationes ex hoc quoque ſcriptore opuſculo meo inſerui. Specimen ſcripturae poſt Abbreuiationes Germanicas, vacuo ſpacio, in aes incidi curaui. Equidem beatus REIMMANNVS in Bibliotheca *Hiſtoriae literariae*, Hildeſ. 1739. p. 454. monuit, quod abbreuiationum, quae in ſex primis lineis MSti Conradi Halberſtadenſis occurrunt, in Lexico meo nec vola exſtet, nec veſtigium, quod tamen iudicio lectoris relinquo. Permultas interim Abbreuiationes ex Diplomatibus etiam ante hos triginta annos, et quod excurrit, in itinere literario notaui, vt ſtatim ab initio dictum eſt. Diplomata autem, quae tunc temporis deſcripſi, IOH. GEORG. ECCARD, et NIC. SEELAENDERVS cum originalibus ſecunda vice contulerunt, vt ſic beneuolus lector hiſce notatis compendiis ſcribendi adiectaeque explicationi tuto fidere poſſit. Atque *ex his* [ſpeciminibus veterum ſcripturarum et Abbreuiationibus] *illi*, vt verbis vtar PHIL. HVEBER, *qui in veteribus Diplomatibus chartisque legendis permultum ſaepe laborarunt, id aſſequentur, vt eadem et legere ac probe intelligere nullo fere negotio queant.* Videatur eius Auſtria ex Archiuis Mellicenſibus illuſtrata, Lipſ. 1722. f. in praefamine *Appendicis II.* vbi tamen paucas tantum Abbreuiationes exhibet. Ex forma autem literarum, modo ſcribendi, Abbreuiaturis, aliisque ſignis maxime etiam de antiquitate MStorum iudicare licet.

§. 25.

Verum cum non ſemper linguarum eadem fuerint fata, propterea S. R. IAC. FRID. REIMMANN in Introd. in Hiſtoriam literariam, ſeu in der Einleitung in die Hiſtoriam literariam ſowohl insgemein, als derer Teutſchen, T. I. p. 77. ſq. iam in votis habuit, vt quis *Hiſtoriam Abecedariam* literis mandaret. Es wäre zu wünſchen, ait l. c. daß ſich jemand unter den Gelehrten die Mühe nehmen, und z. E. eine Hiſtoriam Abecedariam Germanicam, Latinam, Graecam, Hebraicam, und d. g. zu Papier bringen, und darinnen zeigen möchte (a) wie die Buchſtaben nach einander in einer jeglichen Sprache erfunden, (b) was ſie ſowohl nach der äußerlichen Figur und Bildung, als nach der innerlichen Bedeutung für mannigfältige Veränderungen gehabt, (c) wie ſie von einigen recht gebrauchet, und von andern hingegen gemißbrauchet werden. ꝛc. De vtilitate huiuſmodi inſtituti loquitur Celeberr. auctor l. c. pluribus, et exempli loco de litera s. parua aſſerit, hoc *s* initio Seculi XII. primum inuentum, et loco *ſ* longioris in fine verborum Latinorum adhibitum fuiſſe: ſic hoc Seculo loco *v* plerumque *u* adhibuerunt, quod et in antiquioribus documentis obſeruare licet: vt vel ex hoc capite de antiquitate MStorum iudicium ferendum ſit.

Iam

Iam ſupra autem memorata Alphabeta aeri inciſa eum in finem in hac noua editione nouis tabulis ex diplomatibus excerpta inſigniter auxi; Atque Tab. V. quod exhibui, Alphabetum Seculi X. ex authentico Diplomate Henrici Aucupis, quod olim Quedlinburgi delineauit ſupra iam laudatus Dn. C. H. *von der* LÜHE, ac ſimul Diploma cum edito F. E. KETTNERI in *Antiquitatibus Quedlinburgicis* p. 2. ſollicite collatum beneuole mecum communicauit. Cum igitur non tantum variantes lectiones, ſed in fine verborum vbique fere *ſ* longius et *ae* loco *æ*, *u* loco *v* obſeruauerim, integrum illud exempli loco inſerere placet. Eſt autem huius tenoris:


In nomine Sanctae & indiuiduae trinitatiſ Heinricuſ [m]) diuina fauente clementia Rex. Nouerint omneſ fideleſ noſtri, praeſenteſ ſcilicet et futuri, qualiter [n]) diuina miſericordia diſpenſante ſublimati in regnum, omnibuſ circumquaque degentibus fidelibuſ aequo & iuſto moderamine praeeſſe & omnia Dei reſpectu regere cupiamuſ. placuit & iam nobiſ domum noſtram, Deo opitulante ordinaliter diſponere. Quapropter legali moderatione aſſtantibuſ fidelibuſ noſtriſ cum conſenſu et aſtipulatione [o]) filii noſtri Ottoniſ & Epiſcoporum procerumque et Comitum peticione dulciſſimae coniugi noſtrae Mathildae poteſtatiua [p]) manu tradimuſ et donamuſ, quicquid propriae hereditatiſ [q]) in praeſenti uidere habemur. In lociſ infra nominatiſ. Haec enim ſunt: Quintlingaburg [r]). Palithi [*]). Northuſe [s]). Gronau-tuterſtete [t]) cum ciuitatibuſ et omnibuſ ad praedicta loca pertinentibuſ, in iuſ proprium conceſſimuſ, litiſ, ſeruiſ, mancipiiſ utriuſque ſexuſ aedificiiſ, terriſ cultiſ et incultiſ agriſ pratiſ, campiſ, ſiluiſ, aquiſ, aquarumue decurſibuſ, molendiniſ, uiis et inuiiſ, exitibuſ et reditibuſ quaeſitiſ et inquirendiſ. et ut cuncti cognoſcant, eo modo et ea ratione, ſi nobiſ ſuperſteſ extiterit et in ſanctae uiduitatiſ pudicitiâ permanſerit, prædicta loca ei concedenda tradimuſ, ut libera atque ſecura poteſtate, cum omni quaeſitu eiſdem lociſ inuento, temporibuſ uitae ſuae perfruetur [u]): Nec non etiam interiorem familiarum Collegionem intrinſecuſ famulantium, cum omni ſuppellectili, cum equariiſ ibidem inuentiſ, poteſtati illiuſ poſſidenda perpetualiter praediſtinamuſ [x]). et ut noſtræ dominioniſ [y]) largitio

Kettnerus loco cit. habet
m) Henricus
n) quia Nos
o) adſtipulatione
p) poteſtiva
q) hæreditatis
r) Quitilingaburg

*) in dorſo Diplomatis vocatur: Polethe, phalith, pfalich.
s) Northuſa
t) Duderſtete
u) perfruatur
x) prædeſtinamus
y) donationis

gitio firma ſtabiliſque permaneat, manu noſtra ſubtuſ firmauimuſ et annulo noſtro ſigillari praecepimuſ.

Signum Domni Heinrici [a]) Sereniſſimi Regiſ.



Simon Notariuſ ad uicem Hiltiberti Archi - Cappellani [b]) recognoui & [*Locus ſigni notarii*] [*Locus ſigilli Imperatoris*] Data [c]) XVI. Kal. Octobr. Anno Dominæ Incarnationiſ DCCCCXXVIIII. Indict. II. anno autem [d]) X. Heinrici [e]) glorioſi Regiſ Regni: Actum in loco qui dicitur Quitilingaburg, in Dei nomine feliciter Amen.

Quocirca inter deſiderata literaria non immerito olim retulit I. D. MORHOFIVS in Polyhiſtore doctrinam de ſcripturae in codicibus ſeculorum diverſorum MStis diuerſitate; quam tamen nunc ad diiudicanda MSta Graeca BERN. MONTFAVCON l. c. et quod ad Diplomata et linguam Latinam attinet, IOH. MABILLONIVS loco ſaepe citato, item Cl. MOLINETVS [f]) in *Hiſtoria atque fortuna literarum Romanarum*, *Pariſiis*, 1684. Gallice, ac nouiſſime Cl. IOH. LVDOLPH. WALTHERVS, qui Lexico diplomatico et characteres et ſpecimina ſcripturae adiunxit, tum Iac. *Anderſonius* in ſelecto diplomatum ac numiſmatum Scotiae theſauro, ſatis accurate perſecuti ſunt. MABILLONIVS ſpecimina varia LX. Tabulis aeri inſculpta exhibuit, qui primus ſtudium Diplomaticum certis regulis circumſcripſit, atque in artis formam redegit; interim tamen ipſi in multis praeiuit HERMANNVS CONRINGIVS [g]). Veſtigia Mabillonii poſtea multi ſecuti ſunt; alii praeceptiones eius de Characteriſmis in Codicibus et Diplomatibus deprehendendis impugnarunt, alii defenderunt. In linguis Septentrionalibus nota ſunt G. HICKESII egregia opera ſupra citata: De literis autem et lingua Getarum, ſiue Gothorum, item de notis Lombardicis etc. proſtat BONAVENTVRAE VVLCANII liber [h]), Leidae ex officin. Plantin. 1578. Sed ad

a) Domini Henrici

b) Capellani

c) Datæ

d) vero

e) Henrici.

f) Qui vero originem Characterum Romanenſium cuidam *Ioſuae Badae* adſcribit, qui eos ex Italia primum in Galliam introduxerit, et a Germanis non niſi literas Gothicas in Galliam allatas ſtatuit, ſed hanc Molineti ſententiam refutat André *Chevillier* in libro *l'origine de l'imprimerie de Paris*, à Paris 1694; hunc librum Cl. *Maichel* l. c. vocat opus excellentiſſimum, multaque eruditione refertum.

g) In *Cenſura Diplomatis Lindauienſis*; ſane Lindauienſe Diploma primam praebuit occaſionem in rem Diplomaticam exactius inquirendi.

h) Auctores der Beytrâge zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache, Poeſie und Beredſamkeit. Leipz. 1734. hunc librum laudabili inſtituto recenſuerunt Parte IX. n. IV. De Literis et lingua Gothica

ad intelligenda ac diiudicanda Diplomata Germanica I. P. *de* LVDEWIG ſingulare olim promiſit opus, referente Cl. GOTTL. STOLLIO *in der Einleitung zur Hiſtorie der Gelahrtheit*, capite de arte Critica. Sane Reipublicae literariae rem longe gratiſſimam praeſtitiſſet illuſtris auctor, ſi ſtetiſſet hiſce promiſſis, et *Criticam medii aeui*, ſeu *artem Diplomaticam ad vſum Germanici Imperii ſigillatim accommodatam* [i]) in lucem emiſiſſet, ſed grauioribus rebus forſan impeditus, ac ſenio confectus, et huic operi immortuus fuit. Interim tamen non ita pridem celeberrimi duumuiri IOH. HEVMANNVS et IOH. FRID. IOACHIM; ille in *Commentariis de Re diplomatica Imperat. ac Regum Germanorum*, nec non *Imperatricum Auguſtarum ac Reginarum Germaniae;* hic in *Introductione ad rem diplomaticam Germanorum* egregiam nauarunt operam, quorum operibus interea in re Diplomatica Germanorum vti poſſumus quam vtiliſſime.

Diplomatum vero omnium duplex eſt vtilitas, altera primaria, quae et ciuilis, altera ſecundaria, quae et hiſtorica [k]) nominari poſſit. Huc faciunt vniuerſae hominum negotiationes, conuentiones, pacta illuſtria, traditiones ac fundationes monaſteriorum horumque diplomata, ſingulaeque donationes, ex quibus regiones locorum ac limites eorum innoteſcunt, et quomodo monaſteriis agri accreuerint; recenſio namque illorum ſiſtit quandam Geographicam deſcriptionem, ne dicam de pagis Gowen vernacule dictis. Praeterea teſtes in diplomatibus, potiſſimum ſeculares, ſtudioſe notandi ſunt, nec non nomina Principum ſecularium, locorum, ac familiarum: Probe porro et temporis habenda ratio, vtrum anni natiuitatis ſeu Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, an tantum anni dominii vel regni indicati fuerint? Ceterum de Imprecationibus veterum aeque in libris [l]) ac in diplomatibus vide I. C. NEMEITZ *Vernünfftige Gedancken über allerhand Hiſtoriſche, Critiſche und Moraliſche Anmerckungen* Part. I. n. XIV. ſub tit. *Von den Imprecationen der Alten in Büchern und Diplomatibus.* De Imprecationibus ſigillatim diplomatibus adſcriptis multa egregie litteris prodiderunt aeque MABILLONIVS lib. II. de re Dipl. c. 8. ac MONTFAVCON l. VI. Palaeograph. Graec. vbi de re dipl. Graecorum agit.

At enim vero, vt tandem rationem reddam, quid in hac Clauis Diplomaticae editione praeſtitum ſit, quid non? Sciat beneuolus lector, quod

Gothica confer et Petri *Lambecii* Comment. de Biblioth. Caeſar. Vindobonenſi Lib. II. Cap. V. p. 365.

i) Ita ſe habet Titulus operis promiſſi im Neuen Bücher-Saal der gelehrten Welt in der erſten Oeffnung p. 2.

k) De Vtilitate diplomatum ciuili et hiſtorica agit Cl. THOMAS RVDIMANN in Praefat. quam IACOBI ANDERSONII *Diplomatum et numiſmatum Scotiae theſauro* praepoſuit §. XXII. et XXIII. quam commentationem, ob raritatem libri Claui dipl. inſerui.

l) Imprecationes libris adſcriptas caeteroquin ſingulari diſſertatione recenſuit M. GOTTL. HENR. PIPPING Lipſ. 1721. confer et Dni. *Lilienthalii* Obſeruationem de Exorciſmo Literario in *Selectis Hiſtor. Lit. T. I. p. 1. ſqq.*

quod in praemiſſa Bibliotheca Diplomatica vaſtam clariſſimorum auctorum notitiam, interſperſis non raro obſeruationibus ex hiſtoria literaria deſumtis, exhibuerim, atque confido, eam omnibus quoque fore gratiſſimam. Etenim notitia librorum alias eſt pars Hiſtoriae nulli eruditorum praetermittenda, qui cauſas et inſtrumenta eruditionis cognoſcere cupit. Interim ex hac auctorum deſignatione cognoſcere licet, quam ingens numerus ſcriptorum diplomaticorum proſtet. Ex ignorantia vero artis quoque Grammaticae, quae ſeculis barbaris vſitata fuit, ſexcenta monſtra nata ſunt in Hiſtoria; ne dicam, quod ſeculo decimo tertio et ſequentibus, literae ineptis inductionibus corruptae fuerint, vocesque decurtauerint. Atque ad hanc labem eluendam, vel potius ad enodandas abbreviationes MABILLONIVS quidem primus manus admouit; ſed eximium eius de re Diplomatica opus, atque pretioſum Dn. WALTHERI Lexicon diplomaticum, atque auctores hac in re alias conſulendi cum nec in omnium manibus verſentur, nec omnem rem abſoluerint: quauis occaſione data ſpicilegium Alphabetorum et compendiorum ſcribendi potiſſimum inſtitui, eaque in claue diplom. quaſi in compendio exhibui. Atque primo loco hic delineaui Alphabeta m), inprimis auxi et immutaui Tabulam Alphabeticam PHIL. HVEBERI; Numeri autem literis adſcripti illum a Chriſto nato annum indicant, quo exaratum fuit vetus quodque monumentum, ex quo ſpecimina exſcripta vides. In hac autem iterata editione tabulis aeneis exhibentur Alphabeta quam plurima; primum locum occupant duo Alphabeta, quae Herbipoli a beato SCHANNATO excerpta, et in *Vindemiis Literariis p. 228.* exhibita ſunt; agmen claudunt Alphabeta varia ex diplomatibus excerpta. Haec excipiunt compendia ſcribendi medii aeui, quae in antiquis Codicibus et MStis occurrunt, nec non characteres et ſpecimina ſcripturae inde a Sec. VIII. vſque ad Sec. XIV. Scripta praeterea

m) De variis apud gentes Alphabetis, et de iis, qui ſcripſerunt, confer BVRCH. GOTTH. STRVVII Diſſertation. *de criteriis manuſcriptorum* §. VIII. *Andr. Mulleri* alphabeta ac notas diuerſarum linguarum etc. vid. etiam G. G. LEIBNITII Deſiderata circa linguas populorum in epiſtola ad Dn. *Podeſta* interpretem Caeſareum tranſmiſſa apud IOH. FRID. FELLERVM in *otio Hannouerano*, ſeu *Miſcellaneis Leibnitianis* p. 49. ſqq. vbi ſtatim ab initio: „cum nihil, „ait, maiorem ad antiquas populorum origines „indagandas lucem praebeat, quam *Collatio* „*linguarum*, ſaepe miratus ſum, Geographos „et peregrinatores de linguis ſcribere negligen„tius, nec ſpecimina earum niſi raro exhi„bere etc.„ Huc faciunt collectores verſionum orationis Dominicae CASP. WASERVS, ANDR. MVLLERVS, GREIFFENHAGIVS, TH. LVDEKENIVS, IOH. CHAMBERLAINE, et reliqui. Potiora interim Alphabeta Mabillonii et hic exhibenda duxi, potiſſimum eorum in gratiam, quibus non datum eſt, ſplendidum hoc rei Diplomaticae opus inſpicere. Alphabetum ligno inciſum ſcripturae veteris ex altari monaſterii Hamenſis ſiti in pago Conſtantienſis in Neuſtria exhibuit MABILLONIVS *Annalium Benedict. T. I. p. 697.* STRVVIVS in *Actis Literar.* Part. I. recenſet *Nicolai Schmidii* ruſtici alias dicti *Kuntzel von Rothenacker* apud Variſcos egregium MStum, Alphabeta variarum linguarum continens, vna cum vita; hoc MStum in templo Gerano cuſtoditur.

terea ſingularia rei diplomaticae iteratae huic editioni adieci, quorum primo proſtat: IOH. MABILLONII Commentatio *de variis Scripturarum veterum generibus*, quam in opere ipſius diplomatico Libri I. cap. XI. conſtituit. Sequitur BVRCH. GOTTH. STRVVII *Diſſ. de criteriis manuſcriptorum*, quam *Collectaneis manuſcriptorum Ienae 1713.* in octauo praemiſit; in qua etiam §. 11. in Nota CL. SALMASII Epiſtolam de Notis antiquitatis in MStis codicibus ex MORHOFII *Polyhiſtore* lib. I. cap. VII. repetiit. Struuii Diſſertatio pro argumenti vbertate quidem breuior eſt; interim tamen tum illa, tum reliqui libelli, quos hic ſequentem in modum recudi feci, ad theoriam aeque rei Diplomaticae et ad diiudicanda MSta egregie faciunt. Praecedit vero illos *Obſeruatio de Significatione literae C. quae in ipſa diplomatum antiquorum fronte poſita cernitur*, auctior edita. Atque ne ordo tabularum turbetur, hic ſtatim ſubiunxi Notariorum veterum ſigna quam plurima vna cum Alphabeto inſtrumenti et abbreuiaturis, praemiſſa I. W. DE GOEBEL *Diſſert. I. de Notariis*, quippe quae antiquiora de Notariis pandit. Hanc excipit DAN. PAPEBROCHII *Propylaeum antiquarium circa Veri et falſi diſcrimen in vetuſtis membranis.* Tunc: IOH. NIC. HERTII *Diſſ. de fide diplomatum Germaniae Imperatorum et Regum.* In compendio quaſi Mabillonium exhibet ſequens: THOMAE RVDIMANNI Schediaſma *de vtilitate diplomatum ciuili et hiſtorica* ex Praefatione, quam *Iac. Anderſonii* Scotiae theſauro diplomatum etc. praemiſit, excerptum, libro in hiſce terris oppido raro. Excipit Rudimannum GOTTL. KRAVSII *Progr. de vſu diplomatum Conradi I.* Poſtea: IOH. WILH. WALDSCHMIDII Diſſ. *de probatione per diplomataria*, et vltimo loco venit: *Diplomatarium Miſcellum* nunc primum editum, res potiſſimum Saxoniae inferioris, et quorundam nobilium hiſtoriam illuſtrans. Si Deus vitam conceſſerit, aliae quoque ſequentur acceſſiones; animus enim eſt, opuſcula, quae de re Diplomatica pro et contra ſtilo linguae Romanae edita in vnum corpus colligere, quo vtiliſſimo inſtituto rempublicam literariam maximopere mihi deuincire poſſe ſpem alo maximam. Idem in votis habuit auctor obſeruationis in Nouis literariis Hamburg. Dn. Kohlii a. 1735. p. 771. quem celeberr. I. H. SCHMINCKIVM iudico, νῦν ἐν ἁγίοις.

Ceterum Specimina codicum quorundam ineditorum, quae priori editioni etiam defuerunt, harum rerum gnaris ſe probabunt. Vale, Lector Beneuole, et meo de Republica literaria bene merendi ſtudio, qualecunque fuerit, faue.

* * *

MEMORIA

MEMORIA
DANIELIS EBERHARDI BARINGII,
EX CERTISSIMIS VITAE RECENSIONIBVS
ADVMBRATA.

Cum haud raro fiat, quod litteratorum cohorti ingratae minus eſſe ſoleant biographiae virorum, qui ſtudia ſua de variis variarum ſcientiarum augminibus, adminiculis, dilucidationibus, ſiue aliis, referri qui punctatim nequeunt, modis erudito orbi commonſtrare atque manus ipſi addere adminiſtras ſtuduerint: et ego parentis, qui νῦν ἐν ἁγίοις, vitae acta memoratu maxime digna recuſae adnectere Diplomaticae Claui mecum agitare cepi. Suffulſit fluctuantes hoſce conatus pietas in patrem perquam ſingularis, quamue cogitaui recogitauique biographiam, quaſue incitamento fuere rationes lectori litterato atque beneuolo fore acceptas nil fuit, quod diutius haeſitarem. Verum enim vero haud abſonum cenſeo, ſi de Baringiorum ſtirpe quaedam, cumprimis, quae B. Parentis maiores propius attingunt, ſciagraphice ſaltem et digito quaſi indice, prooemii inſtar, ſubiicerem, atque genitoris maiores altius deductos lectori optimo ſiſterem. [a])

Primam ſuam, quae adhuc innotuit, originem Groeningae vrbi in Friſia orientali ſitae *Baringiorum* familia debet. [b]) Illam nimirum hic conſignandam

a) Equidem M. I. Ant. *Strubberg* Mindenſibus quondam a concionibus in edit. M. Dav. Meyers kurzgefaßten Nachricht von der chriſtlichen Reformation in Kirchen und Schulen der alten Stadt Hannover a. 1731. de Baringiorum familia tabulam ibi p. 148. ſubiunxit genealogicam, naeuis vero hinc inde commixtam; quodue hic potiſſimum ſignificandum duxi, cum Cel. Strubbergius parentem ibi appellauerit auctorem, quo tamen inſcio atque inuito mappam hanc adfigi curaſſe, vel ex ipſa B. patris adſertione pro certo habeo. Non auſim caeterum infitias ire, perplura quoque reuerendum virum protuliſſe veritati conuenientia rectiſſime.

b) Frequentiſſime vſurpare ſolent Groeningi, ſimiliter Angli terminationem *Ing*. De quo conf. *Vbbo Emmius* de agro Friliae inter Amaſum et Lauicam fl. deque vrbe Groninga ſyntagma ſerie magiſtratuum praecipuorum, Groningae 1646. ibique ſic differit p. 49: „Eſt autem frequens in „tota hac vicinia, deriuata nomina huiusmodi a „propriis hominum aut fluminum, aut aliarum „rerum ſimilium nominibus in fine per *inge* for„mare; vt Huſinge, Fiuelinge, Oſtringe, Ruſtrin„ge, Harlinge, Eſinge, Wetzinge etc. Vt patro„nymica infinita eiuſdem deſinentiae in Friſia et „Drentia praeteream.„ Vocabulum *Ing* idem eſt, quod poſteri, ſeu liberi. conf. in Wachteri Gloſſar. Germ. vocabulum: *Ing*, p. 790. Vero itaque videtur ſimile, proſapiae auctorem audiſſe

Bar,

dam ſumſi Baringiorum gentem, quae in hiſce potiſſimum terris penates ſuos collocauit. [c])

Primo itaque loco et in fronte quaſi ponere fas ſit Tritauum defuncti patris PETRVM BARINGIVM, ciuem Groeningenſem in Friſia, vxorem Euerhardam, vulgo Evertken, Groeninganam. Kempam venit 1550. 24. Iun. Hamburgi vero † 1. Sept. 1558. Atauo gaudet FRANCISCO. Venloni hic 1. Febr. 1522. natus. Decimum cum attigiſſet annum, patre comite Geldenium abiit, ideoque quibuſdam ſcriptoribus Geldii nomine venit; vltimo S. S. Th. D. et Superattendentis General. Ducatus Saxoniae inf. ſtationem obtinuit Lauenburgi [d]) † 1589. Luttauiae (Lüttau). Vx. 1. Magdalena filia Ioh. Tuchteri in Nienkerka prope Gelderam, quae † 1552. Kempae. Vx. 2. Margaritha Burgſtede filia ciuis Boxtehudani, ducta 1554. d. 7. Ian. ex qua, qui Bremae primum ſedem habuerunt fixam, nunc autem Angliam abiere mercatum, ibique adhuc degunt, ſunt orti. Abauus fuit IOANNES, Eluesdorpi d. Dec. 15. 1545. nat. primo Paſtor *Artlinburgi* [e]) deinde Gulzouiae. Vx. Anna, filia Antonii

Bar, ſiue Bachr, vrſus, vrſinus; quale fit in Bunting, Bruning, Clauſing; hoc eſt: Bunte, Brunii, Clauſii ſeu Nicolai cuiuſdam filius. Antiquiores Teutones per vocabulum *Bar*, quando alias exceperis ſignificationes, virum illuſtrem, heroem, vel quemcunque virum intelligi voluere. De quo euolue *Morhof* in Diſſ. de diuinitate principum, p. m. 102. diſſ. Hamb. 1699. 4. ita ibi diſſerit: „Bar apud antiquos Germa„nos heroem notat: Sic enim auctor des Hel„denbuchs part. 2.: bey den gar kühnen Baren; „vel virum quemcunque, vt ibidem: den elend„reichen Baren, i. e. miſerrimum virum, quod „ex compoſitis illis elucet: Wehrbar, Mundbar, „Ehrbar; vbi Bar idem eſt, quod Mann, vt in „vocibus Schwerdmann, Hermann, Erdmann ꝛc.„ v. quoque Wachteri Gloſſar. Germanic. p. 117. ſub voce *Bar*. Et hoc addere liceat, quod Baringiorum propago vrſi imaginem in inſignibus ſuis gentilitiis geſtare eo vſque conſueuerit.

c) Praeter hancce nimirum in Gallia, theatro Europaeo teſte, Domini Behringen clarent, et Marchio de Beringen archippocomi regii fungitur prouincia, de quo pluribus vide Europ. Fama 64. Th. p. 245. Aliam Baringiorum progeniem, quae baronatus dignitate gaudet, e Belgio ortum ſuum trahere ferunt. Gryphiswaldiae et Stralſundi aliud quoque floret Baringiorum genus. Homonymus eſt Vitus Baering celebris Daniae hiſtoricus. In Anglia quoque Baringtonia inclaruit proles; cumprimis in prouincia Eſſexia locus occurrit Barrington apud Dugdale, libro: The ancient uſage in bearing of ſuch enſigne of honour etc. ubi: Sir Francis Barrington of Barington-hall Knight. et I. Frid. Schannat in corpore tradit. Fuldenſium, et quidem in adiuncto patrimonio S. Bonifacii, ſ. Buchonia veteri ex iiſdem traditionibus eruta etc. profert Pagum *Baringe*, quem c. XI. p. 419. ſeq. deſcribit: „*Baringe*, ſeu *Paringe*, alia lectio habet *Baeringen*.„ Hunc locum, cuius iam mentio fit in donatione Egilolfi facta a. DCCXCV. totum Sancto Bonifacio obtuliſſe videtur Emehilta Abbatiſſa ad annum DCCC. addidit poſtmodum Regingund in *Baringheimero-marca* ſeu *Marca Baringenſium* Hobam I., Nithard vero et Froumolt vnius comprehenſionis vterque partem ſuam: creuit interim loci fama, ac in tantum fortaſſe inualuit, vt integer Pagus ab eo, tanquam a loco potiore denominationem ſuam obtinuerit.

d) conf. Theod. *Haſaei* Progr. funeb. in pronepotem ſuum Franciſcum Baringium S. Th. D. et Gymnaſii Bremenſ. Prof. it. M. Dav. *Schulteti* den von der Schule zur Kirchen beruffenen Hamburgiſchen Prediger. Hamb. 1709. 8. in dedicat. ad Statium Henr. Kreuzberger Scholae Buxtehudanae Rectorem. it. die Nachricht von den Pfarrkirchen ꝛc. im Fürſtenthum Lauenburg. Ratzeb. 1722. 8. (cuius Dnus de Laſſert auctor creditur) p. 7. et in praefat. p. 4. et 33. it. Starckens Lübeckiſche Kirchenordnung 1740.

e) Dictus M. Strubberg male: *Altenburg*. Etenim in der Nachricht von denen Pfarrkirchen ꝛc. im Fürſtenthum Lauenburg dicitur p. 28: Iohannes Baringius Franciſci filius ordinatus a M. Ioh. Eckenbergio in templo Lawenburgenſi ward zu

ART-

tonii ab Holle, ducta 13. Maii 1571. Ad proauum deſcendo M. EBERHARDVM 1572. Gulzouiae progenitum. Vltimo parochi munere functus Brunſuigae ad aedes St. Catharinae per 18 ferme annos. f) Vx. 1. Margaritha, filia M. Georgii *Vrſleri* g) Paſt. cathedral. Raceburgi. Vx. 2. Magdalena filia Nic. Meieri, ciuis et mercatoris Luneburgenſ. † M. Eberhardus ex dyſenteria d. 22. Iul. 1626. Ad auum progredior EBERHARDVM h) Lubecae d. 6. Dec. 1608. natum, quique VI. annorum ſpatio Sereniſſimae Georgii Ducis Brunſu. et Luneb. proſapiae Ioanni Friderico atque Erneſto Auguſto a latere fuit cuſtos atque moderator; Scholae poſtmodum Hannoueranae aliquot annis praefuit, denique vero priuata oblectatus vitae ratione † 1659. aet. 51. Vx. Eliſabetha a Beſtenborſtel 1643. ducta † 8. Maii 1680. Ad patrem tandem deflectere lubet HENNINGVM d. 24. Ian. hora a media nocte III. a. 1653. natus. Qui mortuo patre inuita matre in litteras incubuit, ſed aemulatus fratres nocturno quoque tempore luna lucente libros voluit. Fundamentis poſtea in Schola patria probe iactis a. 1674. in Academiam Iuliam abiit, ibique per triennium et dimidium Theologiae ſtudio nomen dedit. A Sigiſmundo Iulio ab Oberg ad Sacerdotis munus obeundum Obergam in Epiſcopatu Hildeſienſi ſitam prouocatus cum eſſet, 1683. ibi fuit conſtitutus concionator, atque d. 30. Iul. 1693. caſu infelici d. 24. eiuſd. praeceſſo † annorum XL. VI. menſ. minus X. diebus, et Peinae humo demandatus. Vx. Illa Sophia Berckelmann, Danielis Wallenſium XLV. per annos Paſtoris meritiſſimi, atque Annae Eliſabethae Bekmann ex Eimbeccenſium quadam Patriciorum gente nata, neptisque Theodori Abbatis Amelunxborn: i) quam duxit 14. Febr. 1688. anno aetatis ſuae XXXV. Nupſit ſecundo Balthaſaro Iaenecken, mercatori Salzhemmendorffenſi; † d. 5. April. 1735.

Hiſce parentibus ortum ſuum debet

DANIEL EBERHARDVS BARING,

cum VIII. Nouembris die a. 1690. intra horam tertiam et quartam matutinam in hanc lucem fuerit ſuſceptus, atque X. eiuſd. menſis, ipſo Martini die ſuſceptore Da-

ARTLINBVRG (iuxta Crantzium rectius Erteneburg) 2 Jahr Prediger, und ward von dannen 1568 nach Gülzau vociret, conf. p. 34.

f) conf. *Rehtmeyers* Kirchenhiſtorie der Stadt Braunſchweig, Th. 4. Cap. V. p. 351.

g) iterum in errorem deduci ſe paſſus eſt Rev. Strubberg, cum pro VRSLER poſuerit *Vogler* Sed mittam, quae forte Strubbergio in enarranda Baringiorum familia hinc inde ſurrepſerint mendas, cum de vniuerſa Baringiorum ſtirpe longe differendi vberius occaſionem, quae forte daretur, haud praetermittendam mecum ſtatuerim.

h) conf. Ge. *Schraderi* orationem de laude vrbis Hannouerae a. MDCXLIX. IV. Id. Martii publice habitam in 4. excuſ. lit. B. 2. ſeq. it. M. *Strubberg* in der praefat. zu M. Dav. Meiers kurzgefaßten Nachricht von der Reformation in Kirchen und Schulen der alten Stadt Hannover, p. 34. ſeq. et 44. it. D. E. *Barings* Beitrag zur Hannöverischen Kirchen- und Schulhiſtorie, Hannov. 1748. 8. P. 2. p. 65. ſeq. et 158.

i) De quo euolue I. Henr. *Stuſſ* memoriam b. Theodori Berckelmanni, Hannov. 1733. 8. ed.

Daniele Berckelmanno Wallenſium parocho fideliſſimo ſacra ablutus lauatura. Patre ſub teneris annis quarto nimirum aetatis ſuae praematuro nimis fato fuit orbatus, ita quidem, vt, cum iſte grauiſſimo caſu ex vna in alteram praecipitaret contignationem, vel ipſe corrueret, atque parentis praecipitati mole ferme peſſundaretur. Nihilo vero ſecius adfuit diuina tutela, atque deinceps duro admodum initio adoleſcentiae vſus fuit. Vitrici ſolertia id interim egit, vt, cum emicans aliquis rationis vſus cum lucis connecti poſſet vſura, in Schola triuiali Saliſhemmendorffenſi et purioris diuinae cognitionis et litterarum humanarum prima rudimenta probe inculcarentur. Seminibus hiſce ita ſparſis, Bierdemannus ſacer loci orator atque Mich. Mantelius, qui Subconrectoris nomine ad lyceum poſtmodum demigrauit Hannoueranum, ad litteras, quae Humaniorum titulo venire nobis ſolent, ad guſtatoria quaſi delibanda animum eius adpellere curarunt. Quibus morum ac diſciplinarum formatoribus ita profecit, vt, cum a. 1706. ad Gymnaſium emitteretur, quod Quedlinburgi ſub M. Tobiae Eckhardi auſpiciis iſto vigebat temporis tractu, tertiae claſſis dignus iudicaretur alumnus. Fauſtiſſimo itaque ſidere è patrio ſolo ad hanc bonarum mentium officinam adflatus, Ierxium nactus eſt diſciplinarum inſtitutorem, virum in elegantioribus litteris atque litteratura Graeca verſatiſſimum, cuiusue ſingulari gauiſus eſt beniuolentia. Qui cum illum a. 1707. ad ſecundi ordinis tirones promoueri eſſet paſſus, primo M. Dünnehauptio curae fuit cordique, quod veritatum imbueretur ſucco; cui ad Paſtoratum euocato ſucceſſit M. I. Godofr. Laue. Tunc demum a. 1709. primae ſe adſociari curauit claſſi. Hic M. Tobia Eckhardo lycei huius celebrioris Rectore, atque, qui Lauenium in Conrectoratu exceperat, Bartholomaeo Hornio ducibus operam ſuam Philologiae ſtudio ſedulus porro nauauit, publice declamando ſaepenumero ſeſe exercuit, ſemel etiam reſpondentis geſſit vices. Verum cum ad ſanctiores diſciplinas animi maximopere aleret intentionem, linguis, quae ab Oriente nomen ſuum gerunt, cumprimis ſtuduit, ita quidem, vt Ebraeorum, Chaldaeorum, Syrorum, atque Arabum idiomata non calluerit minus, atque condiſcipulis priuatis ruminauerit horis, quam exarando in iis mentem aliis potuerit exprimere. Idcirco, quod antea in Gymnaſio Quedlinburgenſi non euenerat, proprio Marte d. 19. Iul. a. 1712. *de Iudaeorum Pſeudo-Meſſiis* (דבר מן משיחי יהודי שקר) in eruditorum conſeſſu publice eſt ſermocinatus. Acceſſit huic declamationi Programma Rectoris M. Tobiae *Eckhardi* inuitatorium *falſas de Iudaeis antiquis gentilium narrationes* recenſens, in fol. typis excuſum. Ille denique cum ſuaſu praeceptorum videretur, quem inter alumnos ſuos recipere poſſet Academia, Quedlinbur-

linburgo, cariſſimis atque amantiſſimis doctoribus, Rectori cumprimis Eckhardo, atque familiae Saalfeldianae, quorum nimirum fauore atque ſuſtentaculis eo temporis ſpatio ſingulariter erat fruitus, a. 1713. vltimum acclamauit Vale! Muſarum, quas 1706. a limine tantum ſalutauerat, penetraturus adyta, bonisque auibus in Academiam Iuliam iter deflexit, Cel. Kochio academiae gubernaculis admoto. Equidem ad ſanctiorum litterarum indagationem animum adpellere habuit ſtatutum, ſed Profeſſorum quorundam commotus exhortationibus Theologiae, cuius ſequi caſtra prius cupiebat, cum artium ſalutarium permutauit ſtudio, ſique alios exceperis, quos ſibi elegerat duces, praeeunte Experientiſſimo Alex. Chriſtiano Gakenholtz P. P. O. atque Andr. Iul. Böttcher materiam medicam, Anatomen, aliasue auſcultauit Medicinae diſciplinas. Id itaque poſtmodum agens, vt adſiduitatis aliquod ſpecimen ſtudiorum promotoribus offerret, deque profectibus, quos fecerat, periculum faceret, praeſide Cel. A. I. Boetticher menſe Maio a. 1718. erudito conflictu *de Cranii oſſibus* diſputationem ventilauit Medico-Anatomicam. Honores demum capeſſurus Doctorales actum egit, variaque, repellere quae nequibat, obſtacula reperit. Quantumuis enim ſtipendio ſuffulciretur Salderiano, aliisque acceſſionibus, quae ex priuatis tironum quorundam inſtructionibus ipſi promanabant, cumprimis illuſtriſſimi cuiuſdam Italiae Comitis, qui, quanquam ſumma ἀκρίβεια Pontificiorum ſectaretur dogmata, clanculum tamen atque nocturnis conuenticulis egregio feruore ad ipſam ſacri codicis ſcaturiginem penetrare ſtuduit; quapropter Ebraici idiomatis enucleationem inſtillari ſibi auide cupiuit, mentemque gratam luculenter eſt conteſtatus; quae quantumuis, inquam, habuerit adminicula, cum vix ac ne vix quidem aſſem ex patriis laribus exſpectare potuerit, id tantum vltimo curauit, ne dira egeſtate penitus ſufflaminaretur; cumque accederent blandae Cel. Eccardi obteſtationes, qui Profeſſoris tunc munere Helmſtadii ornabatur, tempori fuit ſeruiendum, ventisque, quod aiunt, deſtitutus, remos adhibuit. Omnem nunc eo intendit mentis alacritatem, vt rerum geſtarum delectamenta altius poſſet indagare. A Cel. Iuſto Chriſtoph. Böhmero Theol. et Eloqu. P. O. fuit edoctus de notitia Bibliothecaria paranda et praecipuis publicarum priuatarumque bibliothecarum ſcriptoribus; itemque de ſcriptoribus, qui clarorum hominum vitas litteris conſignarunt; aliisque, quae eo ſpectant, doctrinis. Gottl. Sam. Treueri Polit. et Moralis Philoſ. P. P. O. ſubſelliis cupidus inhaeſit Hiſtoriam litterariam tradentis, ceterosue, qui huc faciunt, ſequutus eſt duces. Commutata itaque ad ſtudia propenſione Conſultiſſimum I. W. de Goebel ſummos Themidis ambiturum honores concomitatus eſt Rinte-

 lium,

lium, ibique aliquod tempus contriuit. Quinquennio vero et quod excurrit, hoc modo extabeſcente hinc euocatus Hannoueram ab Eccardo, quem Bibliothecae Regiae denominauerant Praefectum atque Regis Magnae Britanniae Hiſtoriographum, in eoque opitulando haud ignauum ſeſe exhibuit, donec 1719. de Bibliotheca Regia iuramento adſtringeretur. Euenit autem, quod ſummi regiminis iuſſu I. Ge. Eccardus iter ingrederetur litterarium annis 1722. et 1723. per Electoratus potiſſimum Brunſuico-Luneburgenſis ſubeundum tractus, vt, ſi quae forte hinc inde in coenobiorum ſeu archiuorum clauſtris abſcondita laterent antiquitatis monumenta, vnde hiſtoriae Celſiſſimae Domus aliqua adfulgere poſſit lux atque ſplendor, ſtudioſiſſime protraheret. Quam ob rem vna cum Nic. Seelaender regio ſimiliter ſculptoris ſtipendio auctorato ipſi fuit adſociatus. Eccardo vero eodem a. 1723. receſſo per annum et dimidium Bibliotheca regia iuſſu illorum, qui ſunt e ſanctioribus conſiliis, ipſi fuit concredita, donec Cel. S. F. Hahnius Bibliothecae praeficeretur. Ad annum vſque 1728. coluit caelibatum, die vero April. 19. a. 1728. deſponſauit ſibi Sophiam Magdalenam, Iuſti Chriſtoph. Schroederi ciuis et Capitanei (ſit venia verbo barbaro) Hannoueranae ciuitatis bene meriti ac fabri aerarii filiam, quamque in matrimonium adſumſit d. VIII. Iul. eiuſd. anni. Primam haec lucis perceperat vſuram d. VI. April. 1706. matre Ilſa Margaretha Boedeckers, phthiſi vero d. V. Nov. 1734. ſuppreſſa. Enatus ex hoc coniugio eſt vnicus filius Eberhard Ioannes. Priore coniuge praematuro nimis fato exſtincta faces renouauit nuptiales, atque Aemiliam Margaretham, b. Bartholdi Rabenii ciuis atque in iudicio, quod Aulicum audit, quondam Chancelliſtae ac matris Annae Eliſabethae Baumgarten filiam natu ſecundam d. nempe IX. April. 1710. deſponſatam accepit d. 14. Iun. 1735. atque 13. d. Sept. eiuſd. anni ſolennitates cum illa celebrauit nuptiales. Ex qua adhuc ſuperſtite ſeptem procreauit liberos; ex his quatuor ſunt filiae, quarum vna iam diem ſuum obiit, atque tres filii, quorum minimus natu poſt patris obitum vitae adiit lumen. Quae vero prouidentiae gubernatricis intentio fuit pie deueneranda, parentem optimum mortalium coetui intereſſe diutius noluit, vitaeque poſuit terminum. Qui cum ex longinquo temporis tractu haemorrhoidum perpeſſus eſſet fluxum, a feſto inde Chriſti reſurrectioni ſacro primas hinc inuenit vexationes. Aeſculapio itaque cum ei opus eſſet, aduolauit cumprimis magnus ille peſſimarum valetudinum propulſator Werlhoffius Experientiſſimus ac tantam, quantam valuit, adhibuit medelam: Verum enim vero ingraueſcente indies morbo, vires defecerunt marceſcenti corpori, atque rem ſuam diuinae, quae illum euocabat, prouidentiae tradidit, certiſſimam exinde exſpectaturus

rus

rus opem. Non eſt, quod hic debitis declamare elogiis moliar fautores atque amicos perplures et varios. Horum adfuere ſtudioſiſſimi, qui, quibus potuerunt, ſuſtentarunt adiutoriis. Illorum autem, qui praeſentia ſua blandisque ſuadelis aegrotantis mitigarunt tormina, ſicco inter eos praeterire nequeo pede Scheidium, Potentiſſimo Magnae Britanniae Regi GEORGIO II. a Conſiliis, Bibliothecae Regiae Praefectum atque Celſiſſimae Domus Regiae et Elector. Brunſuico-Luneburgicae Hiſtoriographum omni laude mea maiorem, atque viros ſumme Reuerendos atque Litteratiſſimos Langhanſium atque Zwickerum ad D. Aegidii oratores ſacros, quorum mihi ſemper venerabile nomen, quibusue curae fuit cordique, vt animum anhelantis refocillarent lugentem. Sed cum morbo ingraueſcenti reſiſtere amplius nequirent debilitatae vires, ad d. XIX. Auguſti 1753. circa horam octauam matutinam ad coelitum tranſiit choros optimus parens, totique familiae deſiderium ſui reliquit tantum, quantum verbis enucleare nequeo. Non autem deſidiae ſeſe dedit, cum inter viuos verſaretur, cariſſimus pater, atque de opuſculis quibuſdam euulgandis, priuatis inſudauit horis; quaeque vt mantiſſae inſtar adnectere liceat, Lectorem Candidum habebo rogatum. Quae, ſi praetermiſeris orationes ſolemnes: de Reformatione D. Mart. Lutheri occaſione feſti anniuerſarii in memoriam reformationis etc. a. 1711. deque Pſeudo-Iudaeorum Meſſiis 1712. in Athenaeo Quedlinburgenſi habitas, typis exſcripta ſunt: 1) Diſputatio Medico-Anatomica de Cranii oſſibus, Helmſt. 1718. 2) Succincta notitia ſcriptorum rerum Brunſuicenſium ac Luneb. Hannov. 1729. 8. vberioris operis prodromus. 3) Epiſtola, qua inſtitutum de eruditis Brunſuicenſibus ac Luneb. colligendis vitisque eorum recenſendis aperuit. Hannov. 1730. 4. 4) Compendia ſcribendi, ſeu abbreviationes ex diplomatibus atque codicibus membranaceis et chartulariis pervetuſtis etc. collectae, ac XVI. tabulis aeneis exhibitae, Hannov. 1735. 4. 5) Beſchreibung der Saala im Amt Lauenſtein des Br. Lüneb. Fürſtenthums Calenberg, und der an ſelbiges angränzenden Oerter ꝛc. Lemgo 1744. 4. mit Kupfern, in 2. Th. 6) Muſeographia Brunſuico-Luneburgica, oder, Nachricht von Naturalien- und Raritätenkammern, ſo in den Br. Lüneb. Landen geſammlet. 1744. 4. 7) Beyträge zur hannöveriſchen Kirchen- und Schulhiſtorie in 2. Th. mit einer Vorrede von berühmten Denkmaalen, ſonderlich denen, ſo in und um Hannover ſich befinden, Hannov. 1748. 8. 8) Sendſchreiben an Herrn Chriſtoph Fried. Fein, bey Gelegenheit der von ihm entlarvten Fabel von der hamelſchen Kinder Ausgang, nebſt Beylagen. 1748. 4. 9) Leben des berühmten M. Antonii Coruini, weil. Generalſuperintendenten des Fürſtenthums Calenberg, Hannov. 1749. 8. 10) Kurze hiſtoriſche und phyſikaliſche Nachricht von dem in Hannover zuerſt erfundenen Getränke, **Broihan** ꝛc. Hannov.

 1750.

1750. 4. 11) Neue Nachrichten und Zuſätze hiezu mit beygefügten hiſtoriſchen Anmerkungen, ibid. 1751. 12) Anmerkung von Denkſäulen, insbeſondere von dem alten Monument, ſo Herzog Albrecht zu Sachſen unweit dem Schloß Ricklingen aufgerichtet. vid. das 25. und 26ſte Stück der gelehrten hannöveriſchen Anzeigen 1752. 13) Clauis Diplomatica tradens ſpecimina veterum ſcripturarum etc. Hannov. 1737. 4. Atque hic eſt liber, Candide Lector! qui nunc tibi traditur longe auctior atque emendatior. De quo, ne extenſiori prologo retinearis, vnum adſerere liceat verbulum. Cui quantumuis immortuus ſit optimus parens, prius tamen, quam e vita diſceſſit, ad vnguem fuit abſolutus, preloque ſubiiciendo Lipſiam miſſus vna cum tabulis aere excudendis; ſi hoc tantum exceperis, quod vltimam admouerim manum praefamini, quod parens b. exarauerat quidem, non vero relegerat. Sed et hic, quod vel perfunctoria reperies contemplatione, quantum fieri potuit, verba parentis resque ipſas typis exſcribi feci absque interpolatione aliqua. Reſtat, vt binas adhuc ſubſtruam elaborationes B. patris MStas. Hoc tibi veniunt nomine: Coracologia Curioſa, oder hiſtoriſche Erzählung von berühmten und gelehrten Coruinis, Raben, Rabener etc. mit vielen curieuſen Anmerkungen und Beylagen. it. Onomatologia Curioſa, oder Tractat von dem Urſprunge der Tauf- und Geſchlechtsnamen, mit hiſtoriſchen und kritiſchen Anmerkungen und einem gedoppelten Anhange, nämlich einer Erklärung der gebräuchlichſten, und einer Sammlung vieler altdeutſchen Taufnamen. Quas eruditorum circulis aliquopiam modo autumem acceptas, Deus ſi conceſſerit ſalubritatis vſuram atque otia, propatulo eorum examini curabo ſubiiciendas. Nunc autem de meliori his vtere, quaeque in votis habui, rata vt habeas, obſeruantia precatur haud vulgari

dab. Hannouerae ad d. VI. April.
A. O. R. CIↃIↃCCLIV.

EBERHARD IOANNES BARING,
DANIELIS EBERHARDI FILIVS.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA DIPLOMATICA SCRIPTORVM REI DIPLOMATICAE.

BIBLIOTHECA
DIPLOMATICA
SCRIPTORVM REI DIPLOMATICAE.

SECTIONIS PRIMAE
CAPVT I.
SCRIPTORES QVI REM DIPLOMATICAM IN GENERE ILLVSTRARVNT;
NIMIRVM
DE ORIGINE ET ANTIQVITATE ARTIS DIPLOMATICAE.

Daniel *Papebrochii* Propylaeum antiquarium circa veri ac falſi diſcrimen in vetuſtis membranis an. 1673. cum figg.

Praemiſſum eſt Tomo II. *Actor. SS. menſis Aprilis.* Hoc Propylaeum ob praeſtantiam huic Clauis Diplom. editioni N. III. P. II. inſeri curaui. Papebrochius primus omnium ad examen ac ſcientiam veterum tabularum viam ſtrauit.

Ioh. *Mabillonii* de Re Diplomatica libri VI. Pariſ. 1681. Editio II. cum Praefat. Theod. *Ruinarti.* Ibidem. 1709. fol. reg. c. figg.

Doctiſſimi ac ingenioſiſſimi *Papebrochii* dubia de chartis San-Dionyſianis et aliis quibuſdam egregium hoc cedroque dignum *Mabillonii* opus diplomaticum peperere: in quo id potiſſimum egit, vt oſtenderet, quomodo Diplomata vera a falſis ſecerni, deque aetate eorum accurate iudicari poſſit. Atque argumentum hoc mirifice ornauit, ac paene exhauſit; nec acuti *Germonii* Diſquiſitiones ſine fructu fuerunt. Excitatis deinde Controuerſiis certarunt doctiſſimi viri Ge. Hickesivs, Barthol. Germon ac Rvinartvs, Ivstvs Fontaninvs, alii, quos ordine recenſebo. Recenſionem interim editionis primae eximii de re diplomatica operis vide in Tenzelii *Colloquiis menſtruis* anno 1705. p. 475 ſqq. et ſecundam editionem recenſuit Kravsivs im Neuen Bücherſaal der gelehrten Welt T. I. Atque in ſic dicta Relatione de libris nouis, ſeu Ausführlichem Bericht von allerhand neuen Büchern p. 17 ſq. controuerſiae Mabillonio ob librum de re diplomatica motae breuiter enarrantur; vberiorem autem narrationem vide apud Dn. *de Meiern* in Praefat. T. III. *Actor. Pacis Weſtphal.* praemiſſa.

Eiuſdem Librorum de re diplomatica Supplementum, in quo archetypa in his libris pro regulis propoſita, ipſaeque regulae denuo confirmantur, nouisque ſpeciminibus et argumentis allatis illuſtrantur. Pariſ. 1704. fol. reg. c. figg.

Nouveau Traité de Diplomatique, ou l'on examine les fondemens de ce art, on etablit des regles ſur le diſcernement des titres, & ou l'on expoſe hiſtoriquement les caracteres des Bulles Pontificales & des Diplomes données en chaque ſiécle avec des éclairciſſemens ſur un nombre conſiderable de points d'Hiſtoire, de Chronologie, de Critique, & de Diſcipline, & la refutation de diverſes accuſations intentées contre beaucoup d'Archives celebres & ſur tout celles des anciennes Egliſes. Par deux Religieux Benedictins de la Congregation de S. Maur. T. I. A Paris. 1750. T. II. ibidem.

Admodum Reuerendi auctores preſſo pede ſequuntur *Mabillonii* praecepta artis diplomaticae, et opus in nouem volumina, in forma, quae quatuor abſoluitur foliis, diſtribuerunt. Duo volumina, vt e Nouellis litterariis Lipſ. didici, iam lucem viderunt publicam. In ſic dictis *Zuverläſſigen Nachrichten* etc. Parte 150. p. 146. et P. 151. p. 542. exſtat Recenſio huius artis Diplomaticae.

Ioannis Petri *de Ludewig* Praefatio *de Vſu et praeſtantia Diplomatum et Diplomaticae artis.* Porro *de Bellis Diplomaticis* cum in Gallia excitatis, tum in Italia atque in ſupremis Germanici imperii tribunalibus, praemiſſa Tomo I. *Reliquiarum manuſcriptorum omnis aeui Diplomatum ac monumentorum ineditorum.* Lipſ. 1720. 8.

Monuit hic quaedam *Io. Bapt.* Sollerivs e Soc. Ieſu, in amica de Io. Pet. *de Ludewig* expoſtulatione ad Cl. Io. Frid. *Schannat.* Legitur haec epiſtola Tom. XIII. der Fränkiſchen Actorum eruditorum p. 37.

Sim

Sim. Frid. *Habnii* Praefatio de Inſtauratoribus artis Diplomaticae, quam praefixit Schediaſmati *de Diplomate fundationis Bergenſis ad Albim Coenobii.* Magdeb. 1710. 4.

Anon. auct. Ad Antiquitates Etruſcas obſeruationes. Amſtelodami. 1639. 12.

Leonis *Allatii* *) Animaduerſiones in Antiquitatum Etruſcarum fragmenta. Pariſiis. 1640. 4.

Hic primus artem diplomaticam excoluit, et *Curtii* INGHIRAMI *Antiquitatum Etruſcarum fragmenta.* Francof. 1637. cum multis figuris et ſigillis vetuſtioris aeui in folio edita, temere ficta monſtrat. De auctore confer B. G. STRVVII Diſſertationem *de Doctis impoſtoribus* §. XXXII.

*) Poſteaquam Heidelberga a Caeſareanis, Tillyo Duce, diriperetur, et in poteſtatem veniret Maximiliani Bauariae Ducis, is bibliothecam Heidelbergenſem donauit Gregorio XV. Pontifici, obtinendi electoratus cauſa. Miſſus ergo Anno 1662. ab eo fuit LEO ALLATIVS, vir in Graeca inprimis literatura pereruditus, vt ſelectos libros ex Heidelberga Romam aſportari curaret. Ad aduentum eius ergo ſingulos libros huius bibliothecae (quae ante bellum Germaniae tricennale ſumma floruit celebritate, et manuſcriptorum cum multitudine, tum bonitate omnem antea prouocauit Europam) ſibi porrigere iuſſit, et quos non acceptos haberet, abiecit. Interim tamen quoad potiorem ſui partem haec bibliotheca in Vaticanam delata fuit, et ducentos mulos libris onuſtos Romam deduci fecit, quorum quiſque laminam argenteam in fronte gerebat, cum inſcriptione: *Fero bibliothecam Palatinam.* Praecipuum huius bibliothecae ornamentum erat Codex Hebraeorum Bibliorum in membrana, maieſtate literarum ac vetuſtate ſcribendi venerabilis, quo vſi ſunt TREMELLIVS et IVNIVS in ſua translatione. Vid. LOHMEIERVS *de Bibliothecis* Cap. 10. p. 278 ſqq. Sic Ratisbonae in monaſterio S. Emeran aſſeruatur Nouum Teſtamentum literis aureis ſcriptum; pro quo egregio Codice Elector Bauariae Palatino olim integram vrbem Straubingen in commutationem obtulit, vti D. Frid. Schrader in Diario MSto a. 1674. memoriae prodidit. Item Erfurti in monaſterio Benedictino montis Petrini olim cuſtodiebatur Codex Bibliorum a Baſilio Valentino literis aureis ſcriptus, vt ex Annalibus MStis huius monaſterii patet; ſed tempore belli tricennalis a Dn. *de Erskein* hic Codex in Sueciam delatus, et Chriſtinae, Reginae oblatus; illa autem hoc cymelium Romam poſtea ſecum aſportauit. Plures eiuſmodi Codices literis aureis et argenteis ſcriptos, ſi hic locus eſſet, enumerare poſſem. Manuſcriptis interim libris ex Heidelberga Romam delatis certus locus deſtinatus fuit, a Bibliotheca Vaticana ſeparatus, cuius ante fores literis aureis tunc temporis ſequens inſcriptio poſita: *Libri haereticorum Palatinorum*, teſte Diario Schraderiano.

Sunt qui Leonem Allatium accuſant, ac ſi plures vendidiſſet libros Cardinalibus, vt eos ſibi conciliaret amicos. Accuſator fuit *Scioppius*, cui tamen in omnibus fides non eſt adhibenda. In eo tamen iam erat, vt Leo Allatius in cuſtodiam abduceretur, imo non multum aberat, quin non ſuſpenderetur. Videantur *Naudaeana* p. 2. Ita vero *Allatius* ſe defendit, vt Bibliothecae Pontificiae Vaticanae dein factus fuerit cuſtos. Scripſit *Allatius* librum, quem in forma, quae quatuor abſoluitur foliis, edidit, quo demonſtrare conatur: *Eccleſiam Romanam eſſe legitimam et Orientali correſpondentem*; atque in eo varia citat MSta ex Bibliotheca Palatina Romam delata. Equidem Elector Palatinus non ſemel operam dedit, vt bibliothecam ablatam recuperaret, et id propter *Ezech.* SPANHEMIVM Romam miſit; ſed ſemper fruſtra. Multis tamen precibus id effecit, vt vnicum tantum MStum librum, in quo auus eius domeſtica et concertationes, quas cum coniuge habuerat, propria manu ſcripſerat, impetraret. Sed haec occaſione *Leonis Allatii.*

Diffeſa dell' Alphabeto degli antichi Toſcani, publicato nel 1737. dall'auctore del muſeo Etruſco, diſapprovato dall' illuſtriſſimo Sig. Marcheſe *Scipione* MAFFEI, nel T. V. delle ſue Oſſervazioni letterarie, date in luce in Verona, con tavole e figure da Dn. *Gori* in 12. P. I. et II.

Gabr. *Naudaei* Inſtauratio tabularii maioris templi Reatini A. 1638. iuſſu Io. Frid. *a Balneo.* Romae. 1640. 4.

Claudii *Salmaſii* *) Epiſtola ad Serrauium de Notis antiquitatis in MStis Codicibus.

Hanc epiſtolam integram adducit Dan. Ge. *Morhoſius* in Polyhiſtore Liter. Lib. I. Cap. VII. n. 9 ſqq.

Burcard

*) SALMASIVS Criticus inſignis. Cardinalis RICHELIVS tres tantum dum viueret ſeculi ſui ſumma eruditione excellentes viros, nimirum SALMASIVM, GROTIVM, et BIGNONIVM magnifecit. Vid. *Antonii* CLEMENTII *de Laudibus et vita Salmaſii Prolegomena*, quae praemiſit Epiſtolis. Lugd. Bat. 1656. 4. Gauiſus eſt memoria prorſus ſtupenda, adeo vt pares illi hac in parte vel in vniverſo orbe pauciſſimi, ſuperiores nulli. Nulla pene erant nomina propria virorum, regionum, vrbium, montium etc. quae ſi ſemel legiſſet, non poſſet continuo reuocare in memoriam, vide dicta *Prolegomena* p. LV ſq. praeterea libros in ſcriptis ſuis ex memoria citauit, et interdum caput, et paginam. Quare autem Salmaſius tot commiſerit errores, et vitia, nemo ſcit, niſi ex Hiſtoria literaria cauſam norit: Quod ſcilicet ſcripta ſua nunquam relegerit, ſed vti in chartam conceperit, ita miſerit in typographiam. MORHOFIVS in *Polyhiſtore Lib. I. Cap. 24. n. 14.* haec ita prodit: *Vt enim*, inquit, *extemporalis fuit in omni lectione ſua, omniaque prout ſemel conceperat, in typographiam miſerat, ita vix credibile eſt, Epiſtolas illam deſcripſiſſe* etc. *Ezech.* SPANHEMIVS de Salmaſio ſequens tulit iudicium, quod FELLER in *Miſcell. Leibnit.* p. 100. refert: „Je me ſouviens cependant qu'il touchoit en paſſant quelque demele, qu'il y eut entre le dit Saumaiſe & ſeu mon Pere, mais dont le prémier avoit ſans doute tout le tort, qu'il reconnut luy-même avant le decés de mon Pere, & depuis, & qui n'eut pas d'autre ſuite. Auſſi *je l'ay toujours regardé comme le Heros de notre ſiécle en erudition, non comme celuy qui a le mieux ecrit, mais qui ſavoit le plus.* „ Equidem eruditorum facile princeps extitit; vxori tamen imperioſae, Ioſiae Merceri filiae nimium obnoxius fuit. Huius rei documentum affert *Petrus Daniel* HVETIVS in Commentario de ſua ipſius vita. Amſtel 1718. in 12. vbi p. 126. *Poſtquam Salmaſius*, inquit, *ſuſcepit iter Suecicum, et quum Salmaſii aetas et vitae inſtitutum poſtularent modeſtum et ſimplicem veſtitum: huiusmodi habitum vxor eius tanquam ignobilem et plebeium auerſa, eum militari veſtitu ornatum in aulam prodire voluit, thorace indutum e bubuli corio, manicis, braccis e panno coccineo, geſtantem capite peluſum cinerii coloris penna candida protectum, atque ita exornatum ſe produci paſſus eſt in publicum.* Quemadmodum autem Critici plerumque inuidi et ambitioſi eſſe ſolent; hinc factum eſt, quod Salmaſius ante mortem vxorem iuramento adſtringeret, vt certa MSta concremaret. Sic *Ioſephus* SCALIGER MSta ſua Vulcano tradidit: *Caſp.* BARTHIVS vero, qui in plurimis moroſus, quaedam de ſuis MStis in aquam coniecit. Cl. SALMASII Notae, quas in *nouum Foedus* conſcripſerat, quoque interciderunt. Qua de re vide C. S. SCHVRZFLEISCHIUM in *Epiſt. arcanis* p. 520. De caetero Salmaſius parem ſibi neminem eſſe voluit, etenim cum aliquando Bibliothecam Regiam Pariſiis frequentaret, et ſimul Dn. MAVSSAC et Dn. GAVLMIN adeſſent, hic autem oratione explicaret, ſed nonnihil ferocius, ſe credere, quod omnium rerum ſcientiam aſſecuti eſſent: Salmaſius per contemtum reſpondit, quod ſolus omnibus totius Europae eruditis antecelleret, et ſibi nemo ſit anteferendus. PATIN *Epiſt.* 2. de Salmaſio refert, quod vel ampliſſimi ſtipendii

ſpe

Burcard Gotthelff *Struuii* Diſſ. de Criteriis manuſcriptorum.

Inſerta eſt haec Diſſertatio *Collectaneis manuſcriptorum Struuianis* Faſciculo I. atque recudi feci T. II. *Clauis dipl.*

Gottfried *von Beſſel*, Abbatis Gotwic. Chronicon Gotwicenſe, ſeu Annales liberi et exempti monaſterii Gotwicenſis, ordinis S. Benedicti, inferioris Auſtriae etc. Typis monaſterii Tegernſeenſis, 1732. fol. reg. c. figg. Tomi prodromi pars prima et ſecunda, in quibus:

De Codicibus antiquis manuſcriptis.
De Imperatorum ac Regum Germaniae diplomatibus.
De eorum palatiis, villis, et curtibus regiis.
Atque de Germaniae mediae pagis.

In hoc eximio ac ſplendido opere potiſſimum de Diplom. Germanorum Regum ſolide agitur, cuius continuatio anxie deſideratur.

Io. Guil. *Berger* de Autographis veterum. Vitemb. 1723. 4.

Io. Frid. *Ghulingius* de Apographis veterum. Vitemb. 1723. 4.

Io. Ern. *Floercke* Commentatio de Exemplis, vulgo Copiis. Altorf. 1683.

Ioach. Andr. *Heluigius* de Vſu et abuſu diplomatum. Gryphiswaldiae. 1736. 4.

Hanc Diſquiſitionem praemiſit Diſſ. inaugurali *de Amiſſione inſtrumentorum.*

Ioh. Gottl. *Krauſii* Progr. de Vſu diplomatum Conradi I. Germaniae regis. Vitemb. 1732. 4.

Hoc Programma ob raritatem P. II. Clauis dipl. n. V. recudi feci.

Bernardi de *Montfaucon* Palaeographia Graeca, ſiue de ortu et progreſſu litterarum Graecarum, et de variis omnium ſaeculorum ſcriptionis Graecae gene-

ſpe adduci non potuerit, vt Richelii hiſtoriam ſcriberet. Confer et MORHOF. T. I. Lib. I. Cap. XV. §. 18. Atque cum Salmaſio negotium daretur ſcribere panegyricum in Mauritium Naſſouium, tum ille renuit, dicens, ſcribat ille, qui ſcripſit laudem fratris ſui ſc. A. . . . vt *Dan.* HEINSIVS literis mandauit; vt adeo ex faſtu interdum minus recte iudicauerit. Cl. Salmaſii vitam ſumme Reuer. D. *Sigism. Iac.* BAVMGARTEN adiunxit *dem 2ten Theil Io. Peter* NICERONS *Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten* p. 381 ſqq. Salmaſii ſymbolum quidam dicunt fuiſſe: *Quantum eſt quod ſcimus!* et BOXHORNII, viri omni eruditione inſtructiſſimi: *Quantum eſt quod ſcitur!* quem aliquando in angiportu deambulantem adorti adoleſcentes Germani, tune, inquientes, homo impure, ſcribere auſus es aduerſus Salmaſium? correptumque in profluentem canalis aquam deiicere conati ſunt Vid. *Ant.* MVSAE *Singularia de viris eruditione florentibus* p. 24 *Dan.* HEINSII vero ſymbolum fuit: *Quantum eſt quod neſcimus!* *Georg.* WEISS expoſuit *Manipulum ſymbolorum, quibus viri clariſſimi vſi ſunt.* Ienae. *Scripſit et de Symbolis Diſſ. *Elias* GEISLER Lipſ. 1674. Atque haec ſingularia occaſione Salmaſii.

generibus, et de notis variarum artium ac diſciplinarum, additis figuris et ſchematibus ad fidem manuſcriptorum Codicum. Pariſiis. 1708. c. figg. f.

Cl. Bernardus recenſuit hoc inſigne opus in ephemeride literario: Nouvelles de la Republique des Lettres a. 1708. menſibus Octobr. et Nouembr. Delineationem operis Montefalconii quoque exhibuit *Io. Burch.* MENCKENIVS a. 1707. quae recuſa in *Diſſertationibus literariis* ex edit. Cl. Dn. *Fr. Ott.* MENCKENII, Fil. Lipſ. 1734. in 8. Diſſ. IV. p. 31-41. Vide etiam quae ſumme Reuer. D. G. W. GOETTEN im *Gelehrten Europa* T. III. in vita Montefalconii p. 48 ſeq. annotauit. *Dan.* MAICHEL de Bibliothecis Pariſ. recenſet p. 243 ſq. Montfauconii libros editos.

Traité des Inſcriptions en faux & reconnoiſſances d'Eſcriture & Signatures par Comparaiſon & autrement par Iacques *Ravenau.* A Paris. 1666. 12.

CAPVT II.

SCRIPTORES DE MATERIA ET FORMA DIPLOMATVM EXTERNA;

NIMIRVM

DE CHARTA, PERGAMENO, LINGVA, LITERIS, ABBREVIATIONIBVS, DEQVE ATRAMENTO.

Herm. *Hugo* de Prima ſcribendi origine et vniuerſae rei literariae antiquitate. Antuerpiae. 1617. et 1630, item cura C. H. *Trotz.* Traiecti. 1738. editio auctior in 8.

Balth. Frid. *Saltzmanni* Diſſert. de Varietate antiquae ſcriptionis. Lipſ. 1666. 4.

Petri *Holmii* Diſquiſitio de Scriptura et variis rationibus ſiue ad dextram, ſiue ad ſiniſtram, ſiue deſuper, vel quocumque alio modo ſcribendi. Lundi Scand. 1670. 8.

Recuſa eſt haec diſquiſitio in Analectis Philologicis Thomae *Crenii*, ſeu vt verum eius nomen Thomae Theodori *Cruſii.* Lugd. Bat. 1699. 8. interdum nominavit ſe *Dorotheum Sicurum* per anagramma. Crenius ſub nomine *Cruſii* Cellis in ſuburbio auf der Blumen-Lage dicto, Paſtor conſtitutus, paucis annis interiectis clam ſe hinc ſurripuit, ac vxorem D. *Hildebrandi* filiam cum duabus filiabus dereliquit, quarum vna poſtea nupta eſt Dn. Paſtori *Hake* in Oſſendorp prope Helmſtadium. Patria Crenius fuit Stendalio-Marchicus. Vide SCHVLZIVM de claris Marchicis. Vltimo vixit Leydae tanquam priuatus. Seuerinus *de Clamoribus*,

bus, ſub quo nomine latet Dn. *de Plarre*, ſcripſit Epiſtolam ad amicum de Vita, ſtudiis et moribus Thomae Crenii in 4. Fuit ille Philologus admodum ambitioſus, et ex ſui animi ſententia Coryphaeus eruditorum, ſed thraſoniſta.

Melchioris *Guilandini* Papyrus, hoc eſt Commentarius in tria C. Plinii maioris de papyro capita. Acceſſit Hieronymi *Mercurialis* Repugnantia, qua pro Galeno ſtrenue pugnatur. Item Melch. *Guilandini* Aſſertio ſententiae in Galenum a ſe pronunciatae. Venetiis 1572. 4. item Madrit. 1667.

Ita ſe habet titulus huius libri oppido rari, qui in bibliotheca Regia ac Electorali Hanouerae aſſeruatur, habetque paginas 280. In membro XXVII. p. 225. auctor dicit, quod ſex integros menſes huic libro impenderit. Melchior Guilandinus Regiomonto-Boruſſus olim Patauii Medicinae Profeſſor, ſcripſit hunc doctum ac laborioſum tractatum contra Strabonem ac Plinium. Memoratu digna ſunt quae *Iſaacus* CASAVBONVS in *Epiſtolis*, Hagae Comitis 1638. 4. de Guilandino eiusque libro Epiſtola CCLXIII. p. 308. Thuano retulit. „Notis in Plinium, inquit, „praebuit occaſionem Melchioris Guilandini verboſiſſimus in capita de papyro „Commentarius. Hic Guilandinus me adoleſcente in magna fuit apud pleroſque „literatorum exquiſitae cuiuſdam doctrinae opinione et fama: idque vel eo maxime, quod per Aegyptum et Aſiam dicebatur peregrinatus - - et p. 309. Longe „alius vir fuit Guilandinus; qui praeter medicae artis et praeſertim botanicae peritiam non vulgarem, ne meliorum quidem literarum notitia caruit. Iccirco, „vbi primum prodiit illius in locum Plinii de papyro, planta Aegyptiaca, Commentarius; ea ſecuta eſt doctorum approbatio, vt celebris nominis vir Dalecampius, in eundem locum Plinii poſtea ſcribens, Guilandinum, propter iſtud ſcriptum maxime, mira laudatione afficeret: alii vero qui de charta et toto illo argumento ſcripſerunt, id demum apud Plinium probarent, quod Melchiori eſſet „probatum. Adeo ſit ſaepe in literis, vt pro aureis vulgo habeantur, quae χολοβάφικα „tantum ſunt et felle lita. Nam ſerio docti & iudicio inſtructi ecquod reconditae eruditionis indicium in tam prolixo Commentario potuerint deprehendere - - - Merito „igitur Ioſepho Scaligero doluit, Guilandinum, qui tam male Plinium acceperat, tanto „cum applauſu paſſim ab omnibus accipi. Atque hoc ſuum iudicium iam olim ſcribens „in Feſtum, quum paucis verbis indicaſſet; vt rationes quibus mouebatur, ſcripto breui „complecteretur" et reliqua. De caetero Claudius *Puteanus* contra Guilandinum ſcripſit diſputationem. Indicia et elogia doctorum virorum de Guilandino congeſſit *Thomas* POPE-BLOVNT in *Cenſura celebriorum auctorum* p. 797 ſqq.

M. Chriſtiani *Lindneri* Diſſ. de Charta. Lipſ. 1647.

Suen *Bring* Diſſertatio Hiſtorica de Chartis, cuius pars prior Londini Gothorum 1746. Pars poſterior ibidem 1748. prodiit. 4.

C. V. *Grupen* in Obſeruationibus I. de forma conficiendi acta apud Romanos, II. de forma teſtamentorum iudicialium et priuatorum inſcriptis. Hanouerae. 1753. 4. egregia obſeruat de chartis et membranis volubilibus p. 168 ſqq.

Confer hic etiam Chriſtian. *Salbach* in Diſſ. de libris veterum. Gryphiswald. 1705. 4. §. 20 ſq. item

Ioh. Conr. *Schwartz* : Diſſ. de Ornamentis Codicum veterum. Altorfi. 1710. 4. §. 8.

Cl. *Salmaſium* ad Solinum, Cap. 33. p. 379.

Ioh. Pet. *de Ludewig* in denen *Gelehrten Halliſchen Anzeigen* handelt von Haderlumpen-Papier T. II. p. 55. 56. ac contendit, diplomata exſtare in hanc chartam ſcripta.

Eduardi *Bernardi* Literatura, charta magna patente vulgata. Oxoniae. 1689.

Claudii *Molineti* ſeu *du Molinet* Hiſtoria literarum Romanarum. Pariſiis. 1684. Gall.

Iac. *Burckhard* de Linguae Latinae in Germania per XVII. ſaecula amplius fatis. Hanouerae. 1718. 8.

Claudii *Dauſquii* liber de Antiqui nouique Latii orthographia *). Tornaci. 1632. Pariſ. 1677. inſertus etiam eſt *Theſauro Graeuiano.*

Naturae et ſcripturae concordia. Commentatio de Literis ac nummis primaeuis, aliiſque memorabilibus cum ortu literarum coniunctis, tabulis aeneis illuſtrata. Lipſiae et Hauniae. 1752. 4.

Cl. auctor huius ſcripti ſatis curioſi eſt Dn. WACHTER, *Gloſſarii Germanici* auctor, vt doctus quidam vir me certiorem reddidit, vbi *de Antiquiſſimis ſcribendi modis*, item *de literarum inuentione* etiam egit. Sic *Franc. Mercurius van* HELMONT filius *Io. Bapt. van* HELMONT, mirus iſte paradoxorum faber, vti *Olaus* WORMIVS apud *Bartholinum* Cent. I. Epiſt. 79. p. 331. eum vocat, edidit libellum, cui titulus: *Alphabeti vere naturalis Hebraici breuiſſima delineatio*, quae ſimul methodum ſuppeditat, iuxta quam qui ſurdi nati ſunt, ſic informari poſſunt, vt non alios ſaltem loquentes intelligant, ſed et ipſi ad ſermonis vſum veniant, in lucem edita Sulzbaci 1657. in 12mo. c. figg. Germanica huius libri verſio prodiit ſub tit. Kurzer Entwurf des eigentlichen Natur-Alphabets der heiligen Sprache ꝛc. ibid. 1667. Simile quid tentauit M. Georg *Raphael*, Paſtor Luneburgi ad aedes St. Nicolai, poſtea Superintendens Luneburg. in libro, quem ſequenti titulo edidit: Die Kunſt Taube und Stumme reden zu lehren, an dem Exempel ſeiner eigenen Tochter gezeiget. Luneb. 1718. 8.

Ioh. Ludolphi *Waltheri* Lexicon diplomaticum, Abbreuiaturas ſyllabarum et vocum in diplomatibus et codicibus a Seculo VIII. ad XVI. vſque occurrentes

*) QVINTILIANVS Lib. I. Inſtitut. Orat. c. 7. Orthographia, inquit, quoque conſuetudini ſeruit, ideoque ſaepe mutata eſt.

rentes exponens, iunctis Alphabetis et ſcripturae ſpeciminibus integris, cum Praefatione Io.-Henr. *Iungii.* Gottingae. 1747 ſq. editio ſecunda 1751. f. r.

Splendidum hoc ac pretioſum opus Cl. auctor, S. R. Maieſt. M. Britann. in Archiuo Electorali quondam a Secretis, quique anno 1752. d. 21. Martii rebus humanis valedixit, in aes incidi curauit, habetque CCXXV. Tabulas aeneas, et in tres partes diſtinctum eſt. In erudita Praefatione Cl. IVNGII primo agitur de Notis, figuris et figlis veterum Graecorum ac Romanorum; deinde exacta notitia ipſius operis ſubiungitur. Recenſionem eius vide in Nouellis litterariis Gottingenſ. a. 1747. p. 770-772. Enim vero Specimen huius operis inſignis, quod Gottingae MDCCXLV. apud Io. Pet. et Io. Wilh. Schmidios fratres prodiit, in titulo prae ſe fert: Cum Praefatione IO. DAVIDIS KOELERI in Georgia Auguſta Hiſtoriarum Profeſſoris. Cur autem Cel. KOELERVS huic labori poſtea ſe ſubtraxerit, me latet, qui caeteroquin de inſigni huius Lexici praeſtantia et vtilitate etiam plura dixiſſet. Inde vero factum puto, quod quidam Scriptores Cel. Dn. KOELERVM pro editore habuerint: ita in hunc errorem ductus Cl. I. M. FRANCKIVS auctor Catalogi Bibliothecae Bünauianae P. III. p. 1890. Eundem errorem commiſit D. *Io. Frid.* IOACHIM in *der Einleitung zur Teutſchen Diplomatick* p. 13. ſeu Germanica Introductione in rem Diplom. infra excitanda, aperto indicio, illos auctores aut WALTHERI Lexicon Diplomaticum non inſpexiſſe, nam Dn. IVNGII nomen ſtatim in fronte Praefationis apparet, aut a bibliopola titulum operis commutatum fuiſſe. Interim non vnius hominis labor eſt, omnes Abbreuiationes enodare, ſufficit ad exemplum Mabillonii potiores indicaſſe, potiſſimum ſi experientia rerum magiſtra accedit. Alphabeta autem ex monumentis vetuſtis exquirere multum habet vtilitatis, nam probe cognitis ac intellectis literis, etiam de genuina lectione certi eſſe poſſumus, quam et contextus non raro ſuppeditat.

Io. Frid. *Schannats* Vindiciae quorundam Archiui Fuldenſis diplomatum ab Eccardo perperam impugnatorum. Francof. ad Moen. 1728. f.

Io. Iac. *Scheuchzeri* et Ioh. *Lochmanni* Alphabeta ex diplomatibus et codicibus Thuricenſibus. Tiguri. 1730. f.

Iacobi *Anderſonii* Selectus Diplomatum et numiſmatum Scotiae theſaurus etc. inferius ſub Tit. *Scriptores rer. Scoticar. dipl.* plenius excitanda. Exhibentur hic praeter diplomata et ſigilla in aes inciſa, item Characteres et Abbreuiaturae in antiquis Codicibus MSS. inſtrumentisque vſitatae, prodiit Edimburgi 1738. f.

Huc etiam faciunt: Alphabeta varia, item Compendia ſcribendi medii aeui etc. quae in *Claui diplomatica* exhibui.

D. P. *Carpentier* Alphabetum Tironianum, ſeu Notae Tironis explicandi methodus; cum pluribus Ludouici Pii chartis, quae notis iiſdem exaratae ſunt, et hactenus ineditae ad hiſtoriam et iuriſdictionem cum eccleſiaſticam tum ciuilem pertinentibus. Lutet. Pariſ. 1747. med. fol.

Eduardi *Corſini* Notae Graecorum, ſiue vocum et numerorum Compendia, quae in aereis, atque marmoreis Graecorum tabulis obſeruantur, quas recenſuit, explicauit, eaſdemque illuſtrauit. Accedunt Diſſertationes ſex, quibus marmora quondam tum ſacra tum profana exponuntur, ac emendantur. Florentiae. 1749. f.

Petri Mariae *Canepani* liber de Atramentis et vitriolis, in quo cap. 3. p. 226 ſeq. egit de atramento ſcriptorio, quem citat Dn. Abbas Gotwicenſis in Chronico.

Io. Iac. *Quandt* de Atramento Hebraeorum. Regiomonti. 1713. 4.

CAPVT III.

SCRIPTORES DE BELLIS DIPLOMATICIS

QVI IN GENERE EGERVNT.

[Caſpar *Beretti*] Iſtoria della guerra Diplomatica. Mediolani. 1729. 4.

In hoc libro auctor laudati *Ludewigii* Narrationem de Bellis diplomaticis, quam Cap. I. excitaui, auctiorem in lingua Italica recudi fecit.

Eiuſd. in Diſſertationem medii aeui Cenſurae III. Viterbienſis, Veneta et Brixiana, cum Reſponſis III. pro anonymo Mediolanenſi: Belli diplomatici hiſtoria praemiſſa paruaque mantiſſa emendationum ac additionum ad calcem ſubiecta. Mediolani. 1729. 4.

Recenſitus eſt hic liber a Dno. *de Meiern* loco mox citando. Lingua autem Italica iam 1728. Mediolani editus eſt ſub Tit.

Difeſa di tre documenti antichi dell'Archivio del Real Monaſterio di ſanta Giulia di Breſcia accuſati di falſo dall'Anonimo Milaneſe nella ſua diſſertatione corografica de Italia medii aeui inſerta nel X. Tomo degli Scrittori dell' Italiene coſe etc.

Io. Gottfried *von Meiern* Beſchreibung des im vorigen Seculo angegangenen, und bis auf unſere Zeiten fortgewährten Diplomatiſchen Krieges.

Bellum diplomaticum auctor in genere perſecutus eſt in pereruditа praefatione Tomo III. *Actorum Pacis Weſtphalicae publicorum* praemiſſa; ſiue in dem *Vorbericht des Dritten Theils der Weſtphäliſchen Friedenshandlungen und Geſchichte.* Hannover. 1735. f. De vſu autem et praeſtantia Actorum Pacis Weſtphalicae edidit Diſſertationem Erh. *Reuſch*, Prof. olim Helmſtadii Eloq. cum breui explicatione Art. V. Sect. VI. tranſactionis Oſnabrugenſis ex actis ſpeciminis loco repetita. Helmſt. 1736. 4.

Dan.

Dan. *Papebrochii* Epiſtola ad Mabillonium, quam lecto eius libro de re diplomatica ſcripſit, in qua *ignoſcendi poſtulatio* continetur. Exhibetur illa in *Supplementis* p. 5. 6.

Ioſephi *Perez*, ſeu *Pereſii* Diſſertationes eccleſiaſticae. Salmanticae. 1688. 4.

Scripſit Pereſius Benedictinus et Prof. Theol. Salamancae haſce diſſertationes contra Papebrochium, ac in eis etiam quaedam ad rem diplomaticam tangit. Vide BAYLE *Dictionnaire Hiſtorique & Critique* p. m. 2233. vbi ait: „Il publia des „diſſertations Eccleſiaſtiques l'an 1688, ou il refuta certaines choſes que le Pere „Papebroch avoit avancées dans les Prolegomenes de ſon mois d'Avril: il le trou„va trop rigide a l'egard des Actes de ſaint Eleuthere;" mais il avova qu'on faiſoit bien de retrancher pluſieurs Ecrits Apocryphes qui ont couru touchant les Saints. Interim LVDEWIGIVS in Praefat. ad *Reliq. MSS.* p. 30. *Ioſ. Pereſius Benedictinus*, inquit, *filum texit ad rei dipl. firmandam fidem, nam in eius diſſertationibus pleraque ad rem diplomaticam ſpectantia accurate diſputantur* etc.

Bartholomaei *Germonii* Diſceptatio de veteribus regum Francorum diplomatibus, et arte ſecernendi antiqua diplomata vera a falſis ad R. P. Io. Mabillonium. Pariſ. 1703. 12.

Eiuſd. Diſceptatio II. de veteribus regum Francorum diplomatibus etc. ad eundem. Ibid. 1706. 12.

Eiuſdem de veteribus Regum Francorum diplomatibus et arte ſecernendi antiqua diplomata vera a falſis diſceptationes aduerſus Theodori *Ruinarti* et Iuſti *Fontanini* Vindicias, atque epiſtolas Dominici *Lazzarini*, et M. Ant. *Gatti*. Pariſiis. 1704. 12.

In hiſce diſceptationibus auctor negauit, Diplomata, quibus Mabillonius totum fere rei Diplomaticae ſyſtema ſuperſtruxerat, eſſe genuina.

Iuſti *Fontanini* Vindiciae antiquorum diplomatum aduerſus Bartholomaei *Germonii* diſceptationem de veteribus Regum Francorum diplomatibus, et arte ſecernendi antiqua diplomata vera a falſis, cum Praefat. ad Pontif. Clementem XI. Romae. 1705. 4.

In hoc libro multam eruditionem veterumque Diplomatum notitiam prodidit auctor.

Theodori *Ruinarti* Eccleſia Pariſienſis vindicata aduerſus R. P. Barthol. *Germon.* duas diſceptationes. Pariſiis. 1706. 12.

Dominici *Lazzarini* ex Nobilibus *de Murro* Epiſtola ad amicum Pariſienſem pro vindiciis antiquorum diplomatum Iuſti Fontanini. Romae. 1706.

Haec Epiſtola contra ſtricturas Diarii Triuoltienſis ſcripta eſt, quam Iac. *Bernardus* Nouis Reip. literariae menſ. Iul. 1707. p. 220 inſeri curauit, quam et Germon ipſe exhibet p. 383 ſqq.

M. Antonii *Gatti* Epiſtola ad Iacobum Bernardum pro vindiciis antiquorum diplomatum Iuſti Fontanini. Amſtelodami. 1707.

François *de Camps* Reflexions critiques ſur le livre du Pere Germon contre la diplomatique du Pere Mabillon MSS. in Bibliotheca auctoris *le Long*, n. 12399.

Dom. *Lazzarini* ex Nobilibus *de Murro* Epiſtola contra Germonii Tractatum de veteribus Regum Francorum diplom. etc. inſerta 1707 Nouis Litter. Germ. menſ. Octobr. p. 337.

Eiuſd. Defenſio in P. Bartholom. Germonium edita ſtudio Caietani *Lombardi*. Venet. 1708. 8.

Eiuſdem Latinae aliquot epiſtolae neque omnes antehac in lucem editae, quae ad vetuſta tuenda diplomata, virorumque clariſſimorum fidem atque doctrinam a quorundam accuſationibus vindicandam pertinent.

Eiuſd. Defenſio contra Germonium. Addita eſt clariſſ. Mabillonii ad Lazzarinum epiſtola. Romae. 1744. 4.

Scipionis *Marantae* Meſſanenſis Expoſtulatio in Bartholomaeum Germonium pro antiquis Diplomatibus et Codicibus MSS. Meſſanae. 1708. 8.

Petri *Couſtant* Vindiciae MSS. Codd. a R. P. Bartholomaeo Germon impugnatorum, cum appendice, in qua S. Hilarii quidam loci ab anonymo obſcurati, et deprauati illuſtrantur et explicantur. Pariſ. 1707.

Hiſtoire des Conteſtations ſur la diplomatique avec l'analyſe de cet ouvrage compoſé par le R. P. Jean *Mabillon*. A Paris. 1708. 12.

Hic liber non ita pridem recuſus eſt, Ludov. *Raguet* partes Germonii tuetur.

P. Bartholom. *Germon* de Veteribus haereticis Eccleſ. Codicum corruptoribus. Pariſ. 1713.

P. *Couſtant* Vindiciae veterum Codicum confirmatae. 1715.

Ant. *Gallonii* Apologeticus liber pro aſſertis in annalibus Eccleſiaſticis de monachatu Gregorii Papae aduerſus D. Conſtantinum Bellotum, monachum Caſſinatum. Romae. 1604.

In hoc libro auctor demonſtrat, quod monachi Benedictini ſigillatim in monte Caſſinenſi falſis diplomatibus abundent, recenſionem vide apud *Rich.* SIMONIUM T. III. *Epiſt. ſelect.* p. 63.

Ludo-

Ludouici Anton. *Muratorii* de Diplomatibus et Chartis antiquis dubiis aut falſis Diſſertatio.

Exſtat T. III. *Antiquit. Italicarum* Diſſ. 34. p. 1 ſq.

Burcard Gotthelf *Struuii* Commentarius de Dagoberte Rege.

Exhibetur ille in Collectaneis Manuſcriptorum Struuianis Faſcic. I.

Godefridi *Henſchenii* Diatribe de tribus Dagobertis. Antwerpiae. 1655. 4.

In hac Diatriba Henſchenius tabularium San-Dionyſianum cum eoque inferioris aetatis monumenta alia ſubleſtae fidei incuſauit, vide LVDEWIGII Praefat. loco ſupra citato p. 26.

Eiuſd. Commentarius praeuius ad vitam S. Sigeberti, Regis Francorum Auſtraſiorum, qui inſertus eſt *Actis SS. T. I. menſis Febr.* p. 206-227. vbi ea, quae olim aduerſus diplomata ſcripſerat, porro defendit.

Georgii *Hickeſii* Inſtitutiones Grammaticae Anglo-Saxonicae et Moeſo-Gothicae. Oxon. 1689. 4.

Eiuſdem Linguarum veterum Septentrionalium Theſaurus Grammatico-Criticus, et archaeologicus. Oxoniae. 1703. 1705. f.

In Praefatione auctor ſub cenſuram et examen vocauit regulas Mabillonianas; ſed ad obiectiones Hickeſianas in Praefatione nouae editionis de re diplomatica RVINARTVS reſpondit. Interim *Godefr. Guil.* LEIBNITII iudicium de *Hickeſii* Theſauro linguar. Septentr. vide in *Supplem. Actor. Eruditor.* Lipſ. 1706.

Eliſabeth *Elſtob* The Rudiments of Grammar for the English Saxon Tongue, i. e. Rudimenta Grammatices linguae Anglo-Saxonicae; vna cum *Apologia ſtudii Antiquitatum Septentrionalium pro Hickeſio ſcripta.* Londini. 1715. 4.

Io. Guil. *Hoffmanni* Programma de Lubrico artis diplomaticae. Witteb. 1737. 4.

B. auctor hic argumentis *Germonii* vſus eſt, quae tamen denuo reprimere conatus eſt R. P. *Grebner.*

R. P. Leonardi *Grebneri* Diſſ. Reſp. Dn. *Overkam*, de ſincera ac ſecura artis praecipue diplomaticae, ac ſuo modo ſigillariae ac numiſmaticae criſi; itemque momentoſa quorundam Imperatorum aut potius Regum Germanicorum puta Chuonradi primi et Henrici Aucupis cura ac re diplomatica. Bambergae. 1742. 4.

Cap. 1. p. 5. agit auctor *de non lubrico artis diplomaticae.*

Iohan-

Iohannis *Harduini* *) Chronologiae ex numis antiquis reſtitutae Proluſio de numis Herodiadum. Pariſiis. 1693. 4.

Exſtat et inter opera ſelecta Amſtelod. 1709. f. p. 328-355.

Eiuſd.

*) *Io.* HARDVINVS e Soc. Ieſu Statura fuit humili, et exiguo corpore, vt quondam Helmſtadii ex ore celeberr. G. S. TREVERI Politices Prof. etc. ſtudiorum meorum rectoris, poſt fata colendi, percepi, qui eum in itineribus ſuis Pariſiis conuenit; vbi Societatis ſuae, nimirum Collegii Ludouiciani Bibliothecarius fuit, animo triſtis, plerumque tuſſi laborauit, lectionis vero multae, et ſcientiae ſingularis. Suſpicari quis poterit illum ex ingenio Societatis ſuae plus quam vitio proprio gloriae nimis auidum fuiſſe. Vnde enim niſi ex eo fonte paradoxae eius opiniones ducent originem? Syſtema namque ſuum de falſitate manuſcriptorum ex Politicis magis quam Hiſtoricis rationibus enatum, et quidem, vt docti quidam viri iudicarunt, ex odio in RR. PP. Benedictinos, potiſſimum ex congregatione S. Mauri, in quorum Bibliotheca ſat amplus Codicum Manuſcriptorum numerus adparet, vide *Dan.* MAICHELII *Introductionem ad Hiſt. Liter. de praecipuis Bibliothecis Pariſienſibus*, C. III. p. 62 et 64. vt ſcilicet aegre eis faceret, et eo magis fidem Diplomatum, Martyrologiorum ac Codicum MStorum dubiam redderet. Fingit namque Harduinus Sec. XIII. exſtitiſſe Societatem falſariorum, atque huius ſocietatis membra MSta compoſuiſſe quamplurima. Huius Societatis Directorem conſtituit Archontium quendam. Sed in Sec. XIII. literae iacebant quaſi ſepultae, atque ne lumen quidem ſapientiae ac eruditionis emicabat. Confer pluribus Dn. *de la* CROZE locis ſupracitatis. *Io. Burch.* MENCKENIVS in Diſſ. *de Charlataneria Eruditorum*, Lipſ. 1715. 8. Harduinum retulit ad eorum claſſem, qui magna verborum pompa ſuam ipſi eruditionem extollunt, et eleganter hanc in rem ita fatur. *Neſcio*, inquit l. c. p. 33 ſq. edit. primae, *num referri etiam debeat e Soc. Ieſu* IOHANNES HARDVINVS, *eruditae Galliae lumen hodie ac decus praecipuum. Is vt multa hactenus edidit ſcripta cedro digniſſima, Plinium inprimis, quo vno labore nominis immortalitatem conſecutus eſt apud omnes, aliquid tamen paradoxi, dubium an animi gratia, an vt ordini ſuo, quod Crozius aliique ſuboluiſſe ſibi viſi ſunt, velificaret, obtrudere eruditis voluit, iſtud nimirum quod plerique Scriptores, Graeci pariter ac Romani, atque adeo Patres quoque ipſi, ab otioſis hominibus et neſcio qua falſariorum coniurata ſocietate fuerint ſubornati. At cum id ſparſim tantum et leuiter ſcriptis ſuis inſinuauerit quaeſitumque nuper admodum ab illo fuiſſet, vt ſyſtema quoddam hypotheſium ſuarum proderet, latiusque paulo deduceret, quae hactenus leui modo brachio attigiſſet reſpondiſſe fertur, ſe ſpiſſo quodam volumine collegiſſe omnia, de quo ſibi tantum ac ſupremo Numini conſtet, ceterum nihil eius rei quoad vixerit, proditurum* etc. nimirum his verbis Harduinum reſpondiſſe: *On le trouvera apres ma mort ſur un papier grand comme la main, & il n'y a que Dieu & moy, qui le ſavent.* De antiquitate autem Manuſcriptorum Harduinus iniquiſſime ſenſit ac iudicauit, quod etiam memoriae prodidit Cl. MAICHELIVS Cap. II. l. c. p. 56. vbi: „ex iſto [HARDVINO] enim, inquit, cum Lu„tetiae agerem, coram hoc Paradoxum, quod et „ſcriptis publicis profiteri non erubuit, me au„dire memini, *hodiernos eruditos valde credu„los eſſe; cum pleraque omnia conficta ſint;* „conſtat etiam, ipſum non niſi tres potiſſimum „libros, nempe *Bucolica Virgilii, Ciceronis Epi„ſtolas ad Familiares*, et ſuum denique *Plinium*, „pro ſcriptis authenticis habere. At vbi ma„nent, quaeſo, Biblia Sacra, quibus nullum pre„tioſius Chriſtianis eſt concreditum depoſitum? „vbi ſcripta Patrum, quae ille, quippe Romanae „Eccleſiae addictus, pro fidei regula ſequi tenetur? „Porro ſi omnis retro antiquitas ficta eſt, cur „ipſe nobis plura habitorum inde ab initio Noui „Teſtam. vſque ad praeſentia tempora Concilio„rum volumina edidit? ita enim ex propria ſen„tentia Impoſtorem egit. Fruſtra etiam fuerunt „ipſius Ordinis Socii, *Petauii, Sirmondi, Labbei*, „magna inter Ieſuitas nomina, qui Antiquitatem „ſuis ſcriptis illuſtrarunt. Aſt non credo, *Har„duinum* ſerio ita ſentire; latet alius anguis in „herba, quem forſan haud infeliciter detegere „poſſem, ſi falcem in iſtam meſſem mittere, „operae pretium ducerem etc." Sed vt vir illuſtris me certiorem reddidit, poſtea ſententiam ſuam paradoxam de antiquitate MSCtorum reuocauit.

Eiuſd. Chronologia Veteris Teſtamenti ad vulgatam verſionem exacta, et numis antiquis illuſtrata. Ibid. 1699. 4.

Vide et Operum ſelectorum p. 513--640. Auctor in his libris diplomata impetiit a latere. Confer celeberr. viros LVDEWIGIVM l. c. p. 35, et I. G. VON MEIERN l. c. in nota. Contra Proluſionem de numis Herodiadum ſcripſit, ac Fl. *Ioſephi* Hiſtoriam de Herodibus *ἀνοθείας* ſuſpicione vindicauit *Chriſtoph.* CELLARIVS. Halae. 1696; Item

Godofredus Guil. *Leibnitius* de numis Gratiani.

Addita eſt haec diſſertatio ad calcem menſis Auguſti, *dem Auszug verſchiedener die neue Preuſſiſche Crone angebender Schriften* an. 1702. 8. Contra Harduinum etiam idpropter edidit:

Mathurin Veiziere *de la Croze* Diſſertations Hiſtoriques ſur divers ſujets. Roterodami. 1707. 8. Confer T. I. p. 182. 220. 221 ſq.

His adiuncta eſt Epiſtola Chronologica notatu digna Alphonſi *de Vignole* contra Harduinum.

Eiuſdem Vindiciae veterum ſcriptorum contra Io. Harduinum S. I. Ibid. 1708. 12.

CAPVT IV.

SCRIPTORES QVI INTRODVCTIONES IN REM DIPLOMATICAM PRAECIPVE GERMAN. AC SINGVLARIA SCRIPTA REI DIPLOMATICAE DEDERVNT.

Scipio *Maffei* Iſtoria Diplomatica, che ſerve d'Introduzione dell' arte Critica in tal materia, con raccolto de Documenti non ancor divulgati etc. In Mantoua. 1727. 4.

Recenſionem huius hiſtoriae Diplomaticae vide in Actis Erudit. Lipſ. menſe Decembri 1727. p. 529 ſqq. In hac introductione tam de materia quam forma diplomatum ſolide agitur. Verum ex iudicio b. I. W. GOEBELII auctor ſpei, quam de eo eruditi conceperant, non ſatisfecit. Vide *Operum* CONRING. T. II. et quidem Praefat. nouam *Cenſurae dipl. Lindav.* praemiſſam p. 567 ſq. Scriptores interim l. c. Goebelius ex LVDEWIGIO l. c. breuiter repetiit.

Io. Nic. *Hertii* de Fide diplomatum Germaniae imperatorum et regum libellus. Gieſſae. 1699. 4.

Exſtat etiam in opuſc. Hertianis T. I. Part. II. p. 589-636. Exhibentur hic regulae diplomaticae Mabillonii in compendio, eaque propter T. II. Clauis dipl. recudi feci.

Chriſtian. Henr. *Eckhardi* Introductio in rem diplomaticam praecipue Germanicam. Ienae. 1742. 4.

Io. *Heumanni* Commentarii de Re diplomatica Imperatorum ac Regum Germanorum inde a Caroli M. temporibus adornati. Norimbergae. 1746. item 1749. 4.

Subiunxit doctiſſ. auctor ſpecimina diplomatica p. 417. Monogrammata Caroli M. it. Sigilla Caroli M. nec non Ludouici P. Lotharii ac Ludouici II. etc.

In Praefat. cl. auctor profitetur ſe archiua non vidiſſe, quare „iam prope idem „mihi, inquit, quod aſtronomis quibuſdam euenit, qui leges aſtrorum exponunt, „quamquam coeli faciem rarius contemplantur. Idcirco tamen ſtudio meo non „omnis ſpes vtilitatis eripienda videtur. Praeſtat enim --- exiguis copiis quae no- „bis in praeſenti offeruntur, frui, quam praeclariores, ſed incertas exſpectare etc.

Eiuſdem Comment. de Re diplomatica Imperatricum Auguſtarum ac Reginarum Germaniae. Accedunt Appendices II. in quibus de Diplomatibus nonnullis cum Auguſtarum et Reginarum Italiae, tum Imperatricum Conſtantinopol. diſſeritur. Norimb. 1749. 4.

Eiuſdem Commentar. de Re Diplomatica Imperatorum ac Regum Germanorum a Ludouici Germ. temporibus. Norimb. 1753. 4.

Ioh. Frid. *Ioachims* Einleitung zur Teutſchen Diplomatic, worinnen die Regeln an die Hand gegeben werden, nach welchen die ſchriftlichen Urkunden der Teutſchen Könige und Kayſer können geleſen, beurtheilet, und die wahren von den falſchen unterſchieden werden. Halle 1748. 8. 18 plag.

Conſultiſſimus Dn. Doctor Ioachim, Profeſſor Academiae Fridericianae haud exiguam operam nauauit rei diplomaticae ſtudioſis hac euulgata Introductione in ſcientiam diplomaticam Germanorum. Verum enim vero neſcio qui factum ſit, quod vir caeteroquin literatiſſimus errores aliquot craſſiores in hac ipſa Introductione commiſerit. Etenim p. 66. citatur WILTHEMIVS in verbis: Und daher können wir WILTHEMIO keinen Beyfall geben *in Vindiciis Hiſtoricis pro Cenſura Conringiana* etc. Noti quidem ſunt ſub hoc nomine Alex. Wiltheim, Hubert Wiltheim, item Io. Wilhelm Wiltheim; hi autem auctores in re diplomatica, potiſſimum in hac controuerſia nihil ediderunt. Interim tamen *Alexander Wilthemius* de diplomate Horreenſi ſcripſit Epiſtolam ad Papebrochium, cuius potiora momenta, eiusque de hac materia iudicium *Propylaeo Antiquario* Cap. V. inſeruit. Eiuſmodi errores interdum ab Auditoribus ex ignorantia auctorum committi ſolent, ſi Collegia calamo excipiunt. Ecquis autem erit, qui corruptum atque deprauatum *Wilhelmi Erneſti Tentzelii* nomen hic non memoria teneat? Vide de hac controuerſia infra Sect. II. Cap. VIII. Sic pari ratione corruptum videtur *Bequignolle* nomen, nam eius Commentationem de Chriſmo et C. maioris ſignificatione, quam p. 47. ex LVDEWIGII *Halliſchen Anzeigen* A. 1740. p. 820-823. citat, fruſtra ibi quaeſiui, et nihil tale de eo habetur. Porro *Aegidium* BVCHNERVM *de Chronologia Regum Francorum* citat, cuius vero praenomen *Auguſtus*, forſan

forſan D. IOACHIM intelligit *Aegidium* BVCHERIVM. Placet h. l. vnum alterumque auctorem in medium proferre, qui eodem modo hallucinati ſunt. Sic in BROWERI *Annal. Treuer.* edit. Imae p. 16. ex libro V. *Aeneid.* VIRGILII citantur nonnulli verſus, vbi dicitur -- diutina iactatione *Trouerorum* etc. loco *Troianorum*. In *Friederich* GLADOWS *Verſuch einer vollſtändigen Reichs-Hiſtorie von Teutſchland.* Halle 1717. p. 140. Eginhardi variae editiones commemorantur, et in horum numero eſt SMIRACK *zu Vtrecht cum notis Biſſelii Goldaſti* etc. ſub nomine *Smirack* autem intelligi debet *Herm.* SCHMINCK. Idem error craſſus in Indice exſtat, vbi verba ita ſe habent: *Smirack* edit. Eginhardi vit. Car. M. 140. Interdum typographi, vti olim Io. Balhorn typographus Lubec. nonnulla cupiunt ſupplere, eiusmodi exemplum exſtat in celeberr. *Io. Dav.* KOEHLERI *Teutſchen Reichs-Hiſtorie.* Francf. 1737. p. 492. in verbis: *ſo gab es zu einem groſſen Streit Anlaſs: ob nemlich die in der* GRAFSCHAFT BVRGVND (hic literae initiales G. B. i. *Guldene Bulle* per verba *Graſſchaft Burgund* male interpretati ſunt) *fundirte tutela legitima---gelten ſolte?* Vnum adhuc addere licet cl. Dom. *Ant. Vlr.* ERATH in *Conſpectu Hiſtoriae Br. Luneb.* eique praemiſſa *Bibl. Brunſuico-Luneb.* p. 38. n. 1167. HILMARINGII (M. Georg.) Chron. Hannov. citat, ſed verum auctoris nomen eſt *M. Georg. Hilmar.* ISING. Mentionem paulo ante feci typographi Lubecenſis Io. *Balhorn*, notum in vulgus eſt prouerbium ab eo profectum. *Mit Iohann Balhorn etwas verbeſſern.* Occaſionem ad hoc dedit noua editio iuris Lubecenſis, quae ſequentem titulum prae ſe ferebat: *Lübeckiſches Stadt-Recht vermehret und verbeſſert durch Ioh.* BALHORN, qui autem verba: *und gedruckt* poſt verba *verbeſſert*, ſine interſtinctione omiſerat. Hic vero titulus operis ſtatim ſuppreſſus fuit. Interim tamen exemplaria quaedam editionis Balhornianae adhuc proſtant. Atque haec indicata ſphalmata beneuolo lectori forſan non ingrata erunt, longe plura dare poſſem, ſi hic locus eſſet.

Io. Dauid *Koeleri* Directorium Chronologico-Diplomaticum annorum regni et imperii omnium Regum Germaniae et Imperatorum Romanorum a Pipino Rege Franciae vſque ad Carolum VI. ad vſum computi Diplomatici criticum; inter alia Dn. auctor id addidit Marq. *Freheri* Directorio etc. Altorfi. 1734. 4.

Petri *Georgiſch* Regeſta Chronologico-Diplomatica, ſiue Rerum Germanicarum praeſidia, Diplomata in ſummas ſuas contracta, iuxtaque temporum ſeriem diſpoſita. Francof. et Lipſ. ſeu potius Halae T. I. 1740. T. II. 1741. T. III. 1742. et Index Chronologico-Diplomat. ibid. 1744. f.

Recenſentur hic tantum diplomata, quae lucem viderunt publicam.

Chriſtian *Schöttgen* Inuentarium diplomaticum hiſtoriae Saxoniae ſuperioris. Darinn die Sächſiſche Urkunden von a. C. 500. bis 1741. zuſammen in Chronologiſcher Ordnung befindlich. Halle. 1747. f.

Hoc opus ſupplementi inſtar eſt ad Dn. *Georgiſch* Regeſta etc. et quinque Indicibus inſtructum.

Io. Paul. *Fincke* Conſpectus Bibliothecae Chronologico-diplomaticae. Diſſertatione Epiſtolica ad virum illuſtrem Ioh. Iacob. *Maſecouium* Regi Polon. et Elect. Saxoniae a conſiliis aulicis. Hamb. 1740. 4.

Hoc ſpecimen continet diplomata ab a. 1414. et deſinit in a. 1558.

Chr. Gottl. *Buderi* Epiſtola de ſcribenda Bibliotheca Diplomatica. Ienae. 1722. 4.

Immanuelis *Weberi* Epiſtola ad Io. Sam. Brunnerum de Statu rei diplomaticae in Germania. Ienae. 1698. 4.

M. Iacobi *Reichii* Diſſ. de Diplomatibus et tractatoriis. Regiomonti. 1678. 4.

Io. *Eiſenhard* Diſſertatio de iure diplomatum. Helmſt. 1703. 4.

Polyc. *Leyſer* de Diplomatico hiſtoriae Germ. corpore concinnando conſilium et monita. Adiunctus eſt Index Diplomatum ineditorum quorundam, numero 768. Helmſt. 1727. 4.

Auctor in hoc ſcripto potiſſimum id agit, vt fidem et veritatem Diplomatum Caroli M. ab illuſtri I. DVMONTIO in Diplomatico corpore, ſeu *Corps univerſel Diplomatique* productorum num. IX. dubiam reddat, quae pro fictitiis habuit. De Carolinis Diplomatis vide ſigillatim LVDEWIGIVM l. c. *de Bellis Diplomaticis* p. 44 ſeqq.

Polycarpi *Leyſeri* Obſeruata Diplomatico-Hiſtorica de iis, quae Iuſtiniano Imp. in Prooemio Inſtitutionum imperite ſuppoſita. Helmſt. 1727. 4.

Eiuſd. Obſeruata Diplomatico-Hiſtorica de Lanttinc iure Germanorum honorario. Helmſt. 1727.

Eiuſd. - - de Adoptione per Andelangum. Ibid. eod.

- - - - - - de Frilingis. Ibid. eod.

- - - - - - de Differentia nobilium medii et hodierni aeui. Ibid. eod.

- - - - - - de Origine Patriciorum Germaniae. Ibid. eod.

- - - - - - de Iure Iuſtinianeo a Lothario Imperat. in Germaniam minime introducto. Ibid. eod.

- - - - - - de Seruis ſeruorum. Ibid. eod.

- - - - - - de Littonum abſolutione. Ibid. eod.

- - - - - - de Iniquitate teſtamentorum. Ibid. eod.

- - - - - - de Seruis nobilibus. Ibid. eod.

- - - - - - de Iure legitimae. Ibid. eod.

- - - - - - de Lachis Loubae. Ibid. eod.

- - - - - - de Aduocatis principum. Ibid. et denique

- - - - - - de Mundiburdio. Ibid. eod.

Haec Obſeruata Diplomatico-Hiſtorica recenſentur T. III. annalium Academiae Iuliae.

Ioh. Iac. *Moſer* in libro, qui prodiit ſub Tit. Stats-Recht agit e Parte ſecunda Cap. 35. de Actis publicis et diplomatibus Germaniae.

Cap.

Cap. 37. l. c. de Hiſtoria, Actis publicis et diplomatibus extranearum provinciarum, imprimis vicinorum Statuum.

Cap. 38. de Scientia diplomatica examinandi, oder von der Wiſſenſchaft die Diplomata oder Urkunden zu prüfen.

Io. Wilh. *Waldſchmidt* de Probatione per diplomataria. Marburgi. 1736. 4.

Hanc diſſertationem ſub finem partis II. Clauis dipl. denuo edidi.

Iuſt. Henning *Boehmer* de Scripturis non legibilibus. Halae. 1700.

Eiuſd. de Sanctionum pragmaticarum indole et auctoritate. Diſſ. ibid. 1737.

Iac. Frid. *Georgi* Diploma Caroli M. quo eccleſiam Onoldisbacenſem a Gumberto ipſi traditam in tutelam accepit, variisque illam exornauit priuilegiis, annotationibus illuſtratum. Onoldi. 1730. 4.

N. *Klumpſii* Diſſertatio de Priuilegio Henrici VII. Romanorum regis Francofurtanis ad Moenum ciuibus de filiabus libere elocandis olim dato. Altdorf. 1730.

Rich. *von der Hardt* Epiſtola ad Gerh. Wolter. Molanum Abbatem Luccenſem, in qua ipſo verborum tenore expreſſum continetur Odelrici Epiſc. Halberſtadenſis Priuilegium Archidiacono Kaldenburnenſi eiuſque Eccleſiae anno MCLXXIX. irrogatum et imperiali auctoritate confirmatum. 1707. 4.

Anmerkung daß Henricus Niger Herzog von Bayern nicht der Erſte von den Herzogen geweſen, ſo diplomata ausgeſtellet.

Inſerta eſt haec Animaduerſio doctis Relat. Hannouer. a. 1750. n. 24. p. 93 ſq.

I. G. *Halthauſii* Specimen gloſſarii fori Germanici ex diplomatibus. Lipſ. 4.

CAPVT V.

SCRIPTORES DE FORMVLIS, TITVLO AC MONOGRAMMATIBVS *) IMPERATORVM, REGVM AC PRINCIPVM.

David *Blondelli* Diatribe de Formulae regnante Chriſto in veterum monumentis vſu. Amſtelod. 1646. 4.

Henr. Gunth. *Thulemarii* Diſſert. de Titulo Semper Auguſti. Heidelbergae.

 Erhard.

*) Monogrammata ad inferiorem fere aetatem pertinent ac differunt a ſiglis, in eo ſaepe errauit *Io* NICOLAI in tract. de Siglis et notis veterum a. 1704. edito, qui ea ſiglis miſcuit. Sunt autem Monogrammata nihil aliud quam notae characteriſticae ſeu literae vnius vel plurium hominum in vnum redactae per varios ductus. In Siglis tantum erant literae initiales, ſed hic ſpectant omnes literae. Vſus horum Monogrammatum erat in ſignandis edictis vel diplomatibus Imperatorum, Pontificum ac Principum vid. *Du Cange* in Gloſſario de his ſolide egit clariſſ. Dn. *Baudis*.

Erhard. *Reuſch* de Imperatoris titulo Diſſertt. tres. Helmſt. 1728. 4.

Io. Chriſtoph. *Wagenſeil* de Titulis Imperatorum. Altdorfi.

Frid. *Geiſler* de Titulo: Nos Dei gratia, Wir von Gottes Gnaden, pars prior et poſterior. Lipſ. 1677. 4.

Balth. *Tileſii* Diſſ. de Senſu tituli: Nos Dei gratia. Regiomonti. 1723.

Chriſtoph. Aug. *Heumanni* Programma de Titulo Dei Gratia. Allendorfii. 1727. 4.

Io. Tobiam *Hagelgans* de Titulo: Nos Dei gratia diſſertationem ſcripſiſſe legi.

Dan. Guil. *Mollerus* de Titulo Chriſtianiſſimi. Altdorfii. 1694.

Eiuſd. de Titulo Defenſoris fidei. Ibid. 1700. 4.

Eiuſd. de Titulo Rex Regum. Ibid.

Chr. Aug. *Heumann* de Titulo Sereniſſimi. Gottingae. 1726. 4.

M. Frid. *Strunzii* Diſſ. de Titulis Electoris Saxonis. Vitemb. 1713. 4.

M. Io. *Schelleri* Praeluſtris Titulus Mauritii Guilielmi Duc. Sax. recenſus. Ienae. 1701. 12.

Conr. Frid. *Reinhardi* Diſſ. de Tituli Comitis Palatini Saxoniae in literis Henrici Illuſtris origine et ſeruati dein vſus eiuſdem ratione. Halae Magdeb. 1725. 4.

M. Gotthilf Fridem. *Loeber* Diatribe Hiſtorica de Titulo Comitis Palatini Saxoniae in litteris Friderici Admorſi. Ienae. 1743. 4.

Hiſtoriſche Nachricht von den Herzogen von Braunſchweig und Lüneb. welche die Würde oder Titul eines Pfalzgrafen zu Sachſen geführet haben. Siehe die Hiſtoriſchen Sammlungen ꝛc. ſo zu Halle heraus kommen n. 3. im 4. Stück.

Ge. Caſp. *Kirchmaier* Tituli aliquot honorum ex antiquitate eruti. Ienae rec. 1752.

Dominici *Georgii* de Monogrammate Chriſti Domini Diſſ. Romae. 1738. 4.

Guſtav. Georg *Zeltner* Diſſ. de Monogrammate Pauli. Altorfi. 1721. 4.

Gottfriedi Leonhardi *Baudis* ad analyſin monogrammatum Imperatorum et Regum Germanicorum praeparatio. Lipſ. 1737.

Eiuſd. Monogrammatum Imperatorum ac Regum Germanicorum a Carolo M. vſque ad exceſſum Conradi III. Analyſis et vſus in probationibus, pro Licentia. Lipſ. eodem.

Eiuſd. Diſſertatio III. de Monogrammatibus adhuc in MSto latet.

De Cl. Dn. *Baudiſii* ſingulari ſententia de Monogrammatibus confer der Hiſtoriſchen Sammlungen ꝛc. das VI. Stück.

I. F. *Chriſten* Anzeige und Auslegung der Monogrammatum, verzogenen und einzelnen Anfangsbuchſtaben der Namen. Leipzig. 1747. 8.

In

In Relationibus Brunſuicenſibus, ſeu Denen *Braunſchweigiſchen Anzeigen* a. 1752. im 12. Stük demonſtratur ad verba EGINHARDI Cap. 25. *Vt, cum vacuum tempus eſſet, manum effingendis litteris aſſuefaceret etc.* Carolum M. non eſſe auctorem monogrammatum, vt HERTIVS de Fide diplomatum Sect. I. §. 7. item I. P. *de* LVDEWIG in *Diſſ. de Nexu ſcripturae et ſubſcriptionis* Cap. IV. §. 6. item EISENHARD *de Iure diplomatum* C. 4. §. 10. etc. probatum iuerunt; et verbis Eginhardi longe alia ſignificatio datur. Confer hic D. ECKHARD in *Introd. ad rem diplom.* Sect. II. C. 2. §. 38. item LAMBECIVM in *Comment. Biblioth. Caeſar. Vindobon.* lib. II. c. 5. p. 262. PAPEBROCHIVM in Propyl. Antiquario P. I. c. 4. §. 60.

GOTTFRIED Abbas Gottwicenſis in Praefatione quam Chronico praemiſit §. 18. it. Libr. II. Chronici p. 326. etiam egit de Monogrammatibus.

De Formulis veterum, quibus Contractus firmarunt, confer ſigillatim MARCVLPHVM, HEINECCIVM Orat. *de Iurisprudentia veterum Romanorum formularia, ritibusque quibus negotia ciuilia explicabant, ſolemnibus;* item BARN. BRISSONIVM *de Formulis ac ſolennibus populi Romani verbis.* Formulas antiquas Alſaticas cum annotat. I. G. ECCARDI, quas adiunxit *Legibus Francor. Salicis et Rip.* p. 232 ſqq.

CAPVT VI.

SCRIPTORES DE SIGILLIS.

Io. Mich. *Heineccii* de Veteribus Germanorum, aliarumque nationum Sigillis, eorumque vſu et praeſtantia Syntagma hiſtoricum, cum ſigillorum iconibus. Lipſiae. 1709, et editio ſecunda quoad titulum et praefationem 1719. f.

Auctor in Praefatione Syntagmatis: *Inuenies*, inquit, *hic veluti in nucleo conſtituta, quae alibi vix reperies, animaduerſiones de ſigillis criticas - - - adeo, vt haec tractatio ſupplementi inſtar eſſe poſſit ad* MABILLONII OPVS DE RE DIPLOMATICA, *vtpote in quo de ſigillis pauca admodum; et de Germanicis vix aliqua occurrunt, cum tamen eorum notitia pars non minima ſit notitiae diplomaticae, ab iiſque haud raro totius diplomatis fides dependeat.*

Oliuarii *Vredii* Sigilla Cómitum Flandriae, et inſcriptiones Diplomatum. Brugis. 1639. f.

Ludov. Anton. *Muratorii* Diſſert. de Sigillis medii aeui.

Exſtat T. III. *Antiquit. Italicar.* diſſ. 35. p. 83 ſqq.

Polycarpi *Leyſeri* Commentatio de Contraſigillis medii aeui. Helmſt. 1726. c. figg. 4.

Poly-

Polycarpi *Leyſeri* Sigillum maieſtatis Brunſuicenſe. Helmſt. 1725. 4.

Mich. Henr. *Gribneri* Obſeruationes iuris publ. de Sigillo maieſtatis Saxonico. Wittenb. 1712. 1718. et in eius Selectis opuſculis iuris publ. P. III. pag. 46 -- 63.

Io. Zach. *Gleichmanni* alias *Helmondi* Commentatio Iuridico-Politico-Hiſtorica de Magno Ducali ſigillo maieſtatis Saxonico. Ienae. 1740. 4.

Von dem Termino: Maieſtæt-Siegel in Documentis Saxonicis v. in *Müllers* Staats-Cabinet 4te Oeffn. c. 5. p. 171. 187.

Oſſervazioni Iſtoriche di Domenico Maria *Manni* ſopra i ſigilli antichi de' ſecoli Baſſi. T. I-XVII. in Firenze. 1739-49. 4.

Adam. Frid. *Glafey* Specimen decadem ſigillorum complexum, quibus Hiſtoriam Italiae, Galliae atque Germaniae illuſtrat. Lipſiae. 1749. 4.

Recenſionem vide in Nouellis litterariis Gotting. a. 1750.

Theodor. *Höpingk* de Sigillorum priſco et nouo iure Tractatus. Noribergae 1642. 4.

Eodem anno edidit etiam egregium opus de inſignium ſiue armorum priſco et nouo iure, in folio.

Claudii *Salmaſii* de Subſcribendis et ſignandis teſtamentis, item de antiquorum et hodiernorum ſigillorum differentia. Lugd. Bat. 1653. ex offic. Elzevir. 8.

Io. Wilh. *Waldſchmidt* de Mutatione inſignium et ſigillorum S. R. I. ſtatuum. Marpurgi. 1718. 4.

Iuſt. Henning. *Böhmer* Diſſ. de Iure et authoritate ſigilli authentici. Hall. 1742. 4.

Io. Andr. *Schmid* de Annulo Paſtorali. Helmſt. 1705. 4.

C. V. *Grupen* in Obſeruationibus circa teſtamenta Cap. V. p. 129 ſqq. de Annulis ſignatoriis pererudite egit.

De Sigillis confer etiam CHRONICON GOTTWICENSE lib. II. §. 14. p. 103. 105. 164. 268. 371 etc.

LVDEWIGIVM T. I. Reliq. MSC. p. 415. 437.

D. ECKHARDI Introductionem in rem diplom. Sect. II. c. 3. §. 55.

Henr. Gunth. *Thulemarius* de Bulla aurea, argentea, plumbea. Heidelbergae. 1682. 1687. 4. item Francof. 1697. f.

Henr. *Meibomius* de Aurea Bulla Andronici II. Imperat. CPtani, data Henrico, Henrici Mirabilis F. Duci Brunſuic. et Luneb. cum notis. Vide eius Opuſcula Hiſtorica p. 177 ſqq.

C A P.

CAPVT VII.

SCRIPTORES DE COMPVTO AC CALENDARIO MEDII AEVI.

Aegidius *Strauch* de Computo veterum Germanorum. Witteb.

Chriſt. Gottlob *Haltbauſii* Calendarium medii aeui praecipue Germanicum, in quo obſcuriora menſium, dierum, feſtorum ac temporum nomina ex antiquis monumentis illuſtrantur, ac multi errores corriguntur in vſum Hiſtoriae ac rei Diplomaticae. Lipſ. 1729. 8.

Io. Iac. *Rabe* V. D. M. Calendarium feſtorum, dierumque mobilium atque immobilium, in vſum Chronologiae ac rei Diplomaticae ita adornatum, vt dati quilibet menſium dies veterum more notati, ſine mora cum noſtro computandi modo componi poſſint, praemiſſa Praefatione vſum eius edocente. Onolzbach 1735. 4.

In ſubiuncto Spicilegio vltra ſexaginta data ſingularia illuſtrantur inſtar Supplementi ad Calendarium Halthauſianum. Ceterum hac de materia etiam Dn. DV-MONT in Praefatione T. I. *Corporis Diplomatici* praemiſſa egit.

L'Art de verifier les dates des faits hiſtoriques, des Chartes, des Chroniques et autres anciennes monumens, avec un Calendrier perpetuel, hiſtoire abregé des Conciles, des Papes, des Empereurs Romains Grecs, François, Allemands, etc. par des Religieux Benedictins de la Congregation de S. Maur. Premier et ſeconde Partie. A Paris. 1750. in groß Quart.

Ouvrage neceſſaire a ceux qui veulent avoir une parfaite connoiſſance de l'hiſtoire.

Io. Frid. *Weidleri* Diſſertatio de Characteribus numerorum vulgaribus et eorum aetatibus, veterum monumentorum fide illuſtratis. Witteb. 1727. 4. cum tab. aenea, qua numerorum vulgarium figurae exhibentur.

SECTIO II.
DE BELLIS DIPLOMATICIS IN GERMANIA.

CAPVT I.
DE MAGDEBVRGICAE CIVITATIS DIPLOMATIBVS.

Der Röm. Kayſerl. und Königl. Majeſtäten Priuilegia protectoria. 2. Conceſſiones. 3. Confirmationes der uralten Stadt Magdeburg. Magdeburgi. 1620. item 1640. 4.

Gründlicher und Hiſtorienmäßiger Diſcours über der Stadt Magdeburg gerühmten alten Privilegien ins beſondere ſowohl, als auch von dem Sachſen-Spiegel. 2. Weichbild. 3. Lehnrecht. Durch Benjamin **Leubern**. Dreßden. 1648. 4.

Hunc librum oppido rarum recudi fecit beatus Dn. *von Meiern* inter additamenta, ſeu Beylagen ad T. III. *Actorum Pacis Weſtphal.* Confer de LEVBERI libro modo excitato Hier. *Gundlings* Sammlung kleiner Schriften Zweyten Theil n. 16. item der Halliſchen Teutſchen Anmerkungen V. Theil n. XVII. p. 154 ſqq.

Io. *Borcholten* Conſilium enucleate addocens ciuitati Magdeburgenſi ſoli, excluſis Archiepiſcopatus Magdeb. ſubditis ius nauigandi in flumine Albis competere. Magdeburg. 1611. 4.

Beni. *Leuberi* Diſquiſitio plenaria ſtapulae Saxonicae ab Imperatoribus Carolo M., Ottone M., Friderico III. reliquiſque Caeſaribus A. A. conſtitutae aduerſus Conſilium Borcholtinum etc. Budiſſae. 1658. 4. item Dreſden. 1661. 4.

I. P. *de Ludewig* in denen **Halliſchen Anzeigen** des Jahrs 1741. giebet n. XLIII. Bericht von denen Zufällen des Magdeburgiſchen Landes-Archivs.

CAPVT

CAPVT II.

DE DIPLOMATIBVS TREVIRENSIBVS ATQVE COENOBIO S. MAXIMINI.

Archiepiſcopatus et Electoratus Treuirenſis per refractarios monachos Maximinianos alioſque turbati. Auguſtae Treuirorum. 1633. 4.

Libellus eſt Archiepiſcopi de Diplomatibus Treuirenſibus.

Nic. *Zilleſii* Defenſio Abbatiae imperialis S. Maximini, qua reſpondetur libello contra praefatam Abbatiam anonymo Treuiris edito 1638. iuxta Muros Treuirenſes. f.

Hic auctor primus glaciem fregit in Critica Diplomatica, et ingentem numerum documentorum vna cum monogrammatis in lucem produxit. Confer de eo *Ludewigium* l. c. p. 40 ſqq.

Wilhelmi *Kyriandri* Annales ſiue Commentarii de Origine et ſtatu antiquiſſimae ciuitatis Auguſtae Treuirorum, ex ipſis Archiuis deſcripti. Biponti. 1603. item 1619. f.

Kyriander Syndicus Treuirenſis id agit, vt ciuitatem Treuirenſem probet eſſe imperialem non parentem Archiepiſcopo, cui verba repoſuere Chriſtoph. *Browerus* et Iac. *Maſenius* in Annalibus Treuirenſibus, de quibus infra *Sect.* V. *n.* 2. ſub Tit. *Germania ſacra* dicendi locus erit.

CAPVT III.

DE SCHOLIS EPISCOPATVS OSNABRVGENSIS DIPLOMATICA BELLA.

Diploma Caroli M. Imperatoris de Scholis Oſnabrugenſis eccleſiae Graecae et Latinis critice expenſum ab A. I. anno 1717. 4.

Literas A. I. ſub quibus IOH. GEORG. ECCARD latere voluit, ipſe olim interpretatus eſt per *Auctorem Incertum.* Diploma Caroli M. anno 804. conceptum ex autographo primus curate exhibuit: FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS in *Monumentis Paderbornenſibus. Amſtelod.* 1672. 4. Ante Eccardum fidem Diplomatis iam oppugnarunt alii, ſigillatim CAROLVS LE COINTE *Tom. VI. Annal. ad an.* 83. §. 72. *p.* 825 *ſeq.* item I. P. de LVDEWIG in *Commentario ad Auream Bullam Caroli IV. Tit.* 20. et *l. c. p.* 43. b. GERH. *von* MASTRICHT Syndicus olim Bremenſis de hoc Eccardi ſcripto ſequens tulit indicium: - - der Auctor Criticae war mir unbekannt, wie er annoch iſt. Ich habe ſelben . . . fleißig durchgeleſen, und befunden, daß es von einem in hiſtoria ſonderlich in antiquitate Weſtph. wohl verſirten Auctore aufgeſetzet iſt. Er hat docte und accurate evinci-

ret und demonſtriret, daß das Diploma fingiret, und nicht genuin ſey ꝛc. Interim diploma de fundatione Epiſcopatus Oſnabrugenſis, quod Carolus M. dedit, MIRAEVS quoque in *Codice Donationum* exhibet Cap. 12. Primus Epiſcopus fuit *S. Wiho*, quem Bernardus Furmerius in Annalibus ſuis Friſicis Leouardiae in Friſia Orientali natum eſſe ſcribit. V. *Miraeum.*

Gründliche Unterſuchung eines alten Caroliniſchen Schenkbriefes, in welchem der Griechiſchen, und Lateiniſchen Schulen zu Oßnabrück gedacht iſt. Es werden zugleich der Urſprung der Oßnabrückiſchen, und anderer Sächſiſchen Kirchen, der erſten alten Güter und vornehmſte Reliquien, ihre erſte Biſchöfe, das Leben der alten Canonicorum, und ſonſt allerley zu Beurtheilung verjährter Briefſchaften dienliche Sachen in der Kürze erörtert, durch einen Liebhaber der Wahrheit (i. e. Eccard) 1719. 4. c. fig.

Haec Germanica verſio antecedentis Criticae ab auctore nonnullis rebus auctior edita fuit. Quam monachus quidam monaſterii Weſtphal. quidem refutare voluit, quia autem eius foetus nil ſolidi et mera conuicia continuit, a Fiſcali ſuppreſſus fuit.

Iodoci Hermanni *Nunninghii* Vindicata veritas Diplomatis Caroli Magni Imp. glorioſiſſimi de Scholis Oſnabrugenſis Eccleſiae Graecis et Latinis Anno DCCCIV. conceſſi, ac nuper abs Anonymo critice expenſi. Monaſterii Weſtphalorum. 1720. 4.

Io. Georg. *Eccardi* Cenſura Diplomatis Carolini de Scholis Oſnabrugenſis Eccleſiae Graecis et Latinis ab obiectionibus Iodoci Hermanni Nunninghii, Canonici et Scholaſtici Verdenſis vindicata. Helmſtadii. 1721. 4 c. fig.

Hanc cenſuram auctor ſpatio vix trium hebdomadarum compoſuit, quam loco praefationis tunc temporis Scriptoribus rerum Weſtphalicarum ineditis praemittere volebat, ſed cum nemo eſſet, qui ſumptus erogaret, illam ſeparatim excudi fecit. Verum ob ſales et archilochia dicta approbationem non ita meruit dicta cenſura.

Eiuſd. Verthädigung der Widerlegung des Caroliniſchen Schenk-Briefes, welcher dem Oſnabrückiſchen Biſchof Wihoni im Jahr 804. den 20. Decembr. zu Aachen gegeben seyn ſoll, gegen den Herrn Abgeſonderten Bibliothecarium zu Halle, deſſen Recenſion und Einwürfe man, beſſerer Beurtheilung wegen, beygefüget. 1721. 4.

Exſtat haec recenſio Hallenſis in Ephemeride literario, cui Titulus: Abgeſonderte Bibliothek, oder zulängliche Nachrichten, und unpartheyiſche Gutachten von einigen mehrentheils neuen Büchern, in dem Sechſten Stück N. II. p. 472-518.

C. H. [i. e. Chlodouei vel Ludouici *Henſeleri*] Diſſertatio Critico-Hiſtorica de Diplomate Caroli M. dato eccleſiae Oſnabrugenſi pro Scholis Graecis et Latinis; qua Diploma iſtud authenticum et genuinum eſſe oſtenditur, atque contra obiectiones recentioris cuiuſdam Critici A. I. defenditur. Accedunt

dunt varia imperatorum ac regum diplomata eccleſiae Oſnabrugenſi conceſſa. Monaſterii Weſtphaliae. 1721. 4.

Contra Henſelerum Eccardus calamum quidem iam acuerat, et octo eiuſdem capita refutarat, ſed paulo poſt clam ſe hinc ſurripiens, catholicam fidem amplexus eſt; et refutationem quam coeperat, ipſe ſuppreſſit, ac Vulcano tradidit; vti ex Relat. Hannouer. doctis, ſeu *denen Hannoveriſchen gelehrten Anzeigen vom Jahr* 1751. *im* 105. *Stück* p. 848 ſqq. videre eſt, ac ita controuerſiae finem impoſuit. Interim ex relicta ab Eccardo Henſeleri Diſſertatione, quam manibus voluit, nonnullas eius notas ſubitaneas hoc loco ſubiicere libet.

Sic p. 4. Henſelerus dicit: *audaces Critici.* Eccardus repoſuit: *Non alii erunt quam Socii Ieſu, Harduinus, Germonius* etc.

ad p. 7. Eccard: *Falſum eſt omnes* hos Imp. ſc. Ottonem M., S. Henricum, Conradum I. Henricum IV. Rud. IV. Ferdin. II. etc. *Caroli M. Diploma confirmaſſe.*

§. VIII. Henſ. *Chartas eius ad vnum omnes inſpexiſſe.* Ecc. regeſſit: *Inſpexi minimum omnes quae extant*, ſc. Caroli M. chartas.

p. 14. H. *Falſiſſimum eſt* etc. E. *at falſitas demonſtrari debet.*

p. 15. H. *Teſtamentum Caroli M.* E. *Aliud eſt teſtamentum, aliud Diploma.*

p. 18. E. *Ludit --- in voce integrum et alio ſenſu accipit.*

p. 19 H. *in Diplomate Werthinenſi.* E. *en ſtulte.*

p. 20. ad §. VI. Eccard ſcripſit: *Falſum id eſt, qui mihi permittere potes, vt verum aliquando dicam, qui hoc ſcripto nil aliud agis, quam vt vacuum tibi crees pro mendaciis et falſitatibus tuis, veritate eliminata.*

p. 38. ad vocem *Bructeros.* E. *error.*

p. 42. H. *ex Luitprando.* E. *Non eſt Luitprandus auctor, exſcripſit Nunninghium.*

p. 43. H. *Annaliſta Saxo.* E. *Hunc ex me habet.*

Ibidem H. *Imo Gregorius Papa VII.* E. *Nil valet.*

p. 110. Priuilegium Arnolfi regis dat. Egilmaro Epiſc. Oſnabr. E. Dieſes iſt falſch.

Atque haec notata ac animaduerſiones ex refutatione Eccardina tantum ſuperſunt, in qua falſe admodum Henſelero veritatem dixiſſet, ſi lucem vidiſſet publicam.

Hiſtoriam huius belli diplomatici dedit Cl. Io. HEVMANNVS in ſuis Commentariis *de Re Diplomatica Imp. ac Reg. Germ. Cap. II. p.* 153-155. vbi ſigillatim de diplomatibus Caroli Magni egit. Atque non ita pridem quoque Anonymus auctor inſeruit Relat. Hannouer. doctis, ſeu *Hannoveriſchen gelehrten Anzeigen* de A. 1751. *p.* 848 ſqq. ſolidam ac exactam huius belli diplomatici hiſtoriam, multis refertam particularibus.

Interim Seculo XVII. Schola Carolina Oſnabrugenſis quidem in Academiam mutata, et ab Vrbano Papa VII. approbata, atque ab Imperatore Ferdinando II. confirmata fuit; cuius Diploma exhibet HENSELERVS *l. c. Append. Litt. R. pag.* 143 ſeqq. Sed tempore belli tricennalis an. 1633. in ipſo flore tertio anno poſt factam inaugurationem extincta fuit. Qua de re notitiam ſuppeditant ſequentia duo ſcripta, quae hoc loco ſubiicere licet, ea potiſſimum de cauſa, quia nemo Hiſtoricorum de hac Academia quicquam memoriae prodidit, nimirum:

Academia Carolina Oſnabrugenſis, ſiue Athenaeum Chriſtianum virtutis et eruditionis encyclopaediae acquirendae a Carolo M. imperatore in vrbe Oſnabrugenſi ante octingentos annos inſtitutum, nunc recenter ab illuſtriſſimo et reuerendiſſimo Principe ac Domino Franciſco Guilielmo Epiſcopo Oſnabrugenſi, Mindenſi et Verdenſi etc. reſtitutum ac dotatum, nec non a ſanctiſſimo Domino noſtro Vrbano Papa VIII. approbatum atque ab inuictiſſimo Imperatore ac Domino noſtro Ferdinando II. confirmatum, Anno Domini MDCXXX. f. c. fig.

Aenopetrani Weſtphali (i. e. Dn. *Köcheri* tunc temporis Rect. Scholae Oſnabr. dein Superintendentis Brunſuic. nunc Ienae Theol. Prof. O.) Zufällige Gedanken von Akademien, in einem Sendſchreiben an den hochberühmten Jeniſchen Profeſſor und Polyhiſtor Herrn **Gottlieb Stollen**, eröffnet. Jena 1734. 4.

In hac Epiſtola ſumme Reuer. D. Köcherus ſigillatim egit de celebri olim Academia Oſnabrugenſi, et citat hanc in rem ſcriptorem ineditum, nimirum M. Theodor Röling Hiſtoriſche Nachricht von Kirchen- und Schul-Sachen der Stadt Oßnabrück.

Ioh. Chriſt. **Strodtmann** Rector Scholae Oſnabr. etiam de hac Academia notitiam inſeruit Relat. Hannouer. doctis, ſeu *Hannoveriſchen gelehrten Anzeigen* A. 1751.

CAPVT IV.

AVCTORES DE DIPLOMATIS DVBIIS BREMENSIBVS.

Diſſertatio Hiſtorico-Iuridica de Spuriis ac ſuppoſititiis Bremenſium priuilegiis in Sectiones LXVIII. diſpertita, praemiſſa ſunt priuilegia quae in calce notis illuſtrantur etc. auctor creditur *Goldaſtus*.

M *Adami* Hiſtoriae Eccl. Libri IV. ex edit. Ioach. Ioh. *Maderi*. Helmſt. 1670. 4.

Auctor *Lib.* I. *Cap.* 10. exhibet Caroli M. Diploma de Bremenſis Epiſcopatus inſtitutione anno 788. datum, et ex eo NIC. SCHATEN *Lib.* 8. *Weſtph. p.* 514. aliique plures. Auctores, qui tum hoc Diploma, tum illud, quo *Verdenſis Epiſcopatus* Inſtitutio firmata, item *Caroli M. Diploma Trutmanno* datum pro fict.tiis habent, ſunt ſequentes:

Io. *Gryphiander* de Weichbildis Saxonicis, ſiue Coloſſis Rolandinis. Argent. 1666. *Cap.* 33.

Io. Iuſt. *Winckelmanni* Notitia veteris Saxo-Weſtphaliae et finitimarum regionum libri IV. Oldenburgi. 1667. *Lib.* III. *Cap.* 5. *n.* 35. 36.

Io.

Io. *Mabillonius* Libro de re diplomatica. Lib. II. cap. 3. §. 7.

Io. Georg *Eccard* in Cenſura diplomatis Carolini de Scholis Oſnabr. Eccleſiae Gr. et Lat. p. 2 ſqq. item notis ad *Leibnitii* libellum de Origine Francorum p. 252. iunctus eſt hic libellus eius Legibus Francorum Salicis et Ripuar.

I. A. *Cruſius* in Opuſculis variis ad diploma Caroli M. Trutmanno datum anno 789. Mindae. 1668. 4.

Exhibet Diploma et Steph. *Baluzius*, T. I. Capitular. p. 249.

Herm. Adolph. *Meinders* in Theſauro antiquitatum Francicarum et Saxonicarum tam ſacrarum, quam profanarum. Lemgov. 1711. 4. *Diſſert.* 3. et 4. confer ſigillatim.

Eiuſdem Tract. Hiſt. Iur. de Statu Religionis et Reip. ſub Carolo M. et Ludov. Pio, item Comm. ad Capitulationes Caroli M. de partibus Saxoniae et de origine et iure decimarum. Lemg. 1711. 4. Autor inprimis pag. 243. 271. 328 ſqq. de falſitate Diplomatum Carolinorum egit.

Io. Frid. *Pfeffinger* in Vitriario illuſtrato T. I. p. 225, et nouiſſime celeberr. Dom. Chriſt. Lud. *Scheidius* in *Demonſtratione*, *quod Dania Imperio Germanico nexu feudali nunquam fuerit ſubiecta*, quae reperitur P. I. *Scriptorum a Societate Hafnienſi bonis artibus promouendis dedita, et nunc in Latinum ſermonem conuerſorum.* Hafniae. 1745. p. 87 ſqq. ſigillatim §. 24. p. 166. item §. 25. 26. §. autem 27. demonſtrat loco Caeſaris clericum potius quendam Bremenſem haec diplomata auctorem habere.

a) *AVCTORES QVI DICTA DIPLOMATA CAROLI M. PRO GENVINIS HABENT:*

Nic. *Schaten* in Hiſtoria Weſtphaliae, *p.* 515. 516 *ſqq.*

Henricus *Turckius* in Faſtis Carolinis. Francof. 1704. *ad an.* 784. 785. 804.

Exhibentur illi etiam inter Scriptores Rer. Germ. I. M. *Heineccii* et Ioh. Georg. *Leuckfeldi.*

Herm. *Stangefol.* in Annalibus Circuli VVeſtphalici. Coloniae. 1656. 4. *Libr. II. p* 90. 91.

Ferdin. *Furſtenbergius* Epiſc. Paderb. in Monumentis Paderborn. Amſtelod. 1672. c. fig. 4. *p.* 295. 296.

b) *AVCTORES QVI DE DICTIS CAROLINIS DIPLOMATIS NIL DEFINIRE VOLVERVNT:*

Steph. *Baluzius* in Notis ad Capitulat. regum Francor. Tom. II. p. 1066.

Herm. *Conring* in Epiſtola XVIII. Editae eius Epiſtolae ſunt Helmſt. 1666. 4. et *in Cenſura Lindav. Dipl.*

Dan.

Dan. *Papebrochius.* Confer de eo *Ludewigium l. c. in nota p. 48.*
NOLTEN *Rud. Aug.* ICtus et Guelferbyti Archiui Ducalis Cancellariae Regiſtrator, in Comment. de Iuribus et conſuetudinibus circa villicos. Accedunt Emendationes et Supplementa diſſ. von Sattelfreyen-Meyerdings-Pröbſtings und Landgütern, nec non Priuilegia et Protocolla von den freyen und Vogts-Ding-Gütern. Brunſuigae 1733. 4.

Diſſ. de Iuribus ordinum prouincialium Ducatus Brunſuicenſis. Wolfenb. 1736.

In Chronica der Stadt und Veſtung Wolffenbüttel, in ſich haltend Chriſtoph. *Woltereck* Begräbniß-Buch der Kirchen B. M. V. zu Wolffenbüttel. Helmſtet. 1741. f.

in Diatribe de Illuſtri Veltheimiorum familia, ſupra iam citata.

OBRECHTVS *Vlr.* in Excerptis Hiſtoricis et Iuridicis de natura ſucceſſionis Hiſpanicae in Monarchiam Hiſpaniae 1700. 4.

Prodr. rerum Alſaticarum.

OELRICH *Ioh. Carl Conrad* I. V. D. et Prof. Iuris in Gymnaſio Stetin. Academico Diſſ. inaug. de *Botding* et *Lotding* iudiciis Germaniae inprimis Marchiae Brandenb. antiquiſſimis. Francof. ad Viadr. 1750. 4.

Pfeffingervs *Io. Frid.* Equeſtris Academiae Luneburgenſis olim Inſpector et Profeſſor. Iam ſupra ſub rubrica: *Hiſtorici Brunſuic. et Luneb.* etc. indicaui, me XIII. volumina diplomatum apud b. auctorem olim vidiſſe. Atque illuſtris Dn. *de Ludewig* l. c. p. 103. ab ipſo certior factus commemorat, illum in manibus habuiſſe *Principum Germaniae genealogiam et hiſtoriam diplomaticam.*

Confer et eius *Vitriarii* Inſtitutionum iurispublici nouis Notis illuſtratarum Tomos. Gothae 1712.

Pistorivs *Wilh. Frid.* in Amoenitatibus Hiſtorico-Iuridicis, oder Allerhand die Hiſtorien des Teutſchen Reichs erklärende Diſſertationes, Obſeruationes, Conſilia et opuſcula. Franckf. 1734. 4.

Pithoevs *Petrus,* magni *Cuiacii* diſcipulus, et Cancellarius Pariſienſis, propter multa in lucem edita ſcripta *Varro Gallicus* vocatur.

Ex iis ſunt: *Memoires des Comtes hereditaires de Champagne et de Brie, les libertes de l'Egliſe Gallicane.* Annalium et hiſtoriae Francorum Scriptores Coaetaneos XII. Caroli Magni, Ludouici Pii et Caroli Calui Capitula etc.

De Plönnies *Ioach. Georg.* vide ſupra I. G. Estor.

Pvfendorf *Frid. Eſaias,* Potent. M. Brit. Regis in ſupremo Appellationum Tribunali Electoratus Brunſuico-Luneb. a Conſiliis. In *Obſeruationibus iuris vniuerſi, quibus res iudicatae ſummi tribunalis Regii et Electoralis* continentur. Adiecta eſt Appendix variorum Statutorum et iurium, nimirum; 1. Ius Prouinciale Hadelenſe. 2. Wurſaticum. 3. Statuta Verdenſia. 4. Ius ſtatutarium Diepholtianum de 1318. 5. Statuta Kehdingenſia. 6. Statuta Stadenſia de 1279. 7. Statute und Satzungen ſo in dem echtendinge zu Zelle jährlich verleſen werden. 8. Ius Statutarium vetus Vlzenſe, quod notis illuſtratur. Francof. et Lipſ. 1744. 4. Tomus II. Hanouerae 1748. In Tractatu *de Priuilegiis,* cum libello de iure de non appellando. Hanouer. 1730. 8. Egregius Dn. auctor emiſit et Introductionem in Proceſſum Ciuilem Brunſuico-Luneb. prouinciarumque annexarum, item in Proceſſum Criminalem Luneb. Haec Lipſ. 1732. illa ibidem 1733. prodiit.

Reinhard *Io. Georg.* in Meditationibus de Iure Principum Germaniae cumprimis Saxoniae circa Sacra ante tempora reformationis exercito, ex genuinis ſocietatis humanae principiis, legum imperii auctoritate, literarum publicarum fide et ſcriptorum coaeuorum teſtimoniis. Halae Magd. 1717. 4.

Riccivs *Chriſt. Gottl.* Academiae Georg-Auguſtae Syndicus et P. P. O. libro: Doctrinae de Dominio pignoris Germanici in creditorem translato, examen polemicum, ſecundum leges Germanorum veteres ac medii aeui atque ſtatuta hodierna, diplomata et chartas oppignorationum adornatum et illu-

illuſtratum, cui accedunt tria monumenta literaria oppignorationes Germanorum illuſtrantia. Gothae 1746. 4.

In Spicilegio iuris Germanici ad Io. Rud. *Engau* elementa iuris Germanici Ciuilis ex legibus, ſtatutis et diplomatibus collectum. 8. Gotting. 1750.

Clariſſ. Dn. auctor ſcripſit et librum von dem Landſäßigen Adel in Teutſchland. Nürnberg 1735. 4. Item von der in Teutſchland üblichen Jagdgerechtigkeit. Compoſuit et Repertorium in Vitriarium illuſtratum etc.

SCHEIDIVS *Chriſt. Lud.* Potentiſſ. Magnae Brit. Regi et Electori Brunſu. et Luneb. Conſiliarius Aulicus, Hiſtoriographus Sereniſſimae Domus Brunſu. ac Luneb. nec non Bibliothecae Regiae Hanouerae Bibliothecarius, in Tractatu generali et ſpeciali de Iure coquendi et vendendi cereuiſiam tam in terris Brunſuic. et Luneb. quam in Epiſcopatu Hildeſienſi. Gottingae 1739. 4.

in Demonſtratione quod Dania imperio Germanico nexu feudali nunquam fuerit ſubiecta, cum Continuatione huius demonſtrationis. Vide *Actor. Societatis Hafnienſis* Partem primam. Hafniae 1745. p. 87 ſqq. et Part. II. pag. 177 ſqq.

In G. G. *Leibnitii* et I. G. *Eccardi* Originum Guelficarum editione: Annalium item Imperii Brunſuicenſium Godofr. Guil. *Leibnitii* Continuatione.

Atque benigniſſimum Numen feliciter coeptis laboribus annuat et ex alto benedicat, ſimulque vegetam corporis valetudinem Ampliſſ. ac Praeclariſſimo Dn. auctori ad perferendos concatenatos labores, et omnia feliciter finienda in ſeros vſque annos ex animo apprecor; nec de felici ſucceſſu eſt deſperandum *Ioua Duce auſpice Ioua.*

SCHILTER *Io.* in Commentatione ad Codicem iuris Feudalis Alemannici. Argent. 1697. 4. Inſtitutione iuris Feudalis ex edit. et cum notis eruditis G. C. *Gebaueri* Diſſ. de Probatione per Archiuum et de Secretariis; in Notis ad Concordata nationis Germanicae; in Diatribe de S. R. G. Imp. Comitum praerogatiua ac iure inter ipſos et ordinem equeſtrem immediatum ſecundum quoſdam controuerſo. Argent. 1702. 4. aliisque iuriſp. argumentis.

SCHMAVSS *Io. Iac.* Conſil. Aulicus ac Anteceſſor Iuris in Acad. Georg. Auguſta, in Corpore Iurispublici S. R. Imperii Academico, oder Hiſtoriſches Iuſpublicum des Deutſchen Reichs, oder Auszug der vornehmſten Materien der Reichs-Hiſtorie: Enthaltend des H. R. Reichs Grund-Geſetze, inſonderheit die Güldene Bulle, den Land- und Religions- auch Weſtphäliſchen und andere Frieden ꝛc. Ein Auszug der Reichs-Abſchiede, die Reichs-Matricul, und neueſte

neueſte Wahl-Capitulation, nebſt verſchiedenen andern Reichs-Schlüſſen, und Vergleichen zuſammen getragen. Leipz. 1745. und 1752. Groß Octav.

Diplomatum nomine in laxiori ſignificatu etiam intelliguntur cuiuſcunque generis inſtrumenta, pacta ac conuentiones. Cum itaque hoc Corpus iurispublici S. R. Imperii, monumentis eiuſmodi publicis illuſtratum, facile omnibus aliis in hoc genere editis ſcriptis palmam dubiam facit.

Eiuſd. Einleitung zu der Staats-Wiſſenſchafft, und Erläuterung des von ihm herausgegebenen Corporis iuris Gentium Academici. Leipz. 1741. 8.

SCHOPPIVS *Leop. Alb.* in Theſauro feudali practico. Halberſtadii 1670. et 1678. 4.

SCHVBACK *Iacob.* I. V. Lic. et Archiuarius Hamb. in Commentario de Iure littoris, vom Strand-Recht. Hamburg. 1751. 4. cum Appendice 36. documentorum.

SENCKENBERG *H. C. Liber-Baro de*, S. R. I. Germ. Conſiliarius aulicus, in Diſquiſitione, qua filiam vltimi gentis ſuae in regnis et principatibus priuatiue ſuccedere ex genuinis fontibus deducitur, et diplomatica appendice illuſtratur. Gottingae 1736. 4.

Eiuſd. Diſquiſitio vlterior occaſione ſucceſſionis Hanoicae de iure ſuccedendi proximioris feminae illuſtris prae remotiore. Ibid. 1737.

Eiuſd. in Tr. de Succeſſione filiarum in regnis et principatibus, cum praefat. G. W. L. *Beneke* de Renunciationibus et pactis reſeruatis. Gieſſae. 1741. 4. In Selectis iuris et hiſtoriarum Meditationibus iusp. priuatum et hiſtoriam concernentes fide monimentorum. Gieſſae 1740. 8. et reliqua.

SORBER *Io. Iac.* in Commentatione de Comitiis veterum Germanorum ex hiſtoria, monumentis, diplomatibus et Scriptoribus fide dignis eruta. Francof. et Ienae 1749. 1750. 4. 2. Voll.

STRVBE *Dauid Georg*, Regi Magnae Brit. ac Electori Brunſuic. et Luneb. a Conſiliis iuſtitiae intimis, rel. in Comment. de Iure villicorum, vulgo vom Meyer-Recht. Adiecta eſt obſeruationum iuris et hiſtoriae Germanicae decas. Hildeſ. 1735. 4. In dictis Obſeruationibus illuſtris auctor diplomata non vna ex MSS. primus in lucem produxit.

In Vindiciis iuris venandi nobilitatis German. Hildeſ. 1724. In Tractatu de bonis Meierdingicis etc.

STVCKIVS *Io.* in Conſiliorum Tomo. Frf. 1666. f. Tract. de Eminentia et iuribus Principum Germaniae etc.

THE-

THEBESII *Georg.* I. V. D. Notarii, Syndici ac Scholarum Praeſidis Lignic. in Annalibus Lignicenſibus etc.

THVLEMARIVS *Henr. Gunther*, in Tractatu de Bulla Aurea, argentea, plumbea et cerea. Heidelb. 1682. et 1687. 4. item Francof. 1697. f. Item Commentat. de Archicancellariatu Abbatis Fuldenſis ap. *Wencker*.

WAHL *I. F.* Reſp. Phil. Schatzmann in diſſ. de iure et iudiciis communitatum, quae veniunt ſub nomine marcarum in Wetterauia. Göttingae. 1746. c. Appendice documentorum.

WALDSCHMIDT *Ioh. Wilh.* in Diſſ. de Probatione per diplomataria, it. Diſſ. de S. R. G. I. Comitum Auſtregis etc.

WENCKERVS *Iac.* in Tract. de Archiuis, ſupra iam a me commemoratus.

Von WESTPHALEN *Ern. Ioach.* in egregiis Monumentis ineditis rerum Germanicarum praecipue Cimbricar. et Megapolenſium.

Plura egregia ad notitiam ſcriptorum ſigillatim et hiſtoricorum, qui ſcripta ſua Diplomatibus illuſtrauere, videantur ap. Celeberr. BVDERVM in *Biblioth. Iuridica Struuii.* Cap. XVI. §. XV. p. m. 615. Confer etiam C. G. HOFFMANNI *Bibliothecam iurispublici.*

SECTIO VII.
SCRIPTA DIPLOMATICA PROMISSA.

Illuſtris Marchio *Scipio* MAFFEI promiſit *Vniuerſalem Diplomatum Criticam*, de qua in Actis Erudit. Lipſ. A. 1727. Kal. Decembr.

I. P. *de* LVDEWIG *Criticam medii aeui*, ſeu Artem Diplomaticam ad vſum Germanici imperii ſigillatim accommodatam. Vide Bücher-Saal T. I. pag. 2.

Io. Frid. PFEFFINGERVS ſub manibus habuit *Principum Germaniae Genealogiam et Hiſtoriam Diplomaticam.* Teſte Ludewigio l. c. p. 130. in nota.

R. P. SEYFRIED Wurzeburgi e Soc. J. magnum opus Diplomaticum molitus eſt, de quo in Dn. *Kohlii* Relat. Hamburg. literariis an. 1735. p. 776. ita commemorat:

> Herr Pater **Seyfried** hat ein großes Opus Diplomaticum unter der Feder, wozu er bereits über 80. Kupfferplatten, worinn er diuerſam ſcripturam durch alle Jahrhundert durchgehet, ſtechen laſſen ꝛc.

Ioh. Iac. MOSER ſub manibus habuit *Bibliothecam Germaniae Diplomaticam*, oder Chronologiſche Verzeichniß über zwanzig tauſend Diplomata und Urkunden, welche ganz Deutſchland betreffen, nebſt einer Anzeige, wo ſelbige im Druck anzutreffen ſind ꝛc. Vide Leipziger Zeitungen von gelehrten Sachen n. LXXIV. anni 1736.

Idem promiſit *Lünigium ſuppletum et continuatum* etc.

Bibliothecam Diplomaticam promiſerunt:

Cl. BVDERVS, item b. GRVBERVS, cuius inſtituti iam ſupra mentionem feci.

Ioh. GRAMMIVS S. R. M. Dan. et Noruegiae olim a Conſiliis Status et Iuſtitiae, Hiſtoriographus ac Bibliothecae Regiae Praefectus rel. in animo habuit emittere *Corpus Diplomatum ad res Danicas facientium.* Vide Göttingiſche Zeitungen von gelehrten Sachen a. 1748. p. 28. Certo ſcio, beatum auctorem egregium hunc Theſaurum dipl. rer. Danicar. in XX. Tomos diſtinctum reliquiſſe.

Daniel Eberhard DOLP promiſit Rhetiam Diplomaticam. Vide Leipziger Gelehrte Zeitungen a. 1738. n. XXII. p. 200.

M. Chriſt.

M. Chriſt. Gotthold **Wiliſch** meditatur Codicem Diplomaticum Hermunduro-Miſnicum publici iuris facere, oder Sammlung noch nie gedruckter Urkunden, Diplomatum, Landesherrlicher Befehle ꝛc. zur Kirchen- Bergwerks- Stadt- und Land- Hiſtorie des Ertzgebürges gehörig, ſammt vielen Zuſätzen und Ausbeſſerungen der Freybergiſchen Stadt- und Landes- Hiſtorie. Siehe Neue Leipziger Zeitungen von gelehrten Sachen a. 1737. n. XXXI. p. 280. Recenſionem libri vide in dem Abriß von dem Zuſtande der Gelehrſamkeit. Göttingen eod. im erſten St. n. 5.

S. R. Joh. Chriſtoph **Harenberg**, Praepoſitus Schoeningenſis, rel. promiſit Critiſche Beſchreibung der Herren Biſchöffe von Hildesheim, worinn der Grund zur Hildesheimiſchen Kirchen- Hiſtorie geleget, und eine Diplomatiſche Beurtheilung verſchiedener Artickel und alten Rechte ſoll mitgetheilet werden. Es iſt dieſes eine Probe von der ausgearbeiteten Hildesheimiſchen Hiſtorie, wozu ein weitläufftiges Diplomatarium kömmt. Siehe **Leipziger neue Zeitungen von gelehrten Sachen** auf das Jahr 1737. N. XV. p. 127.

I. C. HERSEN Brunſuic. ante aliquot annos edere voluit: Lebensbeſchreibung Herzog Heinrich des Löwen, ſo auf die beſten Geſchichtſchreiber, und viele Urkunden ſich gründen ſolle. Siehe **Hamburgiſche Berichte von gelehrten Sachen** N. XIV. p. 113.

Ioh. DE IOHANNE, S. Panormitanae eccleſiae Canonici, *Proſpectum Siciliae diplomaticae* iam ſupra indicaui.

Ioh. Gottl. KRAVSE in Comment. de Vſu diplomatum Conradi I. promiſit *Faſtos Auguſtales Germaniae* ex diplomatibus, morte autem praeuentus fuit.

Dn. DE KLETTENBERG, olim a Conſiliis intimis, et Cancellarius Waldeccenſis ad prelum paratam habuit *Hiſtoriam diplomaticam Waldeccenſem* et **Regenten-Saal.** Vide I. C. **Nemeitz** vernünfftige Gedancken über allerhand Materien im III. Theil. p. 6. in Nota. Atque de hoc promiſſo libro Cl. auctor l. c. in parte V. p. 204. ſequentia memoriae prodidit: „Ich bedaure „nur, daß der Herr Cantzler bereits dieſer Sterblichkeit entriſſen worden, und „alſo das Vergnügen nicht haben können, ſeine Diplomatiſche Hiſtorie des „Hauſes Waldeck, als woran er mit vielem Fleiß gearbeitet, und welche nunmehro zum Druck fertig liegt, bey ſeinen Lebzeiten ans Licht treten zu ſehen. „Doch hat man noch nicht alle Hoffnung dazu verlohren, nachdem der gelehrte „Cavalier, der Herr von DALWIGK, Fürſtlich- Waldeckiſcher Hofmeiſter „und Land- Droſt, als welcher bereits verſchiedene artige kleine Schrifften her- „ausgegeben, und ſich nunmehro mit einem Opere Diplomatico Nobilitatis „Waldeccenſis beſchäfftiget, ſich die Mühe geben, und verſuchen will, dieſelbe „irgendwo zum Verlag unter zu bringen.

Iac. Frid. *Reimmanni* Schediaſma hiſtoriae diplomaticae MSS. quoque latet.

In Catalogo vniuerſali Lipſ. autumnali anni 1749. promiſſa ſunt:

Sam. **Lentzens** Diplomatiſche Stiffts-und Landes- Hiſtorie von Magdeburg. Ibid. 4.

Einſd. Diplomatiſche Hiſtorie der ehemals berühmten Grafen von Barby.

Codicem epiſtolarem Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, continentem plus quam centum diplomata in Syntagmate Rerum Germanicarum edere promiſit olim LAMBECIVS.

Io. Wilh. *de Goebel* operum CONRING. T. II. in praefat. noua *Cenſurae dipl. Lindav.* praemiſſa p. 567. promiſit duas Diſſertationes, in quarum vna *Diplomatum hiſtoriam*, in altera *artem diplomaticam* tradere in animum induxit, ſed promiſſis haud ſtetit. Vberrimus ſane huius argumenti campus eſt, adeo, vt intra diſſertationis limites materia vix comprehendi queat, nec vnius hominis labor *diplomatum hiſtoriam* dare, et quod iam olim ſuſpicatus ſum, ob concatenatos alios labores promiſſis praeſtitit minora, morte etiam praeuentus fuit. Namque die VI. Martii CIↃ IↃCC XLV. deceſſit. Vitam eius ſcripſit nomine Academiae Iuliae Chriſtianus *Breithaupt*, cui deſignatio ſcriptorum addita. Helmſtadii 4.

I. G. *Fauſt* meditatur in lucem emittere *Manipulum omnis aeui Chronicorum, Diplomatum* etc. Hiſtoriam Germaniae, ius Germanicum et publicum illuſtrantium. Exſpectat bibliopolam, cuius ſumptibus exſcribi poſſit.

In Nouellis litterariis Gottingenſ. a. 1752. p. 946. nunciatum fuit: Der Herr Secretarius *Gleim* iſt beſchäfftiget, eine Sammlung von Urkunden, die zur Halberſtädtiſchen Stiffts-Geſchichte gehören, mitzutheilen.

Ibidem n. 76. declaratur, D. Herm. Georg. *Kron*, Syndicum Reip. Lubec. elaboraſſe Hiſtoriam Saxo-Lauenburgicam diplomaticam. Verba quae l. c. haec pandunt, ſunt ſequentia: Er hat zum Druck fertig liegen, eine Umſtändliche und mit vielen ungedruckten Urkunden erläuterte Geſchichte derer Hertzoge von Sachſen-Lauenburg.

INDEX CAPITVM
BIBLIOTHECAE DIPLOMATICAE.

SECTIONIS I.

CAPVT I.

Scriptores qui rem Diplomaticam in genere illuſtrarunt, nimirum de Origine et antiquitate artis Diplomaticae. pag. 3

CAPVT II.

Scriptores de Materia et forma Diplomatum externa, nimirum de charta, lingua, literis, abbreuiationibus deque atramento. 8

CAPVT III.

Scriptores de Bellis Diplomaticis in genere qui egerunt 12

CAPVT IV.

Scriptores qui Introductiones in rem Diplomaticam, praecipue Germanicam, ac ſingularia ſcripta rei diplomaticae dederunt. 17

CAPVT V.

Scriptores de Formulis, Titulo ac Monogrammatibus Imperatorum, Regum ac Principum. 21

CAPVT VI.

Scriptores de Sigillis. 23

CAPVT VII.

Scriptores de Computo ac Calendario medii aeui. 24

SECTIO II.

DE BELLIS DIPLOMATICIS IN GERMANIA.

CAPVT I.

De Magdeburgicae ciuitatis Diplomatibus. 26

CAPVT II.

De Diplomatibus Treuirenſibus atque Coenobio S. Maximini. pag. 27

CAPVT III.

De Scholis Epiſcopatus Oſnabrugenſis Diplomatica bella. 27

CAPVT IV.

Auctores de Diplomatis dubiis Bremenſibus. 30

CAPVT V.

Diplomaticum bellum in exemptione Coenobiorum Ciſtercienſium in S. R. I. 32

CAPVT VI.

Auctores de Concertatione inter *Ordines Friſiae* Orientalis, et *Principem* de Diplomate Caroli M. ſiue de Friſia Conſulari an. 802. 33

CAPVT VII.

Auctores de Diplomatico bello in Wurtenbergicis. 33

CAPVT VIII.

Auctores belli Diplomatici ſuper Lindauienſi Coenobio. 34

CAPVT IX.

Scriptores Diplomatici belli de iure Antiſtitis in *Argentoratum* an. 1005. 36

CAPVT X.

Scriptores Diplomatici belli de Coenobii *Reichenauenſis* iure in *Vlmam.* 36

CAPVT XI.

Concertatio de *Ottenburenſis* Coenobii libertate; cuius Aduocatiam ſibi adrogat Auguſtanus Epiſcopus. 37

CAPVT XII.

De *Praeſulatus Campidunenſis* Diplomatico bello circa Diploma Caroli M. quo an. 773. immunitatibus Campidunenſes donati et a. 777. curiae officialibus condecorati. 38

CAPVT XIII.

Diplomatica bella *Wirtzburgenſia* et *Bambergenſia* propter *Franconiae Ducatum*, quem Caroli M. Priuilegio vel Pipini codicillo, ſibi deberi adfirmat Wirtzburgenſis Epiſcopus. 39

CAPVT XIV.

De Diplomatico bello *Erffurtenſis* Coenobii S. Petri. pag. 39

CAPVT XV.

De R. *Expeditione Caroli Craſſi*, an. 790. Diplomaticum bellum. 40

CAPVT XVI.

Diplomaticum bellum de formula *Ducatus Brandenburgici* an. 1195. 1197. 41

CAPVT XVII.

De *Horreenſis Coenobii* originibus an. 646. Diplomaticum bellum. 41

CAPVT XVIII.

Auctores de ſuppoſititio Diplomate Comitibus de *Gleichen* ſcriptum a Carolo M. 42

CAPVT XIX.

De Pſeudo-Diplomate Carolino *Aquiſgranenſibus* dato, quod a Friderico I. et II. inſtar veri confirmatum; item de eorundem Wilhelmi Caeſaris Diplom. auctores. 42

CAPVT XX.

De Auſtriacis Priuilegiis quae Iulio Caeſari, Neroni, aliisque Auguſti largitoribus tribuuntur. 43

CAPVT XXI.

Diſputatio de Foedere inter Carolum Regem Galliae et Duces Saxoniae Fridericum atque Willielmum an. 1444. inito. 44

CAPVT XXII.

De Ottonis M. Diplomate Fundationis *Bergenſis* ad Albim Coenobii, bellum Diplomat. 44

CAPVT XXIII.

Diplomaticum bellum de immunitate et exemptione Abbatiae Fuldenſis. 45

CAPVT XXIV.

De Diplomatibus ſuſpectis Ottonis I. II. III. etc. Monaſteriis *Stabulenſi* et *Malmundarienſi*, conceſſis. 46

CAPVT XXV.

Concertatio de Diplomate Ottonis III. Imp. Monaſterio S. Mariae Gandershemenſi conceſſo. pag. 47

CAPVT XXVI.

Diplomaticum bellum de Henrici VII. Romanorum regis Diplomate, a. 1226. in gratiam Praepoſiti Hildesh. conceſſo. 47

CAPVT XXVII.

De Ficto Diplomate quod Romani Pontifices Ludouico Pio Imp. acceptum ferre confitentur, concernens auctoritatem Rom. Pontificis ac ſubiectionem Italiae prouinciarum eius poteſtati. 49

CAPVT XXVIII.

De Concertatione, *Henricum VII. Imp.* ex venenata Euchariſtia diem obiiſſe ſupremum, occaſione Diplomatis, quod Illuſtris Leibnitius in Codice Iuris Gentium Diplomatico adduxit. 50

CAPVT XXIX.

De bello Diplomatico nouiſſimo, quod ob Diplomata quaedam, quae Cl. *Frid. Chriſtoph.* SCHMINCKE in Monumentis Haſſiacis P. II. p. 657 ſq. typis vulgauit, enatum fuit. 51

SECTIO III.

DE TABVLARIIS ATQVE ARCHIVIS, NEC NON DE CANCELLARIIS, item S. R. I. AVLICORVM OFFICIIS AVCTORES. 53

SECTIO IV.

COLLECTORES DIPLOMATVM AC MONVMENTORVM VETERVM. 57

SECTIO V.

HISTORICI QVI RES A SE CONSIGNATAS DIPLOMATIBVS ILLVSTRIORES REDDIDERVNT.

1. In Hiſtoria Eccleſiaſtica, ſigillatim Monaſtica 69
2. In Hiſtoria ciuili, et quidem *Germania ſacra.* 72
3. Ex Hiſtoricis Imperator. Germanicorum. 79
4. Auſtriaci. 81
5 Hungarici. 82

6. Bohemi. pag. 83
7. Boici ſeu Bauariae Hiſtorici. 84
8. Hiſtorici Palatinatus. 85
9. Pruſſiae et prouinciarum Brandenburgicarum Hiſtorici Diplomatici, nimir. Marchionatus, Cliuiae, Iuliae nec non Weſtphaliae, Ducatus Magdeburg. Principatus item Halberſtad. Ducatus Pomeraniae, itemque Sileſiae etc. 86
10. Hiſtorici Saxoniae ſuperioris Dipl. 89
11. Landgrauiatus Thuringici Scriptores Diplomatici. 91
12. Anhaltinae Hiſtoriae Scriptores Diplomatici. 92
13. Hiſtorici Brunſuicenſes ac Luneburgenſes, qui res a ſe conſignatas Diplomatibus illuſtriores reddiderunt. 92
14. Hiſtorici Archiepiſcopatus olim, nunc Ducatus Bremenſis. 100
15. Hiſtoriae Mecklenburgicae Scriptores Diplomatici. 101
16. Scriptores Hiſtoriae Holſaticae Diplomatici. 102
17. Scriptores Hiſtoriae Haſſiacae Diplomatici. 103
18. Scriptores Hiſtoriae Sueuicae Diplomatici. 103
19. Naſſouiae Scriptores Dipl. 104
20. Wurtenbergici. 104
21. Hiſtoriae Alſaticae Scriptores Dipl. 105
22. Hiſtorici Lotharingiae Diplomatici. 105
23. Hiſtorici rerum Friſicarum. 105
24. Principatus Schwartzburgenſis Hiſtorici Dipl. 105
25. Hiſtorici S. R. Imperii Comitum Prouincialium ac Comitum. 106
26. Ordinis equeſtris Hiſtorici Dipl. 108
27. Hiſtorici vrbium quarundam Germaniae particulares, qui diplomata produxerunt. 109
28. Hiſtorici Heluetiae, qui Diplomatibus res a ſe conſignatas illuſtriores reddiderunt. 111
29. Belgae. 112
30. Itali. 115
31. Hiſtorici Sabaudiae Dipl. 120
32. Rerum Sicularum Scriptores Diplomatici. 121
33. Scriptores vrbis et ſtatus Venetiarum Dipl. 121
34. Rerum Genuenſium Scriptores Dipl. 121
35. Scriptores Gallici Dipl. 122
36. Scriptores Hiſpani Diplomatici. 124
37. Hiſtorici Magnae Britanniae Dipl. 125
38. Scriptores rerum Scoticarum Diplomatici. 126

39. Scriptores rerum Danicarum, qui Diplomata in ſubſidium adhibuerunt. pag. 126
40. Rerum Suecicarum, regnique Suecici prouinciarum Scriptores, qui fide Diplomatum ac monumentorum publicorum res a ſe conſignatas firmarunt. 127
41. Scriptores Hiſtoriae Polonicae item Dantiſcanae Diplomatici. 128
42. Scriptores rerum Liuonicarum Dipl. 129
43. Scriptores rerum Ruſſicarum, qui res a ſe conſignatas Diplomatibus, actisque publicis fulciuerunt. 129

SECTIO VI.

RECENSIO QVORVNDAM IVRISCONSVLTORVM, qui res a ſe conſignatas Diplomatibus, ac documentis illuſtriores reddidere ordine Alphabetico. 130

SECTIO VII.

SCRIPTA DIPLOMATICA PROMISSA recenſens. 142

*

Subiiciuntur Ampliſſ. Io. *Heumanni Deſiderata Diplomatica.* 151

DESIDERATA DIPLOMATICA,

Quae Ampliſſimus Ioh. *Heumannus* in Praefatione T. II. Commentar. de Re Diplomatica Imperatorum ac Regum Germanorum inde a Ludouici Germanici temporibus Norimb. 1753. praemiſſa, expoſuit, ſunt ſequentia:

I.

Origines diplomaticae. Non neſcio eos, qui origines et antiquitates artis ſcribendi perquiſiuerunt, vt reliqua literarum monimentorum genera, ita et tabulas reſpexiſſe, reſpexerunt autem magis chartarum externa quam interna, de quibus nos potiſſimum ſumus ſoliciti. et reliqua.

II. *Hiſtoria diplomatica.* Si hiſtoriam diplomaticam dicas hiſtoriam regis, prouinciae, periodi cuiuſdam tabularum fide roboratam: eam hodie non negligenter tractari nouimus. Annalium enim auctores Commentariis ſuis certatim codices diplomaticos adiungunt, ac propemodum erubeſcunt ſine tabulis loqui. Sic hiſtoriam diplomaticam hic non definio, ſed eam enarrare volo, quando diplomata, quo auctore, quibus ex cauſſis condita fuerint, num adhuc valida habeantur an nouum robur acceperint, an in diſceptationem venerint. etc.

III. *Hiſtoria diplomatica eriſtica* ſiue *polemica*, quae vel ad bellum omni rei diplomaticae illatum, vel ad controuerſias ſingulares reſpicit. etc.

IV. *Hiſtoria rei diplomaticae literaria.* Quae generatim in hiſtoria literaria --- obſeruanda: ea quoque in hiſtoria diplomatica literaria exponantur, fata nimirum artis ipſius, librorum, auctorum, adiutorum notitia. etc.

V. *Theſaurus diplomaticus.* vide hic celeberr. auctor. in praefat. p. VII.

VI. *Bibliotheca diplomatica* adiuuat bibliognoſian diplomaticam, ac propterea ad hiſtoriam Diplomatices litterariam pertinet, ſi bibliothecae ideam notiorem retineas, quae ſi paululum dilatetur, libros etiam indicabit, in quibus diplomata euulgantur. etc.

VII. *Index diplomaticus*, quem et Repertorium ſiue Regeſta diplomatica dixeris, cuiuſmodi opus vtiliſſimum adhuc exſpectatur. Et reliqua.

VIII. *Diplomatica Imperatorum* et *Regum Germaniae* ab Clariſſ. auctore explanabitur.

IX. *Diplomatica Regum Romanorum* pariter Cl. auctoris ſtudium ac

X. *Diplomatica Vicariorum Imperii R. German.* extremam manum auctoris exſpectat.

SYLLABVS
ITERATAE EDITIONIS
CLAVIS DIPLOMATICAE.

Iohannis Mabillonii, Commentatio de variis Scripturarum veterum generibus, quae in opere ipſius diplomatico conſtituit. pag. 155

Burcardi Gotthelfii Struuii, diſſertatio de criteriis manuſcriptorum. 168

Dan. Eberh. Baringii, obſeruatio de ſignificatione litterae C. quae in ipſa diplomatum antiquorum fronte poſita cernitur; itemque de illo C. quod diſtinctionis gratia in codicibus manuſcriptis ab initio ponebatur: cum tabula. 186

Alphabeta varia XXVII. tabulis aeneis inciſa.

Compendia ſcribendi medii aeui: Compendia vocum, quae ſigillatim in manuſcriptis Sec. XIII. XIV. XV. et XVI. occurrunt: et Characteres et Specimina nonnulla ſcripturae inde a Seculo VIII. vſque ad Sec. XIII. occurrunt et omnia XXIV. tabulis aeneis exhibentur.

Notariorum veterum Signa quam plurima, vna cum alphabeto inſtrumenti et abbreuiaturis annis 1345. 1358. 1377. 1382. 1385. 1389. 1394. 1395. 1435. 1438. 1443. 1470. 1471. 1501. 1510. 1515. et 1521. ſcripta. XVIII. tabulis aeneis exhibita.

Ioh.

Ioh. Wilh. de Goebel, diſſertatio de notariis. pag. 197

Dan. Papebrochii, Propylaeum antiquarium circa veri ac falſi diſcrimen in vetuſtis membranis. c. fig. 229

Ioh. Nic. Hertii, diſſertatio de fide diplomatum Germaniae Imperatorum et Regum. 325

Thomae Rudimanni, Schediaſma de vtilitate diplomatum ciuili et hiſtorica. 369

Ioh. Gottl. Krauſe, programma de vſu diplomatum Conradi I. Germaniae Regis. 380

Ioh. Wilh. Waldſchmidt, diſſertatio iuris publici de probatione per diplomataria. 391

Diplomatarium miſcellum, res potiſſimum Saxoniae inferioris illuſtrans. 465

Index totius operis.

I.

IOHANNIS MABILLONII COMMENTATIO

DE

VARIIS SCRIPTVRARVM VETERVM GENERIBVS, QVAE IN OPERE IPSIVS DIPLOMATICO CONSTITVIT

Lib. I. Cap. XI.

I.

Ante inuentam ſcripturam, *primi per figuras animalium Aegyptii ſenſus mentis effinxiſſe* dicuntur, Tacit. Annal. Lib. II. Num.14. *et litterarum ſemet inuentores perhibent. Inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intuliſſe Graeciae, gloriamque adeptos, tanquam repererint, quae acceperant.* Quidquid ſit de hoc Cornelii Taciti loco, varia ſubinde fuerunt apud veteres Latinos ſcripturae genera, variaeque ſpecies ac formae. Alius quippe ſcribendi modus obtinuit apud Romanos, alius apud alias nationes. Pro hac nationum diuerſitate totidem fere ſcribendi modos enumerare licet, immo vnius cuiusque nationis varios pro temporum varietate. Quatuor ſcripturarum genera enumerari ſolent, Romana vetus, Gothica, Anglo-Saxonica, et Langobardica. Sed adaequata non eſt ea diuiſio, cum ad illa genera omnes ſcripturarum ſpecies, quae in vetuſtis libris ac monumentis nobis reliquae ſunt, reuocari non poſſint. Varios earum modos effingi curauit ſuperiori ſaeculo

Iohannes Baptiſta Palatinus Romanus, nempe Cancellareſcam Romanam, itemque mercatoriam Romanam, Florentinam, aliasque, ſcripturam bullarum apoſtolicarum, litteram Neapolitanam, rognoſam (quam vocant) inciſam, Notareſcam, Franciſcam, Hiſpanicam, Langobardicam, Flamandicam, Teutonicam ſeu Tudiſcam, aliaſque fere arbitrarias. Conſimiles exprimi curauit eodem tempore quidam Venetus. Verum haec fere omnia ſcripturarum genera recentiorum ſunt temporum, non antiquiorum, de quibus hic inquirimus. Hoc conſilium ſuſceperat regnante in Gallia Carolo IX. Petrus Hamon, regii cubiculi Notarius, qui ex variis Bibliothecis et Archivis varia ſcripturarum ſpecimina peritiſſime expreſſit. At opus ſuum imperfectum, neſcio quo caſu, reliquit, et pauca Latinorum alphabeta et ſpecimina depinxit, quae nec in publicos vſus venerunt. Rem exſecutus dicitur Iacobus Bonauentura Hepburnus a), qui tabulam Romae anno MDCXVI. cum priuilegio ſummi Pontificis et ſuperiorum facultate a Philippo Thomaſio in aere ſculpi et excudi curauit ſub hoc Titulo: *Virga aurea, ſeptuaginta duobus encomiis B. V. Mariae caelata, auctore F. Iacobo Bonauentura Hepburno Scoto: in qua ſeptuaginta duo diuerſiſſimorum characterum continentur alphabeta, totidem emblematis decorata.* Hanc tabulam mihi videre non licuit: ſed ſi quid ex Wormio, apud quem haec legi, intelligo, Orientalium partim, partim Latinorum recentiorum ſunt eiuſmodi alphabeta. Integrum proinde reſtat de antiquis argumentum, quod rudi licet minerua explicare nobis incumbit.

II. Ex praemiſſis omnibus ſcripturae generibus, ad propoſitum noſtrum pertinent quatuor dumtaxat priores ſpecies, nempe Romana vetus, Gothica, Langobardica et Saxonica. Romana illa obtinuit aureis ſaeculis apud Romanos, et Italos, viguitque ad ſaeculum V. quo tempore cum Gothi Italiam ſub iugum ſuum adduxiſſent, etiam Gothicis litteris Romanas aliquantiſper vitiarunt. Tum ſaeculo VI. Langobardis in Italiam effuſis, ſucceſſit Langobardica ſcriptura ad communem vſum. Romana illa ſic corrupta in libris deſcribendis aliquamdiu viguit, nempe ad ſaeculum VIII. nam poſt id tempus Romana ad ſolos ferme librorum titulos reſeruata eſt, exceptis nonnullis libris ad pompam deſcriptis in gratiam principum perſonarum. Sic ergo Langobardica obtinuit apud Italos ad ſaeculum XII. quo ex tempore in politiorem illum modum ſenſim deducta eſt, quo nunc eſt Romana recentior. Haec apud Italos.

III. Gothica vſi ſunt in Hiſpania Veſigothi: Saxonica Britanni ſeu Anglo-ſaxones. At quo genere Galli, Germani, et alii populi Septemtrionales?

Gallis

a) Wormius de litteratura Runica Cap. 6. pag. 47.

Gallis Scripturae genus proprium ante Francorum aduentum fuiſſe conſtat, ſicut idioma. Sed ex illis temporibus nulla nobis relicta ſunt monumenta, praeter nonnullos titulos ſepulcrales, ex quibus priſcum Gallorum alphabetum eruere tentauit Boterouius in ſuo libro de re monetaria. Hoc alphabetum, quodcumque illud eſt, ſuo loco exhibebimus. Poſt Francorum in Gallias acceſſum Galli duplici ſcripturae genere vſi videntur, altero Romano, quale in plerisque vetuſtioribus codicibus reperitur: altero minutiori in diplomatibus et quibuſdam libris conſcribendis, quod vniforme vbique in diplomatis et chartis ſub Merouingica ſtirpe fuiſſe obſeruauimus. Hanc ſcripturam *Francogallicam* ſeu *Merouingicam* appellare licet, quae *barbara* iam dudum ob litterarum aſperitatem ac difficultatem dicta eſt. Haec paullatim politior euaſit Carolinis temporibus, quibus duae maxime ſcripturae ſpecies apud noſtrates obtinuerunt: vna ad Italicae noſtrae formam accedens, qualis in diplomatibus Caroli M. nonnullis, omnibus Ludouici Pii et Caroli Calui deprehenditur: quae ob id *Carolina* appellari poteſt, altera, in libris deſcribendis et ſynodicis litteris adhiberi ſolita, quae a minutae Romanae forma paullum recedit. Haec de Gallis. Apud Danos vero *Runica* ſcriptura inualuit, diſtincta a Gothica illa, quam Vlfilas Gothorum Epiſcopus adinueniſſe memoratur, tametſi Runica dicta eſt Gothica, propterea quod Getae ſeu Gothi ea vterentur ante et poſt Vlfilanas. Denique Germanos Gothicis primum aſſueuiſſe litteris veriſimile eſt: deinde iiſdem illis, quibus Francos noſtrates vſos fuiſſe diximus, donec tandem Teudiſcam ſeu Teutonicam ſibi propriam inſuper inuenerunt. Aliter ſentit noſter Genebrardus, qui ad annum Chriſti CCCCXXVIII. haec memoriae prodidit: *Diſciplinarum capaces cum non eſſent Germani, ab octingentis annis dumtaxat, id eſt a Carolo M. vt ipſimet aſſirmant, ſuam linguam coeperunt litteris exſcribere, et cum Chriſtiana religione muſas excipere, vt non ſit quaerendum, quibus hoc tempore tum ibi litteris vterentur. Litterarum ſecreta, inquit Tacitus, viri et feminae pariter illic ignorant.* Hanc Genebrardi ſententiam reiicit Olaus Wormius in libro de Runica litteratura, cuius litteraturae apud Danos vſitatae monumenta haud pauca, quae ſexcentis ferme annis ante Caroli M. tempora litteris patriis, hoc eſt Runicis, ſunt exarata, refert. Sed tamen Genebrardi coniecturam firmat Otfridus monachus, qui in praefatione ad Euangeliorum verſionem Theotiſcam, *Lingua haec*, ait, *veluti agreſtis habetur, dum a propriis nec ſcriptura, nec arte aliqua vllis eſt temporibus expolita.* Ita ille ante annos octingentos. Sed haec facile conciliari poſſunt, ſi dixeris: Germanos ante Bonifacii Epiſcopi et martyris Caroli que Magni aetatem, plus armis dediſſe operam, quam litteris ac ſtudiis: tametſi nonnulla ante id tempus ediderunt monumenta litteraria, qualia ſunt Danica a Wormio relata, ſed maxime ar-

genteus codex Euangeliorum quondam Coenobii Werthinenſis, Gothicis litteris ante annos mille exaratus, quem Franciſcus Iunius protulit in lucem. Haec breuiter ob oculos poſita, nunc paullo accuratius per partes explicanda ſunt.

IV. A Romana incipiendum, quae duplex erat: Vna conſtabat litteris maiuſculis, quae *vnciales*, (quoniam vncia, id eſt pedis duodecima parte conſtabant) item *cubitales*, *grandes*, *quadratae* ab antiquis appellatae ſunt. Alia conſtabat minoribus litteris, licet eiuſdem eſſent formae cum vncialibus, ſed non eiuſdem magnitudinis. Hinc *minutae* litterae apud veteres dictae, immo (vt quibuſdam placet) *minutiſſimae* et *rotundae*, quae ſcilicet ob celeriorem ſcriptionem non tanta arte, nec tanta mole conformatae erant. Hanc Romanae ſcripturae differentiam colligo ex ſancti Hieronymi praefatione in Iob, vbi vnciales litteras opponit iis, quas ipſe in ſchedis ſuis conſcribendis adhibebat. Verba eius ita habent: *Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) litteris onera magis exarata quam codices: dummodo mihi meisque permittant pauperes habere ſchedulas, et non tam pulcros codices, quam emendatos.* Erant ergo Hieronymi ſchedulae non auro argentoque illuſtratae: non vncialibus exaratae litteris, ſed minoribus Romanis, eiuſdem tamen formae cum vncialibus. Certe definitam fuiſſe vncialium quantitatem aperte indicat Lupus Abbas Ferrarienſis in epiſtola V. ad Eginhardum. *Praeterea ſcriptor regius Bertcaudus dicitur antiquarum litterarum dumtaxat, id eſt* videlicet *earum quae maximae ſunt, et vnciales a quibuſdam vocari exiſtimantur, habere menſuram deſcriptam. Itaque ſi penes vos eſt, mittite mihi eam per hunc quaeſo pictorem cum redierit, ſchedulâ tamen diligentiſſime munitâ.* Ex his duo inferre licet: primum, vncialium certam fuiſſe menſuram certumque modum, id eſt vnius vnciae contra Allatium [b]), qui vnciales, *cubitales*, *grandes*, *quadratas*, ſynonymis verbis dictas putat, quantumuis minutae eſſent. Alterum vnciales eiuſmodi litteras Carolinis temporibus minus vſitatas fuiſſe, cum eas *antiquas* vocet Lupus, earumque menſuram ignorauerit. Caeterum operoſa haec vncialium litterarum ſcriptura non erat vſui paſſim, ſed tantum in inſcriptionibus librisque deſcriptis ad pompam, quorum plerique aduerſa dumtaxat, non auerſa parte exarati erant. At minuta Romana vetus adhibebatur communiter ad deſcribendos codices, quales hactenus multos prae manibus habemus, ex quibus ſpecimina ſuo loco profeſerenda ſunt. Tale erat (vt puto) volumen illud *maximum et admirabile veteris et noui Teſtamenti, litteris maiuſculis exaratum, quod Pius II. Pontifex cupide*

b) Allatius in antiq. Etruſc. pag. 58.

cupide vidit c), in monaſterio ſancti Saluatoris a Rothari aedificato, quod in Abbatia opido agri Senenſis exſtat. Haec duo ſcripturae genera viguerunt maxime apud Romanos vſque ad quintum Chriſti ſaeculum. Sane qui nobis ante annos mille relicti ſunt veteres libri, ſecundam ſcripturae formam (quae vncialis vulgo, ſed perperam dicitur) paſſim repraeſentant, ſaeculo VIII. paene obſoleta. In titulis tamen ſcribendis ſubinde adhibita eſt, aliquando etiam vncialis, tametſi a veteri paullulum diuerſa. Priſcam illam tantiſper immutauit Claudius, qui *nouas litterarum formas addidit*, nempe *tres litteras*, *quae vſui imperitante eo*, *poſt obliteratae* ſunt, auctore Cornelio Tacito d). Deinde littera P quae inſtar Π graeci efformari conſuerat, retorto ductu ad morem noſtrum efficta eſt: tum ex Gothorum alphabeto quaedam litterae, poſtquam Gothi in Italiam aliaſque Romanae ditionis regiones effuſi ſunt, in Romanum commigrarunt vice aliarum. Hae litterae A, E, G, H et V quadratum: quibus adde P et Q, quae in corrupto illo Romano charactere infra aliarum ordinem deſcendere ſolent.

V. Sed praeter illa duo Romanae ſcripturae genera videtur aliud tertium in vſu, ſaltem inclinante imperio fuiſſe, nempe minuta ſcriptura diuerſae non ſolum magnitudinis, ſed etiam formae ab vnciali, qualis erat ea, quae hominum forenſium erat. Id facile mihi in animum inducit tum compendioſa ſcribendi ratio, quam homines ſectari ſolent: tum teſtamentum Iulii Caeſaris, minutis hiſce litteris ſcriptum, an transſcriptum, cuius fragmentum Petrus Hamon, Caroli IX. ſcriba mox laudatus ex corticeo inſtrumento Bibliothecae regiae delineauit, noſque inter ſpecimina noſtra referemus. Et quidem ſaeculo V. ac VI. quibus ſaeculis Romana maiuſcula ſecundae ſpeciei vſitata erat in libris, minutiſſimae litterae in ſcribendis publicis inſtrumentis receptae erant, vt ex Merouingicis noſtris aliiſque intelligitur. Adde clauſulam ab incerto quodam libris Hilarii de Trinitate ſubiunctam in codice eccleſiae Vaticanae, quae clauſula minutiſſimis litteris ſcripta eſt anno XIV. Traſamundi Regis, id eſt anno Chriſti DX. Simile apud Romanos obtinuiſſe minutiſſimae ſcripturae genus veriſimile eſt, qualem ſcilicet *minutiſſimam* vocat Plautus in Bacchide, Cicero apud Plinium e), Seneca in epiſtola XCV. Sic Euagrius Ponti *eleganter ſcribebat celerem characterem*, teſte Palladio f), quod quamquam de Graeco dictum, ſane in Romanum etiam pari ratione deriuari poteſt. Eo characteris genere ſcriptam fuiſſe exiſtimo Caligulae legem referente Suetonio g), *minutiſſimis litteris*, *et anguſtiſſimo loco*, *vti ne cui deſcribere liceret.*

VI. Lit-

c) Gobelin. comment. de Pio II. Lib. 9. init.

d) Tacit. Lib. II. n. 13. et 14.

e) Plin. Lib. 7. C. 21.

f) Pallad. Cap. 86.

g) Sueton. in Calig. num. 41.

VI. Litteris Romanis ſubiicere licet Notas illas compendioſas, quas Tiro Ciceronis libertus excogitaſſe perhibetur. Earum indicem habet Gruterus in fine voluminis inſcriptionum, qualem habet vetus codex, qui nunc eſt Bibliothecae Illuſtriſſimi Iohannis Baptiſtae Colberti, antea Thuaneae. Exſtat etiam apud nos liber pſalmorum antiquus his notis deſcriptus: exſtant et alibi nonnulli eiuſdem ſcripturae de qua haec dicta ſufficiunt.

VII. Iam venio ad antiquiſſimum genus Runicae ſcripturae, quam commentariis ſuis fuſe explicauit Olaus Wormius tum in Faſtis Danicis, tum in Monumentis item Danicis, ſed maxime in libro de Danica litteratura, Hafniae edito MDCXXXVI. Hoc in libro recte docet [h]), Danos earum litterarum eſſe inuentores, quas ſic dictas exiſtimat a *Rynner* voce priſca et natiua, ſulcos ſignificante, quos cum elementorum ductus „lapidibus et cautibus inciſi „aemulentur, non incommoda, ſed eleganti metaphora eo vocem transtule„runt Dani, ac litteras ſuas *Runer* vocarunt, eum ad modum quo Romani „exarandi vocabulo vſi ſunt ad ſignificandam ſcripturam. Runicas vero lit„teras praeterea nuncupari myſticas et occultas, tum quod ab aliarum gen„tium litteris mira diſcrepant inſolentia: tum quod in occultis ſuis ſcientiis, „puta magicis et praeſtigiatoriis, (quibus Borealis illa mundi pars prae caete„ris pollet et polluta eſt) huiuſmodi characteres maxime claruere. Denique „dictas etiam Gothicas [i]), quoniam a Gothis vſitatae ante Vlfilanas.„ De Runicis litteris loquitur Venantius Fortunatus [k]):

> Barbara fraxineis pingatur Runa tabellis:
> Quodque papyrus agit, virgula plana valet.

Dani quippe lignis non tantum fagineis, ſed et fraxineis, immo oſſibus et cornibus epiſtolas ſuas mandare ſolebant. De his litteris intelligendus eſt Rabanus in libello de inuentione linguarum. *Litteras*, inquit, *quas vtuntur Marcomanni, quos nos Nordmannos vocamus, infra ſcriptas habemus, a quibus originem qui Theodiſcam linguam loquuntur, trahunt, cum quibus carmina ſua incantationesque ac diuinationes ſignificare procurant, qui adhuc paganis ritibus inuoluuntur.* Ex his Runicis quatuor illas litteras: quas Chilpericus Francorum Rex vulgaribus addidit [l]), acceptas fuiſſe Wormius [m]) cenſet contra Gerardum Voſſium in libro nono de Grammatica, qui ex Aimoino haſce litteras, ſcilicet Ω, Θ, Φ, X, ex Graecis mutuatas aſſerit. Sed eas ab Aimoino corrupte ſcriptas Wormius contendit ex Gregorio Turonenſi.

Qui

h) Worm. Cap. I.
i) Ibid Cap. 4.
k) Fortunat. Lib. 8. Epigr. 18.
l) Gregorius Tur. Lib. 5. Cap. 45. et Aimoin. Lib. 3 Cap. 41.
m) Worm. de Literat. Runica c. 9.

Qui Gothicas litteras cum Runicis, (quae et Gothicae a gente aliquando appellatae) penitus confundunt, facile reuincuntur ab Olao Wormio, qui monumenta Runica vulgauit a primis Chriſti ſaeculis lapidibus inſculpta, longe ante Vlfilam Gothorum Epiſcopum Arianum, quem circa tempora Valentiniani et Valentis Imperatorum vixiſſe teſtantur Socrates [n]) Scholaſticus, Sozomenus [o]) aliique. Hoc porro diſcrimen ob oculos poſuerunt Olaus Wormius et Franciſcus Iunius: quorum ille Runicam litteraturam diſerte explicauit: hic Gothicum alphabetum cum Runico contulit in praefatione ad codicem argenteum, in quo liber Euangeliorum Gothicis litteris argenteis deſcriptus eſt. Huius codicis fragmentum antea expreſſerat Ianus Gruterus [p]) vir ſummus; idemque in egregio illo inſcriptionum opere peregrina quaedam elementa exhibuit [q]) ex aeneis tabulis octo Eugubii in Vmbria repertis: quarum vna litteris (vt ipſi viſum eſt) Graecis inuerſis, linguaque (vt quidam autumant) Aeolica; reliquae vero litteris quidem Latinis, ſed lingua (vt putatur) Etruſca conſcriptae ſunt.

VIII. Verum hae longe minus ad inſtitutum noſtrum pertinent, quam ſcripturae Francogallica et Langobardica, de quibus modo agendum eſt; nam Saxonicae, quae Gothicae affinis, iam ſatis explicata notitia eſt apud Iunium et Abrahamum Whelocum, qui Abrahamus nobis Bedae hiſtoriam Saxonice ab Alfredo redditam, e regione Latinae verſionis exhibuit. Iam vero in diſtinguendis Langobardicis elementis diu multumque me haeſiſſe fateor, quoniam auctores, qui de his certa tradiderint, non inueniebam. Occurrebat quidem Gerſonis locus de hoc ſcripturae genere [r]): *Littera ſit legibilis, ſit punctuata, ſit purgata, qualis eſt Lombardorum, non inuoluens ſe tractibus ſuperfluis* etc. Sed id ab eo dictum exiſtimo de ſcriptura tunc temporis apud Lombardos vſitata, quae ad Italicam noſtram accedebat, non ad veterem illam Langobardicam, quae non ita *legibilis eſt aut purgata*, adeo vt Gregorii VII. diploma, Langobardicis litteris ſcriptum pro coenobio ſancti Michaëlis in Piceno, Vincentius Borghimius Latinis *characteribus legibile reddiderit* Camaldulenſibus, referente Auguſtino monacho [s]) in hiſtoria Camaldulenſi. His ambagibus nonnihil lucis afferebat Salmaſius [t]), qui locum Varronis emendat, in quo legitur *inceptis rebus* pro *incertis:* cuius emendationis hanc reddit rationem, quod p et r *in charactere, quem vocant Longobardicum, quo plerique libri veterum ſcripti reperiuntur, ſcriptura plane affines ſint.* Verum

n) Socrat. Lib. 4. C. 33.
o) Sozom. Lib. 6. Cap. 37.
p) Grut. inſcript. pag. CXLVI.
q) pag. CXLII.
r) Gerſon. de laude ſcript. conſid. 9.
s) Auguſtin. Florentin. lib. 2. part. poſt. cap. 9.
t) Salmaſius de modo vſurar. pag. 699.

rum id etiam in Saxonico animaduertere licet. Scioppius etiam in libro de re critica veteres libros charactere paſſim Langobardico ſcriptos eſſe exiſtimat. Sed tandem huiuſce characteris formam didicimus tum ex bullis apoſtolicis antiquorum Romanorum Pontificum, tum ex ſententia Eminentiſſimi Cardinalis Caſanatae, qui me ab hac inquiſitione releuauit, ſubmiſſa charta Leonis Archiepiſcopi Rauennatis in exemplum characteris Langobardici, de quo ſollicitus eram. Acceſſit etiam Iohannis Palatini ſpecimen veteris ſcripturae Langobardicae, quae aliquanto quidem aliis diſſimilis eſt, quoniam haec ſcriptura formae paullo diuerſae fuit pro temporum diuerſitate, immo pro ſcriptorum conditione. Alia quippe hominum forenſium, alia litteratorum paſſim ſcriptura, tametſi vnius generis. Id ſpecimina noſtra probant. Perſeuerauit hoc ſcripturae genus apud Italos ad ſaeculum XII. vt patet ex bulla Paſchalis II. Dionyſianis monachis conceſſa, tum ex Bibliotheca Caſinenſi, in qua opuſcula Guaiferii charactere Langobardico ab annis circiter ſexcentis exarata habentur, teſte Iohanne Baptiſta Maro [u]) et Vghello [x]).

IX. Iam tandem veniendum eſt ad noſtram Francogallicam, quae varia fuit, vt apud alias nationes, pro ratione temporum. Qualis ſub triplici Regum noſtrorum ſtirpe fuerit, rectius docent ſpecimina, quam verba. In diplomatis Merouingicis vniformis vbique ſeruatur, omnino conſimilis ei, quae exſtat in MS. codice noſtro peruetuſto Hieronymi et Gennadii de ſcriptoribus eccleſiaſticis. Ex eo Codice expreſſimus ſpecimen vnum, ſimulque alterum ex MS. hiſtoria Gregorii Turonenſis, qui quondam fuit Bibliothecae Corbeienſis, modo venerabilis viri Claudii Iolii Cantoris eccleſiae Pariſienſis, a quo illam commodato accepimus. Hunc codicem vidit, ac cum editis contulit vir diligentiſſimus Hadrianus Valeſius, qui de eo ita praefatur in tomum ſecundum rerum Francicarum. *Hic Corbeienſis codex vna cum praefatione nomen auctoris ac titulum operis praefert: verum ſi initia librorum excipias, litteris plane Barbaricis mediocrisque magnitudinis ſcriptus eſt, ita inter ſe connexis, et per quaedam notarum compendia pluribus expreſſis, fere vt lectori ſit diuinandum.* Nec mirum, ſi viro doctiſſimo tam inſolens viſa eſt iſtius ſcripturae forma: cum Monachus anonymus, qui Chronicon ſancti Michaëlis [y]) agri Virdunenſis ſcripſit ſaeculo XI. fateatur, Wlfoaldi Comitis, eius loci conditoris (qui ſub poſtremis Merouingicis Regibus vixit) teſtamenta ita iam tum *vetuſtate confecta*, fuiſſe, vt *vix niſi reſcriptorum adminiculo legi non potuerint*. Idem ſaeculo X. conteſtatus eſt vetus auctor Gallus, in libello

u) Marus in Cap. 29. Petri Diac. de vir. illuſtr. Caſin.

x) Ital. ſacr. tom. 7. Col. 1372.

y) Analect. Tom. 2. pag. 34.

libello de geſtis ſancti Beregiſi Abbatis [z]) Andaginenſis, vbi eiuſmodi ſcripturam *barbaricam* vocat, quae pro difficultate vix legi queat. Nam agens de charta donationis, Andaginenſi eccleſiae factae Theoderico Rege, infit: *Cum ergo hanc diſcuterem, et pro difficultate barbaricae ſcripturae non facile penetrarem; aduerti tandem in vltimo, quod ipſa proponebat, in quinto anno Theoderici Regis editam fuiſſe.* Quo minus mirandum, ſi nobis qui longius ab illis temporibus diſtamus, difficilis et barbarica haec ſcriptura videatur, quae Merouingicis familiaris fuit. In peruetuſtis tamen illis codicibus, qui hoc Merouingico charactere ſcripti erant, tituli librorum et primi aliquando verſus Romanis litteris ſcripti ſunt. Neſcio an hoc characterum genere exaratae fuerint. Plinii iunioris epiſtolae in illo codice, de quo agit Aldus Manutius in epiſtola ad Aloiſium Senatorem Venetum: qui in Galliam legatus, inde in Italiam reportauit Plinii epiſtolas *in membrana ſcriptas, atque adeo diverſis a noſtris characteribus, vt niſi quis diu aſſueuerit, non queat legere.*

X. Prima ſtirpe exſtincta Carolus Magnus litteras expolire coepit, aut certe iam tantiſper expolitum ſcripturae genus aut Merouingicum in elegantiorem formam commutauit, quae principio nonnihil Merouingici characteris habebat intermiſtum; at ſubinde politior effecta, in eam tandem formam euaſit, quae hactenus minuti Romani accepiſſe videntur. Aliud item ſcripturae genus, ad Italicum prope accedens, Carolinis illis temporibus in vſu fuit, maxime in diplomatis a Ludouico Pio longiores et politiores effectae ſunt. Denique Carolini Reges Romanum characterem maiorem in priſtinam illam aureae aetatis formam proxime reuocarunt. Harum omnium, de quibus hactenus dictum eſt, ſcripturarum alphabeta et ſpecimina ſuo loco exhibebimus.

XI. His expoſitis inquirendum eſt, qualem ſcripturae modum in ſcribendis diplomatibus paſſim adhibuerint Franci Merouingici; qualem deinde Carolouingi, ac qualem demum Capeuingi ſupra annos quadringentos: tum de aliis Latinorum nationibus idem inueſtigandum.

Scriptura diplomatum non ſemper aeſtimanda eſt ex ſcriptura veterum librorum. Vnum quippe ſcripturae genus, et quidem ſatis vniforme, in ſcribendis diplomatis et Inſtrumentis adhibitum eſt, nempe Francogallica ſeu Merouingica (ſic appello) ſcriptura, vt ex variis ſaeculi ſeptimi autographis intelligimus. At in vetuſtis eius aetatis libris ſaepius Romana maior occurrit, quam illa Merouingica, quae tamen in nonnullis codicibus deprehenditur. Talis eſt codex Corbeienſis Hieronymi et Gennadii libros de ſcriptoribus ec-

z) Saec. 4. Bened. part. I. pag. 294.

cleſiaſticis; talis etiam codex Iulianus, priores Gregorianae hiſtoriae libros ſex complectens. Temporibus item conſequentibus fere ſemper aliqua interceſſit diuerſitas inter ſcripturam amanuenſium vulgarium, et hominum forenſium, ſeu Notariorum publicorum, praeterquam in litteris ſeu chartis ſynodicis ſub ſecunda ſtirpe editis, quae minuto Romano charactere in libris tunc vſitato exaratae ſunt. Vnde ad dandam veterum ſcripturarum notionem, vtriuſque generis, id eſt chartarum ac librorum, ſpecimina per ſingulas aetates diſpoſita repraeſentare viſum eſt, vt ad hoc argumentum illuſtrandum, quidquid in nobis erit, conferamus.

XII. In diplomatibus Regum primae ſtirpis verſus primus litteris initialibus non ita preſſim coaceruatis et in longum diductis deſcribi ſolet, ac in ſecunda ſtirpe. Hic autem verſus continet fere nudum Regis nomen cum vulgato elogio in hunc modum: CHLODOVIVS REX FRANCORVM VIR INLVSTER, quae verba paſſim non pertingunt ad finem membranae ſeu lineae, cuius ſpatium vacuum plerumque relinquitur. In diplomate tamen quodam Theoderici Regis, Chlodouei filii, tota quanta eſt membranae longitudo litteris eiuſmodi initialibus deſcribitur: et in Placitis non raro primus verſus integre abſoluitur litteris ſenſim imminutis. Poſt inſcriptionem ſubſequitur diplomatis tenor minutioribus litteris Francogallicis vſque ad finem contextus: dein litteris maiuſculis Rex ſubſcribit, et e regione Cancellarius; aut certe ſub eo, ſi membrana ſit anguſtior. Attamen non raro ſolus ſubſcribit Referendarius, aut Cancellarius, ſeu Notarius in rebus minoris momenti, vt in litteris commutationum, et minorum cauſarum Placitis. Papebrochius ſancti Maximini diplomatis Dagobertini auctoritate adductus exiſtimat, maiores litteras (quas vnciales vocat) initio diplomatum ac fine in prima ſtirpe non fuiſſe in vſu, ſicut in ſecunda. At pauca inuenias Merouingica monumenta, quorum primus verſus et ſubſcriptio regia exarata non ſit maioribus litteris, nomina ſua ſcribunt Theodericus Chlodouei ſecundi filius, ac Childebertus tertius, vt ſpecimina noſtra probant. Cancellarii nomini ac ſigno poſt aliquod interuallum adiicitur regium ſigillum, Regis praeferens imaginem non in latus conuerſam, vti mos fuit ſecundae ſtirpis Imperatorum ac Regum; ſed rectam aut ſupinam, cum circulari epigraphe ſeu inſcriptione Romanis characteribus expreſſa, quae ſolum Regis nomen continet hoc modo: + CHILDEBERTVS REX FRANCORVM. Denique in fine, videlicet in infima marginis ora, minutioribus, vt in contextu, litteris adiiciuntur chronologicae notae, et loci deſignatio in quo diploma ſcriptum eſt; quod totam membranae latitudinem adaequare ſolet, vocabulis ac ſyllabis plerumque ob id diſparatis. Carolo M. ſed maxime Ludouico Pio imperante, initiales litterae ductiles et magis oblongae inuectae ſunt, totam membranae lon-

longitudinem adaequantes: eodemque ſcripturae genere, ſed non ita oblongo pinguntur, nomina Regis et Cancellarii in ſubſcriptione, praeterquam in paucis, vt Hirminmaris Notarii ſpecimen docet.

XIII. Regnante Carolo Magno ſcriptura Francogallica vſualis paullatim (vt mox dicebam) immutari coepit, et in politiorem modum euadere primum ſub Carolo M. dein ſub Ludouico Pio, ac demum ſub Carolo Caluo promiſcue adhibita eſt Romana minutior, et Carolina quaedam, quae ad Italicam noſtram quodammodo accedit: illa quidem in eccleſiaſticis chartis atque libris a principatu Ludouici Auguſti, haec vero in regiis etiam diplomatis ſub Carolo Caluo vſque ad Carolum Simplicem: poſt quem illa Carolina ſenſim obſoleſcente, ſeruata eſt Romana, ſi tamen Romana dici poteſt, vtpote longis ductibus ſaepius foedata, vt in littera *o* aliiſque maxime ſub Lothario Rege. Ineunte Capetiorum principatu paullatim reſtitui coepit, retentis tamen ſinuoſis et oblongis litterarum ductibus, qui in libris MSS. non ita frequentes occurrunt. Idem fere ſcripturae modus viguit in diplomatis ad S. Ludouicum, in quo conſiſtimus. Etſi vero ſub primis Carolinae ſtirpis Regibus contextus diplomatum Francogallicis litteris exaratus ſit: alio tamen paſſim charactere inſtar Romani minutioris; aliquando maiore, vt in diplomate Odonis Dionyſiano, ſcripta eſt *Data*, id eſt chronologica nota, in membranae margine inferiori. Caeterum in Cancellaria (quod maxime obſeruandum) vniformis ferme ſcriptura pro tempore ſeruatur, id eſt in Regum diplomatibus; ſecus in chartis priuatis, quae a plebeiis Notariis ſcriptae ſunt.

XIV. In libris deſcribendis non defuit etiam ſua ſcripturae mutatio; nam vſque ad ſaeculi VI. finem, immo ad medium ſeptimum, apud Francos veteris ſcripturae Romanae perennauit vſus; tum quae in diplomatis per id tempus obtinuerat Francogallica, in artem etiam librariam propagata eſt. Poſt haec paullatim (vt fit) inuectus eſt nouae ſcripturae Romanae modus, quo vſi ſunt librarii plerique, tametſi vſque ad Caroli Calui principatum ſcriptura Francogallica ab aliis nonnullis ſeruata eſt, Langobardica a paucis, vt patet ex ſubſcriptionibus ſynodi Sueſſionicae, quas inferius exhibebimus. In nonnullis tamen codicibus ad pompam ſcriptis adhibita eſt ſcriptura Romana maior: qualis exſtat in praeclaro libello precum Caroli Calui, aureis litteris maioribus exarato, qui modo ſeruatur in Bibliotheca Colbertina.

XV. In ſcribendis vero tum diplomatibus, tum libris, poſt auream Latinorum aetatem, qui ſingula vocabula ſingulis punctis diſtinguebant; nulla fere verborum diſtinctio a Notariis facta eſt vſque ad Carolum Magnum, qui procurante Alcuino punctorum diſtinctiones vel ſubdiſtinctiones reſtituit. Hoc in negotio Princeps piiſſimus adhibuit Paulum Warnefridi et Alcuinum Diaconos peritiſſimos, in quibus ille homilias per annum legi ſolitas, et ali-

quot Auguſtini epiſtolas; hic vero librum, qui COMES appellatur, interpunctionibus illuſtrarunt. Interpunctionum tamen ille vſus ſerius in diplomatibus obtinuit: in libris vero ita obſeruatum eſt ab annis fere octingentis, vt interpunctio in inferiori parte extremi vocabuli virgulam; in media duo puncta; in ſuperiori punctum ſeu ſenſum finitum deſignaret, aliquando tria puncta. Quae ſane diſtinctio apud accuratos amanuenſes obtinuit, ſecus apud rudes. Lege ſis Allatii animaduerſiones [a]) ad fragmenta Etruſca. Ante Carolum M. Hieronymus quidem translationem ſuam biblicam propter ſimplicitatem fratrum colis et commatibus ordinauit, vt teſtatur Caſſiodorus [b]), et Hieronymus ipſe in praefatione ad Eſaiae verſionem. Sed qualis fuerit illa diſtinctio, et an fuerit obſeruata ab aliis, non liquet. Certe neque aureis temporibus verborum accurata illa ex punctis diſtinctio ab omnibus fiebat, ſiquidem Octauius Auguſtus, vt ex eius chirographo obſeruauit Suetonius, *non diuidebat verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes litteras in alterum transferebat, ſed ibidem ſtatim ſubiiciebat, circumducebatque*, quod poſtremum noſtrates in ſcribendis epiſtolis non raro faciunt.

XVI. Apud Germanos et Alamannos eadem ſcripturae forma temporibus Carolinis ſubſequentibusque ſeruabatur, atque apud Francos, quippe qui eodem imperio continebantur. Hanc ſcripturae formam exhibent diplomata, quorum nonnulla hic exhibebimus. Tremula porro ſcriptura, in maioribus ſaltem litteris, inuecta eſt imperantibus Ottonibus, ſaeculo X.

Apud Anglo-Saxones vero Saxonica ſcriptura viguit vſque ad Guillelmi Conquaeſtoris principatum, quo tempore factum eſt, vt *modus ſcribendi Anglicus omitteretur, et modus Gallicus in chartis et in libris omnibus admitteretur*, teſtante Ingulfo in Hiſtoria Cruladenſi.

XVII. Denique in litteris Pontificiis primus verſus litteris maioribus aliquando ſcriptus eſt ante annos mille, vt patet ex bullis duabus Benigniano coenobio conceſſis, quarum vna eſt Iohannis V, altera Sergii I. In bulla Iohannis tota inſcriptio litteris maiuſculis ad ternos vſque verſus producta eſt: contextus ipſe conſtat litteris fere Langobardicis, ſeu ſemilangobardicis, quae ex Langobardicis et minutiſſimis ferme Romanis permiſtim conſtant.

XVIII. Ad hoc etiam argumentum pertinent compendioſae illae Tyronis notae, quibus loquentem ſcribendi celeritate veteres adaequabant. Nam in pleriſque primae ac ſecundae ſtirpis regiis diplomatibus Cancellarii ſeu Notarii ad teſſeram chirographariam varias notas adiungere ſolent, quales etiam exſtant in priuatorum chartis nonnullis, vt in principio ac fine Rotberti Comitis pro eccleſia ſancti Martini Turonenſi. De his notis intelligendus eſt Apollinaris Sidonius [c]), qui de Riochato *antiſtite ac monacho* Britanno agens, a quo

a) *Allat. Num.* XLVII. *et ſeqq.* b) *Caſſiod. de diuin. lect. Cap.* 12. c) *Sidon. Lib.* 9. *Epiſt.* 9.

quo Fauſti libros quoſdam raptim deſcribendos acceperat: *Tribuit et quoddam*, inquit, *dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium, qui comprehendebant ſignis, quod litteris non tenebant.* Hic eſt ſine dubio Riochatus, cuius memoria celebratur in veterrimis Litaniis anglicanis, quas in tomo ſecundo veterum Analectorum [d]) edidimus. Caeterum notas illas Tyronianas ante annos quingentos explicauit Petrus Diaconus, monachus Caſinenſis: cuius liber hac de re typis mandatus eſt, antequam Gruterus eaſdem notas proferret in lucem. Earum Specimen alphabetico ordine digeſtum, ex Pſalterio noſtro Germanenſi ſuo loco poſtea exhibebimus. Alio notarum genere vſus eſt Octauius Auguſtus, qui [e]) *quoties per* notas ſcripſit, b *pro* a, c *pro* b, *ac deinceps eadem ratione ſequentes litteras poſuit: pro* z *autem duplex* aa.

XIX. Hic locus poſtulare videbatur, vt de orthographia ſermonem inſtitueremus. Verum quoniam frequenter orthographia ad ſtylum accedit, eam in librum ſequentem commodius remittemus. Sed antequam hinc pedem moueam, nonnihil obſeruare iuuat de litteris *i* et *y*, quarum illa in vetuſtis monumentis nuſquam cum puncto praefixo: haec vero cum puncto in medio, immo aliquando cum ſingulis punctis in vtroque apice adſcriptis (quamquam aliquando etiam ſine vllo puncto) occurrit. Porro minutae litterae i accentus acutus ſuperponi coepit ſaeculo XIII, vt patet ex variis eius aeui MSS. quorum vnum eſt Henrici Iuſtelli, continens verſionem Gallicam bibliorum duobus tomis, anno MCCXCIV. exaratam. Perſeuerauit iſte vſus non tamen vbique ſemper, ad finem ſaeculi XV, quo tempore idem fere accentus etiam litterae *u*, more Belgis etiam nunc vſitato, adhibitus eſt. Caeterum ab eodem ſaeculo ineunte littera *i* puncto (quod nos modo retinemus) inſigniri coepit. Ita obſeruare licet in MSS. libris de imitatione Chriſti, Mellicenſi anni MCCCCXXI, Germanenſi noſtro anni MCCCCLX, Saltzburgenſi anni MCCCCLXIII, cum in autographo Kempenſi anni MCCCCXLI accentus ſuperponantur. Neſcio an aliquod ſit operae pretium adnotare, ſyllabam, &, vno ductu ſcriptam, non raro in vetuſtis Mſc. et inſtrumentis ante annos quingentos non modo ſolitarie, ſed etiam intra ipſa vocabula reperiri, vt in r&in& at hunc vſum deſiiſſe ſaeculo XII. Et quidem id ita habetur in voce *&iam*, nempe in charta Arnulfi Comitis de eccleſia ſanctae Walburgis apud Chisneium pro coenobio Mettenſi ſancti Arnulfi, quae charta data eſt *anno incarnationis Domini* MCXCVII. In eadem charta obſeruare licet litteras duplices *w* ſimul inſertas in vocabulis *Ludowicus* et *Walburgis*, ſecus atque in ſaeculo nono, vbi diſtincte exprimuntur. Ad haec litteram *u* modo quadratam, modo accuminatam eſſe hoc modo *v*, etiam intra vocabula ſed nulla habita ratione conſonantis aut vocalis. Sed haec de ſcripturis ac de primo libro dicta ſufficiant.

II.

d) *Analect. Tom. 2 pag. 669.*

e) *Sueton. in Octav. Num. 88.*

II.
BVRCARDI GOTTHELFII STRVVII DISSERTATIO DE CRITERIIS MANVSCRIPTORVM.

§. I. Manuſcripta principem locum occupant in bibliothecis. §. II. Auctores qui de Manuſcriptis egerunt. §. III. Antiquus ſcribendi modus erat varius; potiores tamen codices vel membranacei vel chartacei. §. IV. Forma Codicum, qualis olim. §. V. Scriptura veterum in quo conſtiterit. §. VI. Codices purpurei, et argentei qui dicti, quales potiſſimum erant codices ſacrorum. §. VII. Codices cum picturis quales. §. VIII. Varia apud gentes alphabeta, et qui de iis ſcripſerint. §. IX. Lingua Romana olim Latina dicta, et qui de eius antiquitate agant. §. X. Litterae Romanae quales, quadratae et rotundae. §. XI. Vnciales Romanorum, quae. §. XII. An Romani minuta ſcriptura fuerint vſi. §. XIII. Scripturae Romanae genera quouſque durauerint. §. XIV. Notae Tyronis et Senecae quales. §. XV. Diſtinguendi modos quos habuerint veteres, in quo altera antiquitatis nota. §. XVI. Diſtinctiones quando coeperint. §. XVII. Tertia antiquitatis nota conſiſtit in orthographia. §. XVIII. Reperiuntur codices ab vno tantum membranae latere ſcripti. §. XIX. Saeculo quinto ortae litterae Gothicae, de quibus agitur prolixius. §. XX. Romanae litterae per Gothicas corruptae. §. XXI. Poſt medium ſaeculi ſexti ortae litterae Longobardicae. §. XXII. Saeculo ſexto animaduertere licet ſcripturarum compendia. §. XXIII. Saeculo octauo quae ſcriptura inualuerit et ſaeculo nono ac decimo nitor litterarum coepit. §. XXIV. Saeculi vndecimi quae ſcriptura. §. XXV. Saeculi XII. et XIII. quae ſcriptura. §. XXVI. Saeculo XIV. quae ſcriptura. §. XXVII. Saeculo XV. nitor litterarum fuit reſtitutus. §. XXVIII. Muſicae veteris ratio in codicibus antiquis adparet. §. XXIX. Antiquiſſimi Graecorum codices quomodo ſcripti, et quando diſtinctiones atque accentus fuere orti. §. XXX. Diſtinctionum tria genera apud Graecos. §. XXXI. Graecae litterae antiquae erant maiuſculae et quadratae. §. XXXII. Qualis ſcriptura Graecorum a ſaeculo VI. §. XXXIII. Qualis ſcriptura ſaeculo decimo et ſequentibus. §. XXXIV. Litterae Francicae quales. §. XXXV. Alia ſcriptura Francica erat diplomatica. §. XXXVI. Antiquiſſima Germanorum lingua cum Graecorum plerumque conueniebat. §. XXXVII. Ab hac diuerſa Saxonica vetus. §. XXXVIII. Quando lingua Germanica litteris exſcribi fuit coepta. §. XXXIX. Qualis ſcriptura in codicibus Germanis a ſaeculo IX. ad XVI. §. XL. Ex codicum compactura criterium quoque ſumendum. §. XLI. Codicum aeſtimatio vnde ſumenda.

§. I.

Principem locum in bibliothecis occupare manuſcriptos codices, merito iudicat Morhofius, idque ob raritatem: cum maior ſemper impreſſorum ſit copia, quam manuſcriptorum. Et licet quidem horum multitudine deſtituta ſit Germania noſtra; reperiuntur tamen in bibliothecis illuſtribus,

ſtribus, ſaepe et monaſteriis, quae laudem ſuam merentur, ſi modo ſedulos haberemus priſcorum monumentorum indagatores. Nec tamen ſolum titulos manuſcriptorum codicum noſſe ſufficit; ſed eos etiam ſecundum aetatem et criteria alia diiudicare conueniet, vt vel de veritate codicis, vel eius auctoritate nobis certum eſſe poſſit.

§. II. Plures quidem fuere inter eruditos, qui magni critici audiunt, atque codices manu exaratos manibus verſarunt; ſed iſti in eo potius criticam artem exercent, vt verba captent et variantes lectiones annotent, quam vt de codicum vetuſtate iudicent. Magna tamen cura ſummaque eruditione illud egit IOHANNES MABILLONVS, in ſuo *de re diplomatica* commentario libris ſex conſtante: qui quidquid ad veterum inſtrumentorum antiquitatem, materiam, ſcripturam et ſtylum, ſigilla, ſubſcriptiones et notas: immo quidquid ad cognoſcendos tum codices manuſcriptos, tum diplomata, praeſertim Francica, facit, ſingulari eruditione exhauſit. Prodiit eius opus *Lutetiae* 1681. *f.* cuius etiam nouam editionem eandemque auctiorem promiſit auctor. Hoc tamen de Mabillono dicendum, quod ad diplomata potius intelligenda faciat, quam ad manuſcripta. EMANVEL SCHELSTRAT quidem modum ex forma characterum ſiue Latinorum ſiue Graecorum ſcripturae vetuſtatem monſtrare inſtituerat, ſed ad vmbilicum non perductum, dolet editor eiuſdem antiquitatis eccleſiaſticae illuſtratae, in praefatione tomi ſecundi. Morhofii monita, quae de manuſcriptis, Polyhiſtoris libro I. c. VII. habet, non quidem omnem rem adimplent, nec tamen ſunt contemnenda, praeſertim, quae ex epiſtola Salmaſiana ad Sarrauium, quam adducit integram, huc faciunt. Notitiam quidem manuſcriptorum praebent varii horum indices editi, ſed ad κριτήρια nihil faciunt. Tales autem praeter memoratos a Morhofio, nouimus HADRIANI PAW, equitis Belgae *indicem*, in quo libros impreſſos et manu exaratos deſcripſit, qui prodiit *Hagae* 1633. 8. atque commendari alias ſolet. In Anglia per duas academias, Oxonienſem et Cantabrigienſem codices deſcripſerunt: alias quoque bibliotheca Cottoniana plena eſt manuſcriptis. Sed iſti omnes non niſi ſoli ſunt indices, nullis notis vel obſeruationibus ornati, vti commentarii Lambeciani, e quibus multa ad Codicum manu exaratorum notitiam poſſunt hauriri.

§. III. Veterum ſcribendi modus varius erat, vel in arborum foliis atque corticibus, ſaxis, cera, linteo, plumbo, ligno, ebore; poſt etiam in membrana et charta aliisque ſcribebant, vti latius deduxit HERMANNVS HVGO in ſuo *de prima ſcribendi origine tractatu Antwerpiae* edito 1617. 8. et Mabillonus de re diplomatica libro I. c. VIII. Noſtrae conſiderationis tantum ſunt codices membranacei atque chartacei. Licet enim codicum

quoque ex cortice atque papyro Aegyptiaca mentionem faciat Mabillonus libro I. c. VIII. huiuſque vſum ad ſaeculum vſque nonum duraſſe doceat: vix tamen reperiuntur, vti vel ipſe fatetur Mabillonus. Membranarum vſus eſt antiquiſſimus, quae iam ante inuentam papyrum Aegyptiacam, quae ex herba Nilotica conficiebatur, vti modum deſcribit Leo Allatius *in animaduerſ. in Inghiramium p. m.* 92. fuere in vſu. Siquidem Ioſephus ſcribit, Eleazarum pontificem ad Philadelphum miſiſſe codices ſacros membranaceos. Plinius quidem ſcribit libro XIII. c. XI. Pergami ab Eumene rege inuentas eſſe membranas, ſupprimente chartas ſiue papyrum, Ptolomaeo: ſed intelligendum, quod Eumenes multam copiam membranarum fieri iuſſerit: inde pergamenum: membranae autem dictae, quod ſint pelles pecudum membris deglubitae. Chartam vero noſtram iamdum ſaeculo XII. fuiſſe notam, ex Petri Venerabilis, qui eodem ſaeculo vixit, tractatu contra Iudaeos probat Mabillonus, in quo libros ſuo tempore lectos memorat, qui ex raſuris veterum pannorum compacti. Illud tamen pro certo habendum, antiquioris plerumque notae eſſe codices membranaceos, cum ante ſaeculum decimum quartum chartae vſus in exarandis codicibus vix inualuerit. Membranae quidem vſus in diplomatibus adhuc hodie frequens eſt, ſed in libris concinnandis iam ſaeculo decimo ſexto deſiit.

§. IV. Forma Codicum frequentior eſt in modum libri: alias rotuli quoque reperiuntur, quos vel annuos, in quibus nomina in quouis monaſterio perſonarum defunctarum deſcribebantur; vel perpetuos excipiendis mortuorum actis deſtinatos habebant: atque membranae ſunt in longum porrectae, quae conuolui facile, atque explicari poſſent. Quales etiam ex papyro Aegyptiaca conſtabant: vti videre eſt apud Mabillonum libro I. c. IX.

§. V. Ipſa ſcriptura fiebat atramento: hoc ex fuligine, pluribus modis reſina vel pice exuſtis, ſecundum Plinium libro XXXV. c. VI. de quo plenius egit PETRVS MARCA CANEPARIVS, in libro ſuo, *de atramentis cuiuſque generis*, qui *Venetiis* 1619. 4. prodiit, et *Londini* 1660. 4. Antiquiores in monumentis ſuis vtebantur minio, vti teſtatur Plinius libro XXXIII. c. VII. et licet quidem integros libros ſaepius ita ſolerent pingere, maxime tamen titulos ita diſtinguere ſolebant, vti ex Ouidio diſcimus *Triſtium I. el. I. v. 7.* Id quod ſequiori dein tempore magis adhuc vſu venit, vt tituli et nouarum ſectionum initia minio ſcriberentur: exinde rubricae ortae fuere pro titulis. Quas ad manuſcriptorum etiam exarationem in libris impreſſis ſaeculo XV. ſeruare ſolebant typographi.

§. VI. Pretioſioris commatis codices ſunt, qui in membranis purpureis, auro argentoque deſcripti, vel auro et variegatis coloribus varie fuere diſtincti.

Vide-

Videmus illud apud Hieronymum, praefatione in Iobum, vbi ait: *habeant, qui volunt, veteres libros, vel in membranis purpureis, auro argentoque deſcriptos, vel vncialibus, (vt vulgo aiunt) litteris, onera magis exarata quam codices: dummodo mihi meisque permittant pauperes habere ſchedulas et non tam pulcros codices quam emendatos.* Sic et in epiſtola ad Euſtochiam: *inficiuntur*, inquit, *membranae colore purpureo, aurum liqueſcit in litteras.* Alias vocantur chartae coccineae, crocatae et croceae. Principum hoc proprium erat, atque perſonarum illuſtrium, non tamen perpetuum. Quare et Theonas *tomo XII. ſpicilegii p.*549. Lucianum praepoſitum cubicularium monet, vt ſcribi in purpureis membranis et litteris aureis totos codices, niſi ſpecialiter princeps demandauerit, non adfectet. Prae caeteris autem librum pſalteriorum, euangeliorum aliosque a temporibus Imperatorum Francicorum ad ſequiora vſque, tam pretioſe exarare ſolebant. Quod etiam diſcimus ex Bonifacii, epiſcopi et martyris epiſtola XXVIII. ad Eadburgam abbatiſſam, vbi ſcribit: *ſic et adhuc deprecor, vt mihi cum auro conſcribas epiſtolas domini mei, Petri Apoſtoli, ad honorem et reuerentiam ſanctarum ſcripturarum ante oculos carnalium in praedicando.* Licet hic mos ſacros codices aureis litteris ſcribendi iam fuerit antiquior. Quippe de Eleazaro, principe ſacerdotum apud Iudaeos, teſtatur Ioſephus XII. antiquitatum Iudaicarum cap. II. quod per LXXII. interpretes ſacros libros ad Ptolomaeum Philadelphum in membranis tenuiſſimis aureis litteris ſcriptos miſerit. Superſunt adhuc in bibliothecis illuſtribus tales codices litteris aureis ſcripti, atque inde dicti codices aurei, vti alii argentei vel purpurei.

§. VII. Alii cum picturis egregiis vel in fundo aureo vel coeruleo vel viridi reperiuntur, in quem pingere ſolebant varias hiſtorias ſacras, vel animalium et florum figuras artificioſas. Licet ſimplicior circa figurarum proportionem et colorum mixtionem fuerit priſca aetas: in puris coloribus accuratior. Figurarum vero artificium ſaeculo decimo quinto coepit. Prae caeteris mira eſt ars, tenues auri lamellas membranis ita impingere, vt vix inde ſeparari queant, ſuper quas dein variegatis coloribus ſolebant pingere, quod hodienum inter res deperditas, vel ſicubi reſtitutae, haut tamen in vulgus notas, numerandum. Ornabantur ita codices ſacri, maxime temporibus Imperatorum Francicorum, quibus vel vtebantur principes, vel in templis vſu veniebant; in profanis codicibus talis ornatus reperiuntur rarius.

§. VIII. Ab ornatu Codicum pergimus ad varia ſcripturarum genera. IOHANNES BAPTISTA PALATINVS quidem, Venetiis varios modos, variaque alphabeta effingi curauit, ſed illa plerumque temporum ſunt recentiorum. Mabillonus enim libro I. c. XI. Cancellareſcam Roma-

nam, mercatoriam Romanam, Florentinam, aliasque, ſcripturam bullarum apoſtolicarum, litteram Neapolitanam, rognoſcam, inciſam, Notareſcam, Franciſcam, Hiſpanicam, Langobardicam, Flamandicam et Tudiſcam ab eo exhiberi tradit. Aliud in hac parte ſpecimen exhibuit PETRVS HAMO, Caroli IX, Francorum regis ſcriba et regii cubiculi a ſecretis, qui ex Galliae bibliothecis aliquot ſcripturae antiquae exempla congeſſit, atque anno 1566. edidit. Olaus Wormius de litteratura Runica *cap. VI. p. m.* 47. de IACOBO BONAVENTVRA HEPBVRNO teſtatur, qui tabulam Romae anno 1616. cum priuilegio ſummi pontificis et ſuperiorum indultu a Philippo Thomaſio in aere ſculpi atque excudi curauerit, ſub titulo: *virga aurea, ſeptuaginta duobus encomiis B. V. Mariae caelata, in qua ſeptuaginta duo diverſiſſimorum characterum continentur alphabeta, totidem emblematis decorata.* Illa tamen quae adducit alphabeta, partim Orientalium ſunt, partim Latinorum recentiorum. Adſeruatur in bibliotheca templi Gerani MStum Nicolai Schmidtii, alias *Küntzels von Rodenacker*, vulgo *des gelebrten Bauers*, in quo varia genera ſcripturarum tum antiquiora, tum recentiora adducit, opere in ruſtico admodum mirabili. Licet in alphabetis antiquiſſimis fidem non mereatur omnimodam, de quo tamen infra plenius agetur. Faciunt haec alphabeta quidem ad noſcendas explicandasue varias linguas, non vero omnia ad κριτήρια manuſcriptorum, ad quae tantum quatuor iſtae linguae faciunt: Romana vetus, Gothica, Langobardica et Graeca: licet etiam linguae Theotiſcae, Saxonicae et Francicae habenda non minus ſit ratio, quae ad diplomata noſcenda conducunt.

§. IX. Lingua qua Romani vtebantur, Latina dicebatur, vti ex Cicerone diſcimus. Licet et in ipſo Latio aliae fuerint vſitatae: vt Oſca, de qua Liuius libr. X. c. XX. et lingua Cumana, quibus tamen ciuibus conceſſum, *vt publice Latine loquerentur, et praeconibus Latine vendendi ius eſſet.* Ex quo videmus, coloniis municipiisque Romanis liberum non fuiſſe in monumentis ſuis vti Latina lingua. Noſtris temporibus lingua quidem Latina adhuc dicitur; characteres vero Romani, vel litterae maiuſculae, cubitales, grandes, vnciales et quadratae. Ad harum litterarum antiquitatem atque figuram non male facit LEO ALLATIVS in *animaduerſionibus ad antiquitatum Etruſcarum fragmenta ab Inghiramio edita, Pariſiis* 1640. 4. Melior tamen adhuc eſt CLAVDIVS MOLINETVS, qui originem et fata litterarum Romanarum erudite deſcribit, in tractatu ſuo, quem inſcripſit: *Hiſtoire de la fortune des lettres Romaines établiée et juſtifiee par pluſieurs belles antiquités, à Paris 1684. 12.* Qui libellus egregius eſt, quo auctor docet, qua ratione a prima origine ſua ad maiorem indies perfectionem litterae Romanae peruenerint.

§. X.

§. X. Formae quidem litteris Latinis erant, quae veterrimis Graecorum, Tacitus Ann. XI. c. XIV. Plinius VII. c. LVIII. idque vſque ad tempora Syllana, poſt quae paullatim immutari coepta. Licet autem vnum Quiritibus ſcribendi eſſet genus, illud tamen poterat aut produci *grandibus et maximis litteris*, vti ait Cicero IV. in Verrem c. XXXIV. et *cubitum longis*, vti loquitur Plautus; vel *minutis litterulis*, vti loquitur Cicero IV. in Verrem c. XLIII. In monumentis igitur et codicibus ſuis Romani vtebantur litteris grandioribus. Qᴠᴀᴅʀᴀᴛᴀᴇ quidem, quarum mentionem facit Petronius ſatyrico *p.* 15. erant antiquiſſimae, atque a figura, quae quadrata potiſſimum erat, ſic denominabantur; quales quadratas in nummis quandoque obſeruare licet. Poſtea vtebantur, in inſcriptionibus ſuis maxime, litteris, quae non quidem forma quadratae erant, rectis tamen lineis plerumque conſtabant. Quare et hodienum adhuc quadratae adpellari ſolent. In familiari ſcribendi more potiſſimum vtebantur litteris rotundis, non quae in ſphaerae modum obuoluerentur, et a maiuſculis eſſent diuerſae, ſed quae ob celeriorem ſcriptionem quaſi in globulos curuarentur. Quali ſcriptura codices aliquot antiquiſſimos in Vaticana contineri teſtatur Leo Allatius *in animaduerſ. ad Inghiramium p. 58.* Licet et ſimplicior Romanorum aetas in monumentis publicis quoque tali litteratura fuerit vſa, vti ex fragmento legis Romanae apud Mabillonum *p. 345.* patet. Idque in ſcriptura Romana priſca aduertendum, litteras quo magis ſunt inaequales et inordinatae, nec ad amuſſim compoſitae, eo ſcripturam eſſe antiquiorem. Licet ex tali nihil amplius ſuperſit, niſi quae vel ex aeneis legum tabulis, vel lapidibus adhuc habemus reliqua.

§. XI. A maiuſculis differebant adhuc ᴠɴᴄɪᴀʟᴇѕ, Romanis quidem non ignotae, rarius tamen vſitatae. Videmus illas in lapidibus quibuſdam, et putat Mabillonus lib. I. c. XI. quod ad pompam vſu venerint, vix ad ſcribendos codices fuerint adhibitae. Poſteriori Francicorum Imperatorum tempore initia codicum, elegantiorum praeſertim, exornata videmus vncialibus eiusmodi, quibus etiam certam menſuram adſignabant, et vncia quidem ſiue pedis duodecima parte conſtare dicebantur. Licet hanc menſuram ignorauerit Lupus, Ferrarienſis abbas, epiſtola quinta, vbi ad Eginhardum ſcribit: *praeterea ſcriptor regius Bertcaudus dicitur, antiquarum litterarum, duntaxat earum, quae maximae ſunt et vnciales a quibuſdam vocari exiſtimantur, habere menſuram deſcriptam. Itaque ſi penes vos eſt, mittite mihi eam per hunc quaeſo pictorem cum redierit, ſchedula tamen diligentiſſime munita.*

§. XII. Mabillonus tertium adhuc genus ſcripturae minutae addit, quam circa tempora Caeſarum ortam dicit, quae et forma atque magnitudine a maiuſcula differret: quas Plauto in Bacchide dictas vult *litteras minutas*, Sene-

cae vero ep. XCV. *ſcripturam minutiſſimam.* De quibus etiam intelligit Suetonium in Caligula c. XLI. vbi ait: *propoſuit quidem legem, ſed minutiſſimis litteris, et anguſtiſſimo loco: vti ne cui deſcribere liceret.* Eandemque notariis conceſſam fuiſſe putat, negotioſis atque occupatis aliis. Talem autem ſcripturam ex prima antiquitate nemo adhuc monſtrauit. Ipſe quoque Mabillonus teſtamentum, quod Iulii Caeſaris ſuppoſuerat Petrus Hamo, pro tali non habet, ſed pro charta ſecuritatis Iuſtiniani temporibus ſcripta, in ſpecimine veterum codicum *tab. I. p. 344.* Illud potius crediderim, minutas ſcriptoribus dici litteras, quae ex maiuſculis in minorem formam fuere immutatae, vti minores *p.* et *t.* in lapidibus quibuſdam occurrunt. Illud enim dicendum, ante inuentam ſcripturam Gothicam atque Langobardicam a maiuſculo charactere paullatim receſſiſſe ſcriptores, aliquot litteras minutis noſtris conuenientes in codices introducentes.

§. XIII. Haec ſcripturae Romanae genera manſere vſque ad ſaeculum V. vbi ergo reperiuntur, arguunt antiquitatem codicum ad mille annos et vltra. Licet enim inuento iamdum charactere barbaro, vſque ad ſaeculum VIII. codices cum litteris maiuſculis reperiuntur, rarius tamen id fit, et maxime in libris pſalmorum atque euangeliorum vſu venit. A ſaeculo octauo vero, ſcriptura talis plane obſoleta et characteres Gothici atque Langobardici in deſcribendos codices introducti, vncialibus et maiuſculis ad initia codicum ſolum relictis.

§. XIV. Nec omittendae plane ſunt notae Tyronis ac Senecae, quarum vſum Ciceronis iamdum tempore fuiſſe ſatis conſtat, atque ad ſcribendi velocitatem conducebant. Licet a Chriſtianis varie fuerint auctae, ita vt prioribus ſaeculis Pſalteria quoque eiuſmodi notis ſcriberentur. De iiſdem latius egit Iuſtus Lipſius cent. I. ad Belgas ep. XXVII.

§. XV. Sed praeter characterem, antiquitatis quoque nota conſiſtit in interpungendo. Diſtinguendi quidem modos antiquiſſima tempora ignorabant; et vbi nullae nec vocum nec periodorum extant diſtinctiones, ſumma nota eſt antiquitatis. Poſtea vero coepit, vt in monumentis publicis, lapidibus atque marmoribus, ſingulae voces interdiſtinguerentur punctis, de quo Seneca ep. XL. *nos etiam*, inquit, *cum ſcribimus*, *interpungere conſueuimus*, et Cicero de Oratore c. XLVI. *interpuncta verborum vocat*, ita tamen, vt in fine cuiuslibet lineae nullum tale extaret. Poſtea ſententiae abſolutae punctis diſtingui ſolitae, omiſſa ſingularum vocum diſtinctione, litteris inter ſe connexis, idque ad ſaeculum IX. Quale etiam volumen membranaceum Latinum ante mille et ducentos circiter annos deſcriptum ex bibliotheca Vindobonenſi adducit Lambecius *lib. II. c. VII. n. 86. p. 799.* atque alium Liuii

Codi-

Codicem *p. 349.* Atque haec diſtinguendi ratio in familiari et minuta ſcribendi ratione potiſſimum vſu venit: rariores tamen ſubdiſtinctiones, quae licet veteribus non plane incognitae, vix tamen fuere vſitatae.

§. XVI. De Auguſto quidem tanquam ſingulare quid animaduertit Suetonius c. LXXXVII, vbi de eius chirographo: *non diuidebat verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes litteras in alterum transferebat, ſed ibidem ſtatim ſubiiciebat circumducebatque.* Diſtinctiones autem quibus nunc vtimur, ſaeculo demum quinto fuere vſitatae: ſiquidem nouum ſcribendi genus adpellat Hieronymus praefatione in translat. Eſaiae, dum ait: *Nemo, cum prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebraeos ligari, et aliquid ſimile habere de Pſalmis, et operibus Salomonis: ſed quod in Demoſthene et Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribantur et commata, qui vtique proſa, et non verſibus conſcripſerunt: Nos quoque vtilitati legentium prouidendo, interpretationem nouam nouo ſcribendi genere diſtinximus.* Quae autem ratio Hieronymum ad diſtinguendum ita mouerit, docet Caſſiodorus de diuinis lectionibus cap. XII. *meminiſſe autem debemus*, ait, *memoratum Hieronymum omnem translationem ſuam in auctoritate diuina propter ſimplicitatem fratrum, colis et commatibus ordinaſſe, vt qui diſtinctiones ſaecularium litterarum comprehendere minime potuerunt, hoc remedio ſuffulti, inculpabiliter pronunciarent ſacratiſſimas lectiones.* Priuati tamen vſus adhuc erant diſtinctiones, cum codices ſaeculi VI. adhuc reperiantur ſine vlla vocum diſtinctione. Poſt hoc voces diſtingui coepere, puncta vero ſolum nota vſque ad tempora Caroli M. qui procurante Alcuino, punctorum diſtinctiones vel ſubdiſtinctiones reſtitui, adhibita opera Pauli Warnefridi et Alcuini, quorum ille homilias per annum legi ſolitas, et aliquot Auguſtini epiſtolas; hic vero librum, qui Comes appellatur, interpunctionibus illuſtrauit. Atque ab eo tempore diſtinctiones in codices introductae, licet in diplomatibus ſerius adhiberentur, vid. Mabillonus *lib. I. c. XI. n. 15. p. 52.* et Leo Allatius *animaduerſ. in Inghiram. n. 47.*

§. XVII. Tertia antiquitatis nota conſiſtit in orthographia, quae in antiquiſſimis codicibus talis plerumque eſt, vt diphthongus *ae* et *oe* non in vnum coalitis litteris, ſed ſeparatis ſcribatur. Qualis ſcriptura antiquiſſimi eſt commatis, licet et ſimplex *e* diphthongi loco ſaepius poſitum reperiamus: vbi vero notula litterae *e* fuerit ſubiuncta *ę*, nouitatis erit argumentum. Littera *i* in vetuſtis monumentis nuſquam cum puncto praefixo adparet: *y* vero frequenter cum puncto in medio, immo aliquando cum ſingulis punctis in vtroque apice deſcriptis. Sic et litterae *i* a fine ſaeculi XII, vſque ad ſaeculum XV, accentus fuit ſuperpoſitus: eodem vero ſaeculo XV. punctum ſuperpo-

perponi coepit, licet ab initio ſaeculi ſine puncto ſcriberetur. A ſaeculo IX. ſyllaba *et*, & vno ductu ſcripta non modo ſolitarie, ſed etiam intra ipſa vocabula reperitur vt *r&*, *&iam*, quod vero ſaeculo XII. deſiit, quo *et* binis litteris vel ⁊ abbreuiate ſcribebatur. Saeculo decimo quarto et quinto prius & reductum, obſeruante haec Mabillono ſub finem libri primi. Immutationes praeterea, vel tranſpoſitiones litterarum non infrequentes erant *C* in *G*, *F* in *E*, *D* in *L*, *I* in *E* vel alia immutando, loco *V* etiam ponendo *OV*, cuius exempla ſaepius in nummis occurrunt, et plura adducit Scioppius de arte Critica *p. 39*.

§. XVIII. Quarta nota in eo ſita, quod antiquiſſimi codices, ab vno tantum membranae latere ſcriberentur. Quales tamen cum ante tempora Iulii Caeſaris referantur, vix reperire licebit amplius. Opiſtographa vero introduxiſſe videtur Iulius Caeſar, vti ex Suetonio diſcimus, cap. LVI. vbi ait: *epiſtolae quoque eius ad Senatum exſtant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli conuertiſſe: cum antea Conſules et Duces non niſi tranſuerſa charta mitterent.* Ratio autem cur opiſtographis non vterentur, potiſſimum haec erat, quod membranis vterentur tenuioribus, quas dein cum robuſtiores facerent, ab vtroque latere ſcribebant.


§. XIX. A ſaeculo V. inualuerunt litterae Gothicae, ſiue Toletanae. Invenit illas Vlphilas Gothorum epiſcopus Arianus, qui circa annum Chriſti CCCLXXV. temporibus Imperatorum, Valentiniani et Valentis floruit, atque ſacra Biblia in linguam Gothicam vertit et litteris Gothicis deſcripſit: atque hae litterae in Hiſpania primum fuere vſitatae, poſt in alia regna introductae. Tranſtulerat Vlphilas in linguam Gothicam ſcripturam ſacram integram, exceptis libris hiſtoriam regum continentibus: metuens ne Gothi, dum legerent bella in iis deſcripta, magis adhuc incitarentur ad arma, ad quae iam ſatis inclinabant, narrante Philoſtorgio *hiſt. eccleſ. lib. II. p. m. 471.* Ex hac vero Vlphilae translatione, ſola ſuperſunt euangelia, quae ex codice argenteo, qui in bibliotheca abbatiae Werdenſis adſeruatur, edidit FRANCISCVS IVNIVS, *cum Gloſſario Gothico, cui acceſſerunt Thomae Mareſchalli euangelia Anglo-Saxonice, Dordrechti 1665. 4.* Explicauit autem eaſdem litteras anonymus, a BONAVENTVRA VVLCANIO editus, in libro *de litteris et lingua Getarum ſiue Gothorum, Lugduni Batauorum*, typis Franciſci Raphelengii 1507. 8. BERNARDVS ALDRETE, Canonicus Cordubenſis, in libro, *de origine linguae Caſtellanae*, Hiſpanice ſcripto *et Romae* impreſſo 1606. 4. Primo adſpectu, illae Graecas capitales magis, quam Latinas repraeſentant, e quorum etiam litteris aliquas

quas in vſum ſuum introduxerunt Latinis non vſitatas. Litterae autem ſunt

a b c d e f g h eta th i k l m n





o p q r s t v u y z ch.



tales. Inter has videmus a Graecis mutuo ſumtas: B Γ H I K λ M N T X, a Latinis vero G h S Y et Z, tantum habent: reliquae litterae ſunt peregrinae. Confundunt haſce Gothicas communiter cum Runicis, eo quod et hae pleriſque dicantur litterae Gothicae; quibus tamen contradicit Wormius *in antiquitatibus Danicis p. 24.* qui longe ante Vlphilae tempora a primis Chriſti ſaeculis, in monumentis et cippis extare ea probat. Gothicae vero et illae dictae, quia Gothi Aborigines erant, atque in cippis quibuſdam, etiam manuſcriptis terrarum ſeptentrionalium occurrunt. Patet vero differentia ex collatione alphabeti vtriuſque: ex qua conſtabit, vel vnicam litteram B vtriſque communem eſſe. Vocabatur haec lingua etiam Toletana, vti ex Roderico Toletano libro VI. rerum Hiſpanicarum c. XXX. diſcimus: *Concilio Toletano*, inquit, *anno MCXVI, patres cum Bernhardo Toletano, primate, de officiis eccleſiae ſtatuerunt: ſed et illud, vti deinceps ſcriptores omnes, omiſſo charactere Toletano, quem Gulfilas Gothorum epiſcopus inuenerat, Gallicis litteris vterentur.* Videmus ex eo quamdiu durauerit vſus linguae Gothicae in Hiſpania, ſcilicet vſque ad ſaeculum XII. Vſus potiſſimum in codicibus hic erat, vt illa deſcriberetur liber euangeliorum, atque acta conciliorum. Et tales codices ſacri praeſertim, ad mille annorum et vltra, adſcendunt antiquitatem.

§. XX. Licet et Romanae litterae per characteres Gothicos ita corrumperentur, vt nihil ſere de priſtino nitore retinerent. Patebit illud ex ſcriptura Pandectarum Florentinarum, quas non quidem archetypas eſſe, ad eaſdem tamen effictas, et ſtatim poſt Iuſtiniani tempora ſcriptas iudicat Mabillonus *p. 356.* Immo, quarum antiquitatem notant litterae connexae, ſine vlla vocum diſtinctione: quae multos intermixtos habent characteres Gothicos, alias partim Romano, partim barbaro conſtat charactere. Ita vt diuerſas habuerit ſcripturas ſaeculum quintum et ſextum.

§. XXI. Poſt medium ſaeculi ſexti inualuit ſcriptura Langobardica, atque communis vſus fuit facta. In minuto potiſſimum haec conſiſtit charactere, licet et maiuſculas Romanorum litteras aliquantum corrumpentes, in initia

tia librorum eaſdem introduxerint. Duplex autem haec eſt ſcriptura, litteraria et diplomatica. Illam deſcribit Gerſon de laude ſcripturae conſid. IX. *Littera ſit legibilis, ſit punctuata, ſit purgata, qualis eſt Lombardorum, non inuoluens ſe tractibus ſuperfluis.* Id quod tamen in diplomatica non obſeruare licet, quippe quae lectu admodum eſt difficilis. In hac ſcriptura primum ſeparari coeperunt voces, et puncta in fine ſententiae fuerunt vſitata: pro temporis tamen ratione eſt diuerſa. Corrupta paullum eſt antiquior: poſt ſenſim facta nitidior. Primae aetatis ſcriptura Langobardica craſſo calamo eſt conſcripta, litteris nondum ſatis ordinatis. Harum potiores cum noſtris conueniunt, niſi quod  parum ſint immutatae. Litterae initiales maiores, ornatum habent a ſcriptoribus ſic formatum, atque variis auium, aliarumue animalium figuris ſunt expletae. Idque praeſertim ſaeculo ſexto, ſeptimo et octauo. Notam quoque antiquitatis dat littera *ſ*, qua et in fine et medio ſine habita diſtinctione vterentur, idque vſque ad ſaeculum XII, quo primum s finale coepit, licet et altero nonnunquam vterentur. Ex maiuſculis, quibus in ſcribenda vel priori pagina, vel lineis ſaltim aliquibus vtebantur, pleraque cum Romanis conueniunt, niſi quod  aliquantum diſcrepent. Litteram initialem autem vnam atque alteram, quae vel omnem paginam adimpleret, pingebant, intermixtis coloribus, reliquas litteras maiuſculas aliis addentes; qui mos vſque ad ſaeculum X. durauit. Primum autem litteris preſſis nimis vtebantur, quas etiam inuicem nectere ſolebant, idque ſaeculo ſexto praeſertim vſu veniebat: poſtea vero et voces et litteras videmus diſtinctas. Pleroſque libros veteres tali ſcriptura Langobardica videmus deſcriptos, qui quantum ad characteres, vſque ad ſaeculum X. parum inter ſe diſcrepant, niſi quod ſaeculo ſexto litterae ſint craſſiuſculae, voces magis connexae: ſaeculi ſeptimi litterae ad Romanas maiuſculas propius accedant.

§. XXII. Maxime vero ſaeculo ſexto animaduertere licet ſcripturarum compendia, ita vt littera maiuſcula poſita innuat, eam a lectore prorſum vel retro repeti debere: vt in Pandectis Florentinis *l. 52. §. vlt. de leg. 3.* dactyliotheca M eam, pro dactyliothecam meam: in MSto Symmachi ſa TEMporis, pro ſat te temporis: apud Apuleium: in lemurES reformant, pro in lemures ſe reformant: plura exempla adducit Thomas Bartholinus de libris legendis diſſ. VII. p. 246.

§. XXIII.

§. XXIII. Saeculo octauo manus adparet tremula, alias eadem fere ac ſaeculi ſexti litterae. Saeculum nonum ad nitorem noſtrarum litterarum propius accedit, ex maioribus Langobardicis maxime notum. Saeculo decimo nitor litterarum adhuc maior, quae vel maxime cum noſtris conueniunt et minores ſunt prioribus ſaeculis. Calligraphia praeſertim pro nota antiquitatis eſt habenda, ſi modo litterae ſint obtuſae, characteres detriti: maiores, quae ab initio codicum vel periodorum poſitae, Langobardicae.

§. XXIV. Saeculi XI. ſcriptura cum priori fere conuenit, niſi quod litterae parum ſint craſſiores, atque abbreuiatae. Huius vero et ſequentis ſaeculi ſcripturae pauca habent abbreuiata, niſi quod *m* et *n* ſaepius per lineolam ſuperſcriptam: *que* per q;, 9 pro *us* et pauca alia reperiantur. Inprimis notanda littera Λ his duobus ſaeculis fere communis.

§. XXV. Codices ſaeculi XII. facilius cognoſcuntur. Quippe litteras habent grandiores, craſſioresque et s vtuntur finali, licet eodem non in omnibus vocibus vtantur, ante tamen hoc ſaeculum, s finale reperimus nunquam. Illi etiam, qui a fine huius ſaeculi ſcripti, accentum habent litterae *i* ſuperimpoſitum. Sic etiam nota huius ſaeculi eſt a maius, cum anteriora vterentur Λ. Plures etiam ac priora ſaecula habet abbreuiaturas: quae ſaeculo XIII. magis magiſque inualuerunt, ſub cuius medium puncta litteris ſuperpoſita verbum notant abbreuiatum. Duplicem autem huius ſaeculi reperimus ſcripturam: ab initio quidem ad medium vſque ſcriptura vtebantur minori, vocibus tamen admodum abbreuiatis, introducto in quoſdam codices ſ longo, qualem noſtra bibliotheca poſſidet Ottonem Friſingenſem, de quo ſuo loco: a medio, ſcriptura eſt craſſior, litterae longiores.

§. XXVI. Singularis plane ſcriptura eſt ſaeculi XIV, nimis obtuſa, craſſiuſcula, litteris preſſis, manu tremula, calamo rudi. Eodem ſaeculo magis inualuerunt abbreuiaturae, quibus pleroſque codices videmus adimpletos, quae lectionem reddunt admodum difficilem, praeſertim cum codices ſint chartacei, atramentum pallidum, et confuſa omnia. Coeperunt eodem *v*, circumflexi ſuper littera *u*: *æ* et *œ* videmus coniuncta, vel virgula inferiori notata. Litterae magis connexae, et pictura fere quadratae: accentus in i deſiere, qui poſt medium ſaeculi XV. in puncta fuere mutati.

§. XXVII. Eodem ſaeculo XV, vbi a barbarie vindicari coeperunt litterae elegantiores, nitor quoque litterarum in ſcribendo reſtitutus. Certabant tum eruditi, qui libros a ſe compoſitos elegantiſſimo charactere deſcriptos, modo in membrana, modo in charta offerrent, regibus principibuſque, qui litteratos fouebant, et de ornandis bibliothecis erant ſolliciti. Litterae

ſunt acutae, tenues, ad amuſſim compoſitae: lineae aequaliter diſtantes et patentes; ſingula ad nitorem compoſita. Ex hoc quidem quam facile iudicari poterit ſcriptura recentior: licet videamus ſcripturae veteris notas: *ſ* longa in fine, accentus in *i* et ſimilia, quae ſcriptores tales indicant, qui in omnibus antiquitatem ſeruare ſtudebant. Ornatus codicum in variegatis conſiſtit coloribus, auro diſtinctis, quos arte mira miſcere ſciebant, atque hoc modo vel libri initium, vel paginas priores atque initiales litteras exornare. Atque talis ornatus ab alio vetuſtorum codicum, differebat in eo, quod in codicibus antiquioribus aurum et colores ſint craſſiores, ars nulla: in recentioribus vero aurum magis tenue, colores non minus, ac ars inſignes. Talis vero litterarum nitor non adeo longe durauit, eum iam cum fine ſaeculi XV. deſierit.

§. XXVIII. Haec de Latinis: quibus tamen adhuc addenda eſt Muſicae veteris ratio, quae in lineolis, quas verbis ſolebant ſuperaddere, conſiſtit; ſecundum quas voces ſolebant intendere: idque prioribus aliquot ſaeculis obtinuit.

§. XXIX. Pergimus nunc ad codices Graecos. Antiquiſſimi Graecorum litteris vtebantur quadratis et maiuſculis: quales vel in nummis, vel antiquorum monumentis conſpicimus, quae a maiuſculis hodiernis in quibuſdam diuerſae. Voces in manuſcriptis vno et perpetuo ductu, ſine vllo interſtitio exarari ſolebant, ſententiae etiam continuari. Qualem codicem antiquiſſimum ex bibliotheca Vindobonenſi adducit Lambecius *lib. II. c. VII. n. 521.* Coepit inde, vt vna ſententia perfecta, a noua linea alteram auſpicarentur, a qua primum diſtinctio per verſus coepit, quos Graeci στίχους adpellabant, qui modo maiores erant, modo minores. Inde πολύστιχον βιβλίον de grandi dicebatur volumine. Durauit haec ratio apud Graecos, vſque ad ſaeculum ante natum Chriſtum ſecundum, quo Ariſtophanes Byzantius, Grammaticus Alexandrinus, qui Olympiade CXLV. ſub Aegypti rege, Ptolomaeo Epiphane claruit, primus omnium accentus et diſtinguendi rationem excogitavit. In vſibus tamen priuatorum hoc erat et pro erudienda iuuentute. Accentus quidem muſicorum potius erant, quam Grammaticorum notae, ſiue diagrammata proſodica, quae poëmatibus adpingere ſolebant, vnde cantus cognoſcerentur: ex quo etiam ortum fuit, quod diuerſa accentuum veterum fuerit ratio, quam noſtri temporis. Inde fit, quod in lapidibus, nummis aliiſque antiquitatis monumentis ne veſtigium quidem extet accentuum, cum in communi vſu non eſſent. Nec in codicibus tales obſeruare licet, cum in codice Dioſcoridiano, quem annorum mille et centum ſexaginta trium antiquitatem ſuperare ait Lambecius *lib. II. p. m. 523.* et *590.* accentus omnino

deeſſe

deeſſe probet. Poſteriori tempore Grammaticorum factum fuit officium, vt exemplaria emendarent. Qui factum, vt ſicubi erratum eſſet a librariis, corrigerent, accentus etiam adponerent et diſtinctiones. Diſcimus illud ex Suetonio, qui de Probo inter illuſtres Grammaticos *n. 24.* ait: *multa exemplaria conſtructa emendare ac diſtinguere et adnotare curauit.* Inde ſenſim introductum, vt vel antiquioribus libris accentus adderentur atque diſtinctiones; vel libris recenter ſcriptis, maxime cum temporibus Antonini et Commodi Impp. collapſa plane fuerit veterum pronunciandi ratio. Rariores tamen accentus erant quam diſtinctiones, in litteris praeſertim maiuſculis: cum iſtorum vſus ſolum in erudienda ad artem metricam iuuentute conſiſteret: idque vſque ad adinuentos characteres minores.

§. XXX. Diſtinctionum autem tria erant genera: τέλεια ϛιγμὴ, ὑποϛιγμὴ et μέση: Prima punctum erat, quod collocabatur in apice vltimi elementi, in quo deſinebat periodus: altera in ima litterae parte ponebatur; tertia ad partem mediam. Licet etiam quandoque loco puncti vnius, tria puncta .˙. forma triangulari ſcriberent. Noſtrae vero diſtinctiones plane ignotae erant. Certum itaque antiquitatis eſt indicium, quo magis litterae Graecae ad capitales quadrataſque accedunt, eo iudicari antiquiores.

§. XXXI. In ipſis vero litteris maiuſculis idem attendendum ac Latinis, quod aliae ſint grandiores, aliae minutiores: aliae magis quadratae vel rotundae. Quali ſcriptura in Vaticana, codices antiquiſſimos reperiri teſtatur Allatius *animaduerſionibus in Inghiramium n. XXXVII. p. 61.* vti etiam latius probauit IOHANNES LASCARES, epiſtola praefixa *epigrammatario Graeco*, ab ipſo capitalibus litteris quadratis edito *Florentiae 1484. 4.* Rariores ita accentus in litteris quadratis, licet etiam a temporibus Commodi horum quoque vſus in codicibus manuſcriptis, cum ſenſim nitor litterarum Graecarum degeneraret, et quadratis antiquis intermiſcerentur barbarae, atque in has poſtea penitus immutarentur, communis vſus facti fuere Graecorum accentus. Vbi ergo codices reperimus litteris maiuſculis ſcriptos ſine accentibus, mille et ducentorum vel trecentorum annorum antiquitatem prae ſe ferunt.

§. XXXII. Saeculo ſexto quidem videmus litteras Graecorum maiuſculas craſſiores, quibus tamen intermixtae minuſculae quaedam, noſtris fere ſimiles, quae vel accentuatae reperiuntur plerumque, vel ſine accentibus. A ſaeculo octauo et nono inualuerunt litterae barbarae accentuatae, quae noſtris Graecis admodum conueniunt, niſi quod ſint longiores, accentus etiam aliter poſiti, litterae tamen ſunt nitidae, niſi quod, cum inter ſe connexae,

 nimium

nimium difficilem ex parte reddant lectionem, ornatus etiam picturarum admodum frequens.

§. XXXIII. A ſaeculo decimo et vndecimo litteris paulo minoribus vſi, nitidis tamen adhuc atque a noſtrarum forma parum diuerſis: abbreuiaturae rariores, litterae initiales pictae et ſimilia. Iiſdem fere characteribus, eodem ſcribendi modo vſi fuere ſaeculis ſubſequentibus, vſque ad ſaeculum decimum quartum, quo in charta conſcribi coeperunt codices, quae compacta magis et mollior eſt, quam qua nos vtimur, a quo tempore rariores reperimus codices vel chartas litteris Graecis deſcriptas. Illud tamen certum eſt, quo frequentiores adparent abbreuiaturae, eo codicem eſſe antiquiorem.

§. XXXIV. Litterae Francicae ſcripturam lectu difficillimam proferunt, atque characteres ex variis barbarorum intermixtos repraeſentant. Francogallicam ſeu Merouingicam ſcripturam ex codicibus antiquiſſimis adducit Mabillonus *p. 943.* Litterae autem, vti Adrianus Valeſius apud Mabillonum *p. 49.* eas deſcribit: *ſunt barbaricae, mediocris magnitudinis, ita inter ſe connexae, et per quaedam notarum compendia plures expreſſae, fere vt lectori ſit diuinandum.* Atque hanc ſub Merouingicis regibus vniformem fuiſſe ſcripturam teſtatur Mabillonus, ita tamen, vt librorum titulos vel primos aliquando verſus Romanis litteris ſemigothicis exararent. Sub Carolo M. nitor litterarum in Gallia coepit, cum in eam formam euaderent litterae, quas hodienum minutum characterem Romanum vocare ſolemus, quo tamen ſolum in deſcribendis codicibus vtebantur: et coniectatur Mabillonus *p. 50.* hunc primum in Gallia fuiſſe repertum, in Italiam demum loco Langobardici introductum, quod pro hiſtoria illorum temporum vero admodum videtur ſimile. Ab iſto vero tempore eadem mutatio litterarum in Francia accidit ac ſupra dictum fuit. Francogallica tamen ſcriptura vſque ad tempora Caroli Calui a quibusdam fuit ſeruata. Langobardica vero propria a paucis: Romana quoque maior in quibuſdam codicibus ad pompam ſcriptis manſit.

§. XXXV Alia ab hac codicum ſcriptura erat diplomatica, cuius vſus in monumentis erat publicis. Litterae enim, quibus in publicis vtebantur monumentis, temporibus Carolingicis erant tenues in longius deductae et preſſae, quarum forma in pleriſque cum minutis barbaris conueniebat, niſi quod ſint longiores, curuilineae et rotundae. Chartae tamen ſynodicae Romano charactere minuto, qualis in codicibus praeſertim adparet, fuere exaratae. In titulis et primis lineis, ſubſcriptione item monumentorum litterae adhuc ſunt longiores, quod in omnibus fere diplomatibus Francicis eſt ſolenne.

§. XXXVI.

§. XXXVI. In Germania alius linguae et ſcripturae erat vſus. Antiquiſſimam quidem Germanorum eſſe linguam, et cum Graecorum plerumque conuenientem, praeter alios latius probare contendit Mericus Caſaubonus *de IV. linguis p. 135.* ex eaque Thracicam, Phrygiamque linguam exortam putat.

§. XXXVII. Ab eadem vero in multis diuerſa et cum Gothica conueniebat Saxonica vetus, quam vel a Graeca ortam, vel eiuſdem cum Graeca fuiſſe originis dicit Caſaubonus. Germanicae quidem ſcripturae aliqua monumenta ſupereſſe vix crediderim, et ſi quae extant, litteris Graecorum capitalibus fuit facta. Saxonicae linguae characteres cum Gothicis conueniebant, quos in Angliam transfretantes ibidem quoque introduxere. Huius reliquias videmus in BEDAE *hiſtoria eccleſiaſtica gentis Anglorum*, quae cum Anglo-Saxonica verſione Alfredi, regis Anglorum et notis Abrahami Wheloci, adiecta etiam chronologia Saxonico-Latina prodiit *Cantabrigiae 1643. f.* GEORGIVS HICKESIVS vero *inſtitutionem* ſcripſit *Grammaticae Anglo-Saxonicae et Moeſo-Gothicae*, quae *Oxonii 1649. 4.* prodiit. Multa quoque ex elementis Saxonicis cum Latinis capitalibus conueniunt, niſi quod C Є G h ꟽ Ð quod *Th.* notat, ſint immutata. Sic etiam vtebantur charactere minuto, qui talis erat

a	b	c	d	E	e	f	g	h	i	k	l	M	n	o	p
A	b	c	ꝺ	Є	є	ꝼ	ᵹ	h	i	k	l	ꟽ	n	o	p

q	r	s	ſ	t	u	w	x	y	Æ	ê	æ	th	th.
q	ꞃ	ꞅ	r	ꞇ	u	ƿ	x	y	Æ	Æ	æ	ð	þ.

Atque iſti characteres, vſque ad Normannorum in Anglia dynaſtiam permanſere, per quos Latini minuti, quorum tum temporis vſus in Francia, introducti. Licet ipſa dialectus Saxonica adhuc hodienum in Anglia vſitata.

§. XXXVIII. Germanica lingua alia fuiſſe videtur priorum temporum, alia a ſaeculo quarto. Vſi vero Germani atque Alemanni litteris Graecis, quae a ſaeculo quinto cum Gothicis fuere immutatae, ipſa autem lingua dicebatur Theotiſca. Huius dialectus erat Francica, cuius reliquias ex ſaeculo vndecimo in WILLERAMI *paraphraſi Cantici Canticorum* habemus, quae *cum obſeruationibus Franciſci Iunii*, edente Paulo Merula, prodiit *Lugduni Batauorum 1598. 8.* et ex eodem ſaeculo in *rhytmis incerti poëtae Teutonici* a MARTINO OPITIO editis *Dantiſci 1639. 8.* Scripturam autem

autem Graecarum litterarum fuiſſe in vſu ex Gregorio Turonenſi diſcimus hiſt. Francicae lib. V. c. XLV. vbi de Chilperico Francorum rege: *Addidit autem et litteras litteris noſtris, id eſt, vv ſicut Graeci habent, ae, the, vuui, quarum characteres ſubſcripſimus, hi ſunt:* O ψ Z Π *et miſit epiſtolas in vniuerſas ciuitates regni ſui, vt ſic pueri docerentur, ac libri antiquitus ſcripti planati pumice reſcriberentur.* Caroli Magni temporibus haec lingua Latinis litteris ſcribi demum coepta. Quare probe intelligendus eſt Genebrardus, Chronicorum libro II. ad ann. V. C. 428, vbi ait: *diſciplinarum capaces cum non eſſent Germani, ab octingentis annis duntaxat, id eſt a Carolo noſtro Magno, vt ipſimet adfirmant, ſuam linguam litteris coeperunt exſcribere, et cum Chriſtiana religione Muſas excipere, vt non ſit quaerendum, quibus hoc tempore tum illi litteris vterentur.* Sed hoc de litteris Latinis intelligendum, quae in Germania ſub Carolo M. coeperunt. Quare etiam Otfridus, qui temporibus Caroli M. euangelia in linguam Theotiſcam vertit, eam agreſtem, hoc eſt, nec ſcriptura nec arte expolitam adpellat. Qui tamen primo eam in Latinam ſcripturam redegit, licet eam propter litterarum aut congeriem, aut incognitam ſonoritatem difficilem dicat in praefatione ad euangelia, cum Latinarum litterarum ſonus non vbique recte poſſit adplicari. Orthographia enim varia erat, vti *ch* vterentur pro ſimplice *h*, et *vv* duplex per triplex exprimerent, vt *Vuuille* pro *Wille*. Eadem ratio et ſcriptionis et ſermonis videtur, quantum colligi poteſt, quo Tatiani Syri harmonia IV. euangeliorum, in eandem hanc linguam translata eſt. Huius verſionis tria capita adducit Pontanus origg. Francic. *lib. VI. c. XXIV. p. 589.* Verderius quidem, *variarum lect. lib. V.* dicit, coeptam demum in Germania, paullo poſt imperium Friderici II. anno 1231. linguam Germanicam excoli, Latiniſque characteribus exarari, ſed ex antedictis hoc falſum eſſe ſtatim patebit. Galli etiam, vtpote Romana prouincia, hac lingua vtebantur. Auguſtinus enim XIX. de Ciuitate Dei c. VII. ait, *data eſt opera, vt ciuitas imperioſa non ſolum iugum, verum etiam linguam ſuam domitis gentibus per ſpeciem ſocietatis imponeret.* Quare in canone concilii Turonenſis, prouincialium Gallorum lingua dicitur ruſtica Romana, honeſtiorum Theotiſca.

§. XXXIX. Varius tamen vſus concinnandorum librorum, componendarumque hiſtoriarum ſacrarum a ſaeculo IX. coepit, quo vero et poſterioribus aliquot, Theotiſcae linguae characteres cum minutis Latinis plerumque conueniebant, niſi quod *d g h v* a Latinis alienae, in reliquis codices ſecundum Latinorum criteria diiudicandi. Saeculo XII. ſcriptura admodum eſt nitida, littera *i* nullo puncto, rarius accentu notata: loco *ei* ſaepius reperimus *æi:* loco *ſ* in medio maxime et fine vtuntur z. A ſaeculo XIII. littera *i* et *y*

cum

cum accentu inualuit: ipſa etiam haec littera *i* loco *e* in fine potiſſimum, quam ſaepiſſime ponitur. Saeculi XIV. ſcriptura obtuſo calamo eſt facta, litteris craſſioribus, rariora puncta in *i*: ipſa verba cum lingua Belgica et Saxoniae inferioris maxime conuenientia. Obtuſior adhuc eſt ſcriptura ſaeculi XV. manus tremula, puncta in *i*, orthographia iniuſta. Sub finem huius ſaeculi ſcriptura eſt tenuior, ſed abbreuiata, litterae etiam variis ductibus implicatae: quae ſcriptura manſit vſque ad medium ſaeculi XVI. quo aliqua litterarum elegantia coepit.

§. XL. Vltimo loco conſideranda quoque venit codicum compactura. Antiquiſſimos quidem codices ſolis filis videmus colligatos, rarius certa ligatura compactos, niſi quod codices ſacri holoſerico rubro praeſertim ſint inuoluti. In iiſdem quoque vſu veniebat, vt exterior pars ligaturae figuris Seruatoris, Mariae virginis, apoſtolorum, vel aliis ſacris eſſet adornata, quae vel ex auro, ebore vel picturis conſtarent. Saeculo XII et XIII. ligneae tabulae coeperunt membranis obduci, et ne compacturae corrumperentur, in medio et angulis cuiuſque lateris coeperunt bullae adnecti ex orichalco, quae compacturam conſeruarent. Manſit haec ratio vſque ad ſaeculum XIV. cuius medio compacturas videmus cum tabulis quidem ligneis, corio tamen, fuſco plerumque, quandoque etiam rubro obductis, idque vſque dum compacturae corii ſuilli orirentur.

§. XLI. Haec potiora ſunt, quae obueniunt, ex quibus de aetate Codicum horumque praeſtantia facillime poterit iudicari. Aeſtimatio Codicum reſtat, quae eſt varia. Summi pretii ſunt codices antiquiſſimi ἀνέκδοτοι, maxime ſi vnici ſint, et quantum ad materiam, magni momenti. Inediti Graeci codices vtpote rariores, in bibliotheca Manuſcriptorum ſemper magis aeſtimantur ac Latini, membranacei codices praeferuntur chartaceis, quorum niſi ſcriptura ſit concinna, vel ſint ἀνέκδοτα adhuc, pauca habetur ratio. Codex, quo antiquior, et magis ad ſcriptoris attingit aetatem, eo maiorem habet fidem, eo maius pretium. Summi pretii atque raritatis ſunt codices litteris quadratis et maioribus exarati, purpurei, aurei et argentei. Pretium quoque auget ornatus, compactura, vſus publicus, poſſeſſor celebris, maxime ſi collatus fuerit codex cum aliis. Certum vero definiri pretium nulli poteſt, cum amor potius et vſus illud determinent. Atque haec potiora codicum criteria, quae ſub initium praeſentis inſtituti praemittere neceſſarium duximus, quantum quidem ex codicum collatione hucuſque obſeruare licuit. Plura ſi animaduertere datum fuit, nec ea denegabo.

III.
DAN. EBERH. BARINGII
OBSERVATIO
DE
SIGNIFICATIONE LITTERAE C. QVAE IN IPSA DIPLOMATVM ANTIQVORVM FRONTE POSITA CERNITVR; ITEMQVE DE ILLO C. QVOD DISTINCTIONIS GRATIA IN CODICIBVS MANVSCRIPTIS AB INITIO PONEBATVR.

C. maius, tertiam litteram Alphabeti in ipſis diplomatum chartarumque veterum initiis inde ab Imperatore Carolo Magno, vſque ad Ottonem IV. plerumque praepoſitam inuenies, eamque vel nudam ſine vllis aliis ductibus, quemadmodum videre eſt in diplomate Ottonis IV. Imperatoris, Stadenſibus collato, quod GEORG ROTH illuſtrauit Stadae 1717. in forma quae quatuor abſoluitur foliis; item in Henrici VII. Romanorum Regis diplomate apud celeberr. WILH. FRID. PISTORIVM in *Amoenitatibus Hiſtorico-Iuridicis Parte III. Lipſiae 1733. 4.* quod etiam *p. 692.* aeri inciſum exhibuit: vel miris ſaepe ductibus implicitam, vt quid cernas, ſaepe fere neſcias. Operae pretium erit, idpropter ſpecimina quaedam in medium proferre, quae adiecta tabula aenea exhibet delineata. Vnum alterumque ex Mabillonio mutuaui exemplum, vltimum quod adduxi, nudum C. in frontiſpicio repraeſentans, praepoſitum cernitur diplomati Wicmanni [a]) Archiepiſcopi Magdeburgenſis: quod generoſus Dominus IOH. ASCAN *von* RHOEDEN Equ. Pomer. Eccleſiae Cathedralis Numburg. Praelatus, cuſtodiae ſubſenior et capitularis beneuole olim mecum communicauit. Quum autem IOH. PETR. de LVDEWIG *Reliquiarum Manuſcriptorum T. II.* vbi Wicmanni diplomata nonnulla produxit, hoc non habeat, et memorabilia non vna contineat, coronidis loco huic obſeruationi integrum illud addere

a) Vitam et res geſtas Wicmanni antiſtitis Magdeburgici ex Hiſtoria Saeculi XII. ſingulari Diſſertatione exhibuit M. Godefridus *Hechtius* Vitembergae 1710. in 4to, quae, ſi denuo recudatur, ex Diplomatibus a laudato de Ludewig productis, et ex hoc documento illuſtrari poteſt.


ad Obſervat.
de ſignification.
lit. C. etc.
In nomine domini Dei coæterni et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Hluduuuicus
in nomine ſancte et individue Trinitatis Zuentebaldus divina procurante clementia Rex
Carolus gratia Dei Rex Francorum.
C. Innomine etc.
debertus
etc.
In nomine Sancte et individue Trinitatis Wiemannus divina favente gratia.
etc.

re placuit. Plura interim ſpecimina exhibet MABILLONIVS l. c. nec non abbas IOH. FRID. SCHANNAT in *Vindiciis quorundam archiui Fuldenſis diplomatum, Francof. 1728. f.* inprimis *Chronicon Gotwicenſe* Tom. I. prodromo f. Atque b. WALTHERVS in *Lexico diplomatico* Tab. 223. col. 451-453. exempla quoque non vna inde ab anno 856. vſque ad an. 1223. in aes inciſa, in medium produxit. Aliquando longiſſimum I. perpendiculariter C. hoc tranſit, eique modo X. modo *H.* adiunctum eſt. In aliquibus chartis etiam literae A. et Ω. vario modo effictae ei inſertae cernuntur. Quid autem ſibi velit dictum illud C. res videtur altioris indaginis, quae fortaſſe pauciſſimis huc vſque nota fuit: cum et ipſe IOH. MABILLONIVS, vir caeteroquin rerum harum, vti diligens ſcrutator, ita ſedulus doctuſque explanator, in opere diplomatico, ſicco id pede praetereat: itaque rem aliquibus non ingratam facturum me eſſe credidi, meam hac de praepoſita diplomatibus littera mentem expliciturus.

Extra omnem autem dubitationis aleam poſitum eſt, *a Capite ordiri* veteribus idem fuiſſe, ac *ab initio incipere*, quod vel ex TERENTII loco patet, ille in Andria Act. II. Sc. VI. *Hem*, inquit, *illic eſt huic rei caput.* Quocirca in eam opinionem veni, C. hoc indicare voculam *Caput*, et denotare in diplomatibus eo loco vbi poſita reperitur *chartae caput*, ſiue initium eſſe: litteras vero I. et H. cum C. connexae et collectae boni ominis felicioriſque auſpicii cauſa adiectas eſſe, et *Ieſum Chriſtum* deſignare, vtpote in quem A. et Ω. optime congruit, cuiuis adparet. Ornamenta eiuſmodi hanc ob cauſam *Capitularia*, hoc eſt *initialia* dicebantur Latinis et Graecis, quoniam *fruticis* fere ſignum quibuſdam praeſentant Aϛϱάγαλοι. Hinc Gloſſae Latino-Graecae: Capitulariis, *τοῖς ἀϛϱαγάλοις τȣ̃ χάϱτȣ* reddunt. Vulgo *viticulae* et Gallice *vignettes* eadem ornamenta audiunt, quia primitus ex implicitis veluti racemis fiebant. Quanquam hodie non amplius ex latere initii, ſed ſupra initium ipſum collocantur. Ita etiam ornamenta aurifabrorum ex ductibus implicitis conſtantia olim *vignettes* dicta ſunt. RABELAIS *Lib. I. Cap. 46: Puis lui donna une belle eſpée de Vienne avec le fourreau d'or fait a belles vignettes d'orfevre.* Verum enim vero quanto magis magiſque cogito excerpta, quae IOH. MABILLONIVS *Rei diplom. lib. VI. num. CCVII.* edidit ex ſyntagmate Dictandi ante quingentos annos ſcripto, quod in Codice eccleſiae Metenſis reperit, in aliam incidi opinionem: In eo namque Capitularis littera C. cum ſuis ductibus *Chriſmon* vocatur, voce hac ex *Chriſimon* ſiue littera Chriſti nomen exprimente effícta. Ibid. *p. 619.* de Priuilegiis Paparum agens auctor: *Signum autem*, ait, *in exordio priuilegii vel CHRISMON vel crux dominica cum ſupra ſcripto ſigno erit, quod ſupra ſcriptum*

ſignum interpretatur CHRISTVS. Chriſmon autem eiuſmodi effigiatur ſpecie (adſuit hic figura) *vt plenius autem in hoc Monogrammate* (adſuit iterum figura) *et vt Chriſti nomen adpareat, tali mea effigiaretur ſententia ſpecie.* (et hic figura appoſita fuit) Idem auctor de priuilegiis Regum ſcribit: *Proprie autem Regum vel Principum praecepta ſignum certum non habent in exordiis; ſed quod facere ſcriptoribus collibuerit vel crucem, vel Chriſmon vel litteram quamlibet circumdatam ſerpentibus in hunc modum* (figura adſuit hic) *vel quodlibet aliud quod voluerit.* Nota vero, auctorem hic *ſerpentes* vocare, quod alii *frutices* vel *viticulas* dixere. Nos eiuſmodi ornamenta initialia *einen Zug* appellamus. Graeci hac χρηϛομαθειῶν nota vtebantur ☧ quae ſecundum alios ſignificat Χρήσιμον vel Χρηϛων. CASAVBONVS ad Diogen. p. 9. Χρήσιμον, haec ſola ex voluntate vniuscuiuſque ad aliquod notandum ponitur: ISIDORVS lib. I. c. 20. p. 17. Nota τῶν Χρηϛῶν videtur fuiſſe duplex L. WOWER de *Polymathia* cap. 17. p. 142. LAVRENTIVS PIGNORIVS *Symbolarum Epiſtolicarum* libro primo, in quo nonnulla ex antiquitatis, iuris ciuilis et hiſtoriae penu depromuntur et illuſtrantur, multaque auctorum loca emendantur. Patauii 1629. 8. egit Epiſt. XXIV. p. 88 ſqq. etiam *de Chriſimo.* Atque Operae pretium erit ipſa auctoris verba huc tranſcribere:
„Sunt monſtra, inquit l. c. verborum, nata ex ignoratione Notarum, quibus ſtudioſis Auctorum loca ſignabant, habet illas Iſidorus lib. I. originum „cap. XX. vbi inter caeteras extat haec ☧ Χρήσιμον, haec ſola ex voluntate „vnius cuiuſque ac aliud notandum ponitur. . . . Verum haec nota apud no-„ſtros religioſa olim fuit et ſacroſancta, vt quae contineret duas priores litte-„ras nominis Dominici. Vidimus illam in veteribus nummis, in Titulis mo-„numentorum; in vetere lucerna fictili, quae extat apud me, cuius typum „exhibet clariſſimus Philoſophus Fortunius *Licetus* in libro de Lucernis. „Auctorem faciunt Conſtantinum Auguſtum, neque ſane improbo, et opi-„nor tranſtuliſſe eam ex veteri vſu ad hunc pium, et ſacrum: ipſe ſane ap-„paret galeatus in vetere nummo haſtatus et clypeatus cum inſcriptione CON-„STANTINVS AVG. in galea vero conſpicitur haec nota, vt et in labaro „alterius nummi. At in pleriſque Regum Ptolomaeorum aereis numiſmatibus „non ſemel extat, vt ego vidi apud Laelium Paſchalinum iſthic. eſto. quid „tum? an non potuit Conſtantinus ex promiſcuo monetariorum vſu exprimere „hanc notam, cum infamiam abrogauerit ſupplicio crucis? in monetis ante „Chriſtum percuſis potuit ſignificare compendiaria ratione nomen alicuius qui „monetam curaret, exempli gratia Chriſtodori, Chryſaori, Chremetis, „Chryſantii, Chryſippi, poſt Conſtantinum ſolum nomen Domini Saluato-„ris: de quo Iulianus in M. Sopogone et Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſcriptores. „-- Crux ipſa, quae nunc exornat imperantium frontes, fuit olim ignominiae

„theca,

„theca, et ſeruilium ſuppliciorum periodus et epitome.„ Haec ille. Confer de ſigno Crucis MICH. MEISNERI Syntagma ſuper *Adnotamentis Philologorum* p. 99 ſqq. Atque de Crucis ſigno a Conſtantino conſpecto NIC. BARINGIVS Diſſertationem Epiſtolicam ſcripſit ad Ant. Bullaeum ICtum. Hanouerae 1645. 8. Sigillatim de Chriſti monogrammate egerunt Cl. IOH. BVRCH. MENCKEN. Lipſ. 1696. item DOMINICVS GEORGI. Romae 1738. 4. Interim ſi LACTANTIO *de mortibus perſecutorum* cap. 44. credimus, Chriſti monogramma Conſtantinus Magnus coeleſti monitu in labaro inſcribi iuſſit. De nummis huius Imperatoris Chriſti monogrammate inſignitis confer ANS. BANDVRIVM Tom. II. Imper. Orient. p. 250. et 273.

Atque ex his omnibus in vnum collectis liquido apparet, quod littera C. in diplomatum antiquorum fronte poſita, *χρισμὸν* dicta, ex antiquo Monogrammate Chriſti ☧ formata fuerit, nimirum ex duabus litteris Graecis X et P b). Hoc autem ſignum ſalutare apud veteres Chriſtianos vſu receptum Notarii litterarum Graecarum expertes, mire deformarunt, ac veriſimiliter illud in C immutarunt. Accedit quod auctor ſyntagmatis dictandi ſcribat: *hoc ſignum interpretatur Chriſtus*, item *vt plenius in hoc monogrammate Chriſti nomen appareat* etc. Praeterea *Chriſmon*, ſiue Chriſti monogramma ſatis perſpicue diplomati Henrici III. Imp. de anno 1044. apud SIM. FRID. HAHNIVM Collect. Monum. Tom. I. p. 69. praemittitur. Item in alio diplomate eiuſdem Imperatoris de a. 1055. in MVRATORII Antiquitatum Italiae Tom. III. p. 75. Plura forſan exempla ſe iis offerent, qui tabulariis praeſunt.

Lectiones de caetero, quae in Eccleſiis fiebant, a nouo ſemper initio incipientes *Capitula* vocatae ſunt, quia iis nempe in codicibus MStis C, ⸿ vel ⸿ nota, vt paſſim obſeruari poteſt, praepoſita eſſet; et inde quicquid ab vna huius generis nota ad alterum vſque ſcriptum extabat, Capitulum nominabatur. GREGORIVS TVRONENSIS *lib. IX. Cap. VI.* ex edit. TH. RVINART *Pariſ. 1699. Et ingreſſus*, ait, *in oratorium, me poſtpoſito, ipſe capitellum vnum atque alterum ac tertium dicit.* Regula S. Aureliani Cap. 55. *Hymnus iam ſurgit Hora tertia, et Capitulum, deinde Kyrie eleyſon.* RANVLPHVS *Tungrenſis* de Canon. Obſerv. Propoſ. 13: *Sicut ad vigilias noctis leguntur lectiones magnae; ita ad Laudes et Veſperas et ad quinque paruas Horas dicuntur paruae lectiones, quas Benedictus appellat in ſua Regula Lectiones; communi tamen vſu ſaeculi appellantur Capitula.* Adde eiuſdem Propoſit. 8.

 Litterae

b) Vide MENCKENII Diſſ. de Monogrammate Chriſti.

Litterae vero maiores, quae etiam diſtinctionis cauſa ab initio ponebantur, quia notae C. adſitae erant, *Capitulares* et *Capitales* audiebant. ECKEHARDVS IVNIOR *de Caſibus S. Galli* c. I. apud MELCH. GOLDASTVM Script. rerum Alemann. Tom. I. *lineandi et capitulares litteras rite creandi gnarus.* Idem c. IX. *Et quos ad litterarum ſtudia tardiores vidiſſet, ad ſcribendum occupauerat et lineandum: quorum amborum ipſe erat peritiſſimus maxime in capitularibus litteris.* Confer *Gloſſarii ad ſcriptores mediae et infimae Latinitatis* Dni. DV CANGE Tom. II. *col. 266.* editionis nouiſſ. ſub voce *Capitulare* et *Capitulares litterae.* Hinc ſpecies litterarum maiorum adhuc in officinis Typographicis *Capital* vulgo dicitur. Extra lectiones, rationes, ſententiae, canones, leges et quicquid de nouo incipiebat, et plenum ſenſum habebat, *Capitulum* vocabatur, quod cum priori non cohaereret; ſed ab initio incipi poſſet, ad plenum ſenſum habendum. PAPIAS [c]) vult *Capitulum* dictum quaſi alterius ſententiae caput: *Capitulum*, ait, *eſt breuis multorum complexio, ſic dictum, quia breuiter capiat totam ſummam. Capitula librorum dicta, quod breuiter capiant et contineant aliquam ſententiam, quaſi caput et titulus maioris ſcripti. Vnde Clericorum capitulum dictum, quod capitula ibi exponantur. Capitularium* ita olim erat liber cenſualis, in quo deſcriptae erant praeſtationes, quas quiſque debebat. GREGORIVS TVRONENSIS Hiſt. lib. IX. c. 30: *Gaiſo comes eiusdem temporis accepto capitulario, quod anteriores ſcriptores feciſſe commemorauimus, tributa exigere coepit.* Et ſubſequitur mox: *Ecce librum prae manibus habemus, in quo cenſus huic populo eſt inflictus.* Quodlibet inde opus ſcriptum et in varia capita diuiſum CAPITVLARE dictum eſt. S. GREGORIVS *lib. I. Epiſt. 40.* ad Anthemium ſubdiaconum ſcribens: *Iohannes*, inquit, *frater et coëpiſcopus noſter directo per Iuſtum Clericum ſuum CAPITVLARI, inter alia plura hoc nobis cognoſcitur intimaſſe, aliquos monachos, monaſteriorum in ſurrentina dioeceſi poſitorum de monaſterio in monaſterium, prout eis libuerit, tranſmigrare.* HADRIANVS I. Papa, in Epiſtola

c) *Papiae* Vocabularium prodiit Venetiis 1491. in folio, atque hanc editionem euolui. C. S. *Schurzfleiſchius* referente perſonato Parrheſiandro in *Freymuthigen ſingularibus, von hauptgelehrten Männern und auserleſenen alten und neuen Schriften*, ex ore laudati Schurzfleiſchii collectis. Zittau 1711. in 8. p. 216 ſeq. editionem Venetiis 1496. impreſſam falſo pro prima habuit. Interim *Lexicon hoc Catholicum*, ſiue, vt a Thoma *Bradwardino* vocatur, *Elementarium*, anno Chriſti 1063. ab auctore compoſitum eſt. Quanquam autem alii multa vulgaria et inepta paſſim in eo obſeruarint, attamen multa etiam praeclara, quae alibi fruſtra quaeras, in eo reperiuntur. Eius interpolator eſt *Noſter Nouarienſis.* Vide etiam ea, quae de Papiae vocabulario habet *Morhofius* in Polyhiſt. litterar. Lib. IV. Cap. IX. N. 8. p. m. 110. Editioni de anno 1491. in fine additum eſt: *Impreſſum Venetiis per Theodorum de regazonibus de aſula. Anno domini MCCCCLXXXXI. die XVII. Martii. Regnante inclyto principe Auguſtino Barbarico.*

ſtola ad Carolum M. qua reſpondet ad huius Capitulare de non adorandis imaginibus: *Vnde*, ait, *pro veſtra melliflua regali dilectione per vnumquodque capitulum reſponſum reddimus.* Codex, in quo deſcripta erant initia et fines Lectionum et Euangeliorum, quae in Eccleſiis olim cantabantur, STEPH. BALVZIO teſte in notis ad libros Capitular. p. 1156. hunc titulum habet in vetuſtis exemplaribus: *Capitulare Euangeliorum de circulo anni.* Conſtitutio principum etiam CAPITVLVM, et plures earum ſimul publicatae CAPITVLARIA d) nominabantur. Interim, vt ad priora redeam, Summe Reuer. I. C. HAREMBERGIVS in Epiſtola IV. Itineraria, quam Tom. III. der vermiſchten Hamburgiſchen Bibliothek inſeruit, in notitia de Faſciculo temporum Ioh. *Veldenar* de an. 1480. f. ſcribit quidem p. 392. l. c. vor jedem Satze ſtehet ein geſchriebenes, und zwar rothes oder blaues Anfangs-Zeichen C. welches mit dem großen C. vor den Urkunden der mittlern Zeiten einerley Bedeutung hat. Verum obiicio, in MStis codicibus et libris typis exſcriptis hoc quidem locum habere, ibi veteres ſub littera capitulari nihil aliud indigitare volunt quam vocem *caput*, quippe quae etiam initium denotat; in diplomatibus vero haec littera initialis potius *Chriſmon* vocabatur, quod ex ſupradictis liquido conſtat.

Caete-

d) Nota ſunt *Capitularia Regum Francorum* a Steph. *Baluzio* duobus Tomis edita Pariſiis 1677. in folio. Tomo II. acceſſere *Marculfi* formulae. Ex hiſce capitularibus olim cum codice membranaceo, qui aſſeruatur Hamburgi, contuli Dagoberti Regis capitulare I. item ſecundum, Legem Ripuariorum, Legem Alemannorum, Capitularium Caroli Magni et Ludouici Pii etc. et variantes lectiones non vnas annotavi: quibus vſus eſt I. G. *Eccard* in illuſtrando Codice legum antiquarum Germaniae Frid. *Lindenbrogii*, ſed opus imperfectum reliquit, quod poſt obitum Eccardi, Nic. Förſterus et filius et nunc haeredes Förſteriani bibliopolii magnis impenſis redemerunt. Interim tamen haeredes bibliopolii Förſteriani operam dabunt, vt hic codex multis acceſſionibus auctus ac notis perpetuis illuſtratus ſtudio cuiuſdam viri docti vna cum Eccardinis annotationibus, quas Wurceburgenſes ipſis non inuiderunt, aliquando publici iuris fiat. Eccardus autem ſuarum commentationum iam olim edidit ſpecimen inſigne ſeq. titulo: *Leges Francorum Salicae et Ripuariorum, cum additionibus Regum et Imperatorum variis, ex MStis codicibus emendatae, auctae et notis perpetuis illuſtratae* etc. Lipſ. 1720. f. Hoc opus Legum Salicarum et Ripuariorum cum additionibus tunc temporis integrum deſcripſi, et Eccardinas annotationes ex eius MSto textui reſpondentes ordinaui ac ad editionem paraui, indicesque poſtea addidi. Quae ſub finem praefationis de Diederici *Stadenii* Otfrido ac Gloſſario in eundem auctorem commemorat, quaſi is ad manus Theodori Haſaei S. Th. D. et verbi diuini quondam apud Bremenſes miniſtri peruenerit, ex falſo rumore protulit. Initio enim anni MDCCXXIII. iſta Stadenii Latina verſio Otfridi cum caeteris b. Auctoris MStis huc facientibus pro Bibliotheca Regia et Electorali Hannouerae emta ſunt. Sed in fine huius anni, nempe 19. Decembris clam ſe hinc ſurripuit, ſpartam ſibi demandatam et omnia ſubſidia ad opus Etymologicum magnum linguae Germanicae, quibus prae caeteris inſtructus fuit, derelinquens, catholicam amplexus eſt fidem, et Wirceburgi anno 1730. deceſſit. Vide eius *Hiſtoriam Franciae Orientalis*, vbi poſt praefationem Epitaphium poſt fata ipſi ponendum videre eſt. Errant autem omnes quam maxime, qui eum natione Thuringum aſſeruerunt, qua de re in praefatione pluribus egi. Caeterum ſat ſpiſſum volumen legum veterum aſſeruatur Gothae in Bibliotheca Ducali, ex quo Eccardus variantes lectiones ad Legem Ripuariorum paſſim notauit.

Caeterum Graecis litera C. dentalis, vide auctorem libri *Naturae et Scripturae Concordia* Lipſiae 1752. n. 6. Hiſtoriam vero litterae C. et ſignificationem duorum CC. in antiquis monumentis, et ſigillatim in numo aenigmatico Auguſti Imp. maioris moduli, ſingulari epiſtola expoſuit IOH. CAROL. SCHOTT ad Dn. *Vignolium* ſcripta, quam inſertam vide *dans l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres Tom. IV. A Amſterd.* 1713. p. 228-251. et vult CC. legendum hic eſſe *Ducenarius*. Vlterius litteram C. CICERO *pro Milone* triſtem nuncupauit, quod illa condemnationis nota. Praeterea C. rectum apud Romanos, Caium et inuerſum Ɔ. Caiam denotabat. Inde *Quint. Caius* C. littera notatur, quae inuerſa mulierem declarat. C. interim vetuſtiſſimam eſſe figuram τȣ σῖγμα oſtendit ſtibadium, quod a forma huius litterae dicebatur Sigma, ac ſpeciei lunae ſimile eſt C; propterea ſtibadii extremitates Cornua dicuntur Iuuenco preſbytero libro quarto:

Cornibus in ſummis deuitet ponere membra.

Ibidem:

Turpiter eximio cogetur cedere cornu.

Confer *Mich.* MEISNERI Syntagma ſuper adnotamentis Philologorum interiecta diatriba de Stigmatis. Hofii Variſcorum 1624. 8. C. numerale cur Latinis 100. ſignificet, expoſuit auctor libri *Naturae et Scripturae Concordia* n. 321. Cap. III. Litterae autem, quas VALERIVS PROBVS, ſupra cum aliis iam citatus, et ex recentioribus Celeberr. SERTORIVS VRSATVS de notis Romanorum collegerunt, exprimunt non tantum nomina, ſed et characterem et officia antiquorum Romanorum: quippe quae ſigna et partes fuerunt iſtarum vocum, quae rem ab auctoribus indigitata ſignificarunt. De orthographia litterae C. confer auctorem obſeruationis von der Recht-ſchreibung, quae inſerta eſt denen Hannoveriſchen gelehrten Anzeigen A. 1752. n. VII. p. 81.

Coronidis loco hic ſubiicio duo diplomata, nimirum ſupra memoratum diploma WICMANNI, Antiſtitis Magdeburgici, in quo quidem depingendo orthographiam [e]) non curate ſatis obſeruaſſe ſcriba videtur, licet caeteroquin

e) Sic vox percelebratae vrbis *Magdeburg*, quae appellatur a *Magad* vel Theotiſco *Magadi* et contracte *Magd* i. e. virgo, vt exponitur a I. G. *Eccardo* in catecheſi Theotiſca p. 134. ac Ioh. Georg. *Wachtero* in Gloſſario Germanico ſub voce *Magad*, et *Burg* vel *Borg* caſtellum ſ. munimentum, in hoc Diplomate modo *Magatheburg*, *Magadeburg*, modo etiam *Mabatheburg* incuria ſcribae vel Secretarii, qui documentum concepit, ſcripta fuit. Interdum etiam, vt exprimeret litteram *æ* adhibuit quidem ę caudatum, aliis vero locis iterum loco huius ſimplex *e* poſuit. Interim eiuſmodi floſculi genio linguae Latinae medii aeui ſunt familiares, et in codicibus et documentis vetuſtis fere ſemper obſeruantur: ne dicam quod et errores hiſtorici inſignes in hoc vel illo Diplomate a Secretario interdum commiſſi fuerint: v. gr. Brunſuigae in tabulario ampliſſimi Senatus aſſeruantur litterae homagiales *Erneſti II.* Ducis Brunſu. et Luneb. qui

roquin admodum nitide, magnaque cum diligentia illud deſcripſerit. Principium huius diplomatis ſingulari alphabeto ac ſcriptionis genere vſque ad voculam *pax* exaratum, quemadmodum in tabula aenea huic obſeruationi praemiſſa videre eſt. Diploma autem ipſum huius eſt tenoris:

C. In nomine Sancte et individue Trinitatis Wicmannus diuina fauente gratia ſancte Magatheburgenſis eccleſie archiepiſcopus omnibus Chriſti fidelibus et preſentibus et futuris in perpetuum gratia vobis et pax.

Sanctorum patrum predeceſſorum noſtrorum matris noſtre Mabatheburgenſis æccleſiæ archiepiſcoporum regia úia gradientium iter ſequi uolentes, religioſos uiros Deum timentes amplectimur et paterno caritatis affectu diligimus et eorum iuſtis deſideriis vel peticionibus pii favoris manum porrigere ſine refragatione intendimus. Juſtum etenim eſt, ut qvorum orationibus clementiæ Dei commendamur, ut inter filios Dei aſſcribi mereamur eos omni pietatis et humanitatis ſtudio proſequamur. Ea propter notum eſſe uolumus omnibus qui coeqvalem nobiscum ſortiti ſunt fidem, qvomodo predicandæ memoriæ *auunculus noſter Conradus Miſinenſis* et *Liuſicenſis marchio* monaſterium quod in monte ſereno primus a fundamentis erexit, et opera ſua dedicari fecit, in quo regulares clericos ſecundum regulam beati Auguſtini apoſtolorum uita uiuentes adunauit, et eorum indigentiis poſſeſſiones cum hominibus qvi eis ſeruiant legitime delegauit, libertate donatum beato Petro apoſtolorum principi eiuſqve vicario romane ſedis ſummo pontifici ſub annua unius aurei nummi, vel fertonis argenti penſione obtulerit, apoſtoliceqve ſedis priuilegio beati videlicet Honorii pape factum ſuum omnium fidelium uniuerſitati confirmatum transmiſerit. Felicis eciam memorie dominus Fridericus Magadeburgenſis archiepiſcopus, qvi primus baſilicam beati Petri dedicauit, baptismum & publicam ſepulturam *nobilium* et *liberorum* et *miniſterialium* iuxta ipſorum beneplacitum et condictum in ea celebrari conceſſit, banno


qui poſt mortem patris Alberti II. vel Pinguis accipiebat principatum Gottingenſem, cuius metropolis Gottinga, et hinc *Gottingenſis* cognominatus, datae dictae litterae ſunt anno 1374. et ita incipiunt: *Van der Gnade Gottes we, Erneſt Hertoge to Brunswich, ichtes wanne* *HERTOGEN MAGNVS SONE DES ELDEREN*, *deme God gnedig ſy bekennet openbar* etc. Scio quidem celebrem quendam hiſtoricum hunc Erneſtum conſtituiſſe ſecundum verba Diplomatis Magni Torquati fratrem, quaſi huc vſque in libris Genealogicis is omiſſus fuiſſet. Sed notum eſt, et res geſtae Erneſti Gottingenſis euincunt, Ducem Magnum ſeniorem non fuiſſe huius Erneſti patrem, ſed fratrem, vtrique autem Alberti Magni Ducis Brunſuic. et Luneb. nepotes. Interea de fide Diplomatis nullum eſt dubium, quod ex autographo Brunſuigae anno 1723 deſcripſi. Quocirca propter vitia Grammaticalia et errorem, vel ob omiſſam indictionem Diplomata non ſtatim reiicienda, vel pro ſuppoſititiis habenda, niſi plures circumſtantiae concurrant, et ita rem varient.

banno firmauit, Magadeburgenſis eccleſiæ bona uoluntate uotis omnium et deſideriis circumqvaqve commanentium concurrentibus, et hoc fieri et confirmari petentibus. Dominus qvoqve Rokerus Magadeburgenſis archiepiſcopus apud capellam veterem petente *auunculo* noſtro XIII. villarum *homines ruſticos* baptismum et ſepulturam accipere precepit, curamqve uel monaſterii, uel capellæ prepoſito loci commiſit, de cuius manu unus fratrum congregationis poteſtatem predicandi, baptizandi, infirmos viſitandi, mortuos ſepeliendi ſuſciperet et iniunctum ſibi officium cum timore Dei deuote adimpleret. Nomina uillarum ſunt hec: Ziortuwiz, Niubodiz, Naliz, Thacherwiz, Marcſwiz, Wiſtatuwiz, Pribizlawiz, Walewiz, Trebeſiz, Frankenthorp, quæ et Liubanuwiz. Wreſſuwiz, Dreliz, Plons. Nos itaque predeceſſorum noſtrorum Rokeri, Northberti, Cuonradi, Friderici, archiepiſcoporum exemplis informati, *nepotumqve noſtrorum Ottonis* Miſinenſis *Thioderici* Liuſicenſis peticione animati Eckehardum prepoſitum fidelem noſtrum et fratres loci debita ueneratione colentes, baptismum et ſepulturam in maiori eccleſia et in ueteri capella celebrari uolumus, et ſuper hac re a nullo archidiacono, uel plebano ſacerdote grauari in uirtute ſancti ſpiritus prohibemus. Si qua eciam bona uel poſſeſſiones donatione regum, conceſſione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium in agris cultis et incultis, in noualibus et decimis in campis et ſiluis, in uineis et uinetis, in hortis et pomeriis, in pratis et paſcuis, in uenationibus et piſcationibus, in areis et edificiis, in molis et in molendinis, in viis et inuiis, in exitibus et reditibus, in acquiſitis et acquirendis, nunc in præſenti poſſident, vel in futurum iuſtis modis poſſeſſuri ſunt, eternam pacem aſſignamus, eorum pro quorum ſuſtentatione oblata ſunt, vſibus omnimodis profutura. Libertatem ipſis et loco poſſeſſionibus, et hominibus eorum cuiuscunque condicionis ſint, ab auunculo noſtro et filiis eius permiſſam firmam ſtabilem, inconuulſam eſſe decernimus, et banno noſtro confirmamus, et omnium aduocatorum vel iudicum beneficiale ius et importinatem in eorum poſſeſſionibus perpetuo anathemate abdicamus. Hec que preſenti pagina exarata ſunt et ſigillo noſtro recognita in nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Poteſtate apoſtolorum Petri et Pauli. Auctoritate domini Lucii Papæ et banno noſtro in perpetuum rata manere ſtatuimus. Huius *manvſcripti* teſtes ſunt hii: Hubertus Hauelbergenſis epiſcopus. Rokerus Magadeburgenſis eccleſiæ prepoſitus. Gero uicedominus, Theodericus Magadeburgenſis curiæ camerarius. Hunoldus burgenſis prepoſitus. Albertus de Giſinrothe. Heinricus, Folckmarus, Fridericus Magadeburgenſis curie notarius. Item Norbertus Magadeburgenſis curie notarius. Otto Misnenſis marchio, et Albertus filius eius. Theodericus Luſicenſis marchio. Dedo comes et Conradus filius eius. Heinricus

ricus

ricus puer de Witin. Burchardus Burgrauius Magadeburgenſis, et Geuehardus frater eius, Walterus de Arneſtein. Geuehardus de Wranekinſtein, Hardwicus et Richardus de Aliſleue, Heinricus pincerna, et alii qvam plures. Actum in Giuekinſtein XIII. Kal. Nouembris. Anno incarnationis domini MCLXXXIIII. Indictione ſecunda.

Alterum diploma quod ex originali hic produco, eſt CONRADI Archiepiſcopi Moguntinenſis. Datum anno 1193. En ſpecimen ſcripturae:



Haec bulla ſingulari ſtudio ſcripta fuit, et interdum habet geminatas vocum abbreuiationes: loco *æ* in originali ſemper eſt *e* ſimplex. Tenor eius eſt ſequens:

C. In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. CONRADUS, Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus, *Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus* in perpetuum. Decet & huic Pontificali quidem congruit dignitati, vt ea, que ad honorem & gloriam Dei omnipotentis perdiſcreti ordinis rationem fidelium fuerint inſtituta, noſtre auctoritatis robur obtineant et vigorem, ne noſtre poſteritatis ſucceſſio, vel quiſquam homo malignus ſtudens, malignari, regulariter & catholice ordinata poſſit infringere vel retrectare, per quod factum Devotorum hominum animi perturbentur. Unde ad noticiam univerſorum tam futuri quam preſentis evi Chriſti fidelium peruenire volumus, quod ex conniventia & ordinatione patrum et Fundatoris Eccleſie in ILEVELT in eadem Eccleſia CANONICI, qui NORBERTINI dicuntur, Præmonſtratenſis eccleſie vitam et habitum gerentes, regulariter ſunt inſtituti, in cuius relligionis habitu multis retroactis temporibus fratres ibidem degentes, Domino deuotiſſime ſeruierunt. Unde quoniam omnis etas pronior eſt ad malum, predicte Eccleſie in ILEVELT, et eius conuentui talem noſtre auctoritatis paramus confirmationem ſub anathematis interpoſitione prohibentes, ne aliqua inpoſterum ſpiritualis ſeculariſue perſona religionis habi-

tum vel eam ſub qua nunc militat Deo, viuendi normam videlicet Præmonſtratenſis Eccleſie in alterius Religionis habitum vel Regule per alterationem permutare præſumat. Vt autem hæc noſtra conſtitutio rata permaneat in perpetuum et inconvulſa, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus, et ydoneorum ſubſcriptione teſtium roborauimus, quorum nomina ſunt hec:

Gardolphus Haluerſtad. electus
Berno Hildensheimenſis Epiſcopus
Eberhardus mersburgenſis epiſcopus
Arnoldus Maior in Mog. Prepoſitus,
Henricus Abbas ſancti Albani.
Thitmarus Abbas de monte Sancti Petri in Erpsfordia.
Withekindus Abbas de valle Sancti Georgii.
Gerwicus, Prepoſitus Sancti Seueri.
Capellani quoque curie noſtre Sacerdotes.
Arnualus decanus Sancte Marie in Moguntia, et
Cunemannus.
Scriptores: Magiſter Warnerus de Sancto Stephano
Hermannus et Harechmul.
Laici quoque: Comes Chriſtianus de Rodenburg.
Bertoldus vicedominus in Erspfordia
Thirricus pincerna noſter et frater eius,
Thirricus Camerarius,
Hellewicus de Ringiltherod.
Hinricus villicus in Erpsfort.
Hugo Magiſter fori et Fribodo,
nec non et alii tam clerici quam laici viri teſtes ydonei.

Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXCIII. Indict. XI. Domino Celeſtino Apoſtolice ſedi preſidente. Henrico IIIIto glorioſiſſimo Rom. Imperatore imperium gubernante. Anno noſtre electionis in Moguntinenſem Archiepiſcopatum XXXIVto. Exilii XXIX. Reuerſionis vero ab exilio vndecimo.

Equidem I. G. Leuckfeldius in *Antiquitatibus Ilſeldenſibus* p. 55 ſqq. bullam adductam typis iam vulgauit, ſed quam vitioſiſſime, et variantes lectiones non vnas ex collatione cum originali obſeruaui; ſic et in reliquis diplomatibus, quae produxit, malo lecti originalis occurrunt exempla quam plurima.

ALPHA-

ALPHABETA VARIA

ET

SPECIMINA

MEDII AEVI

SCRIPTVRARVM


ADIECTIS INTERDVM ABBREVIATIONIBVS ET ANNIS, QVIBVS EXARATVM FVIT VETVS QVODQVE MONVMENTVM.

XXVII. TABVLIS AENEIS


INCISA.

Tabula Alphabetica I.


I. Alphabetum maius veterrimi Codicis apud Herbipolenſes Epiſtolas D. Pauli cum Præfationibus complectentis.




II. Alphabetum ex libris Dialogorum et Homiliarum Divi Gregorii, cum vocabulis aliquot notabilioribus.




III. Gallicum vetus ex Mabillonio de re dipl.



IV. Gothicum




Tabula Alphabetica II.




Tabula Alphabetica III.

Exhibens ſpecimina diverſarum medii ævi ſcripturarum, et quidem literarum latinarum maiusc. quales in pervetustis diplomatibus, chartis et codicibus occurrunt.




Tabula Alphabetica IV.

Exhibens ſpecimina literarum latinarum, maiuscularum.




Tabula Alphabetica V.

Literarum latinarum minorum in pervetustis diplomatibus chartis et codicibus medii ævi occurentium, adiectis annis quo exaratum fuit vetus quodque monumentum.




Tabula. VI.

Alphabetum Seculi X. ex authentico diplomatis Henrici Aucupis exhibens etc.




Diploma exſtat apud F. E. Kettnerum in Antiq. Quedlinburg. ſub. N.° 1. p. 2.

Ex dipl. Ottonis I. et Henrici regis.



H. rt ſt w. ibid. N.° 2. p. 4. et N.

S. Kalendæ Jan: A. D. A. A. ibid. Num. 5. p. 12.




T. G. r. a. æ. ibid. N.° 9. pag. 15.

pphaz *Prophetarum, in Codice Bibliorum antiquo.*

Explic ꝓlõ incip. i l. regũ. *Explicit præloquium, incipit primus liber Regum. ibid:*


Tabula VII.

Alphabetum quo Literæ Burchardi Abbatis S. Mich. Luneb. conſcriptæ ſunt. Ao 1214.




Tabula VIII.

Alphabetum Literarum ab Ottone I. Duce Brunſv. et Lun.
Luneburgenſib. datarum. Aõ. 1228.




Tabula IX.

Alphabetum Literarum Ottonis pueri Duc. Brunsvic. et Luneb. A° 1228. datarum.




Tabula X.

Alphabetum Literarum Ottonis pueri Ducis Brunſvic. & Luneb. Ao. 1247. datarum.




Tabula XI.

Alphabetum Literarum ab Helena Duciſſa Brunſvicenſi Abbati S. Mich. datar. Aº. 1233:




Tabula XII.

Alphabetum Literarum Dn. Luderi Episcopi Verdensis, Monasterio Lune Ao. 1245. datarum.




Tabula XIII.

Alphabetum Literarum ac Mechtilde, Duce Brunſv. et Luneb. civitati Luneburg. Aº. 1247. datarum.




Tabula XIV.


Alphabetum Privilegii a Mathilde Ducisſa Brunsv. et Luneb. Civitati Luneburg. dati Aº. 1257.



Tabula XV.
Alphabetum Literarum Dn. Gerhardi Episcopi Verdenſis. Aõ. 1252. Monaſterio Lune datarum.




Tabula XVI.
Alphabetum Literarum ab Alberto D. Brunſvic. Luneburgenſibus de thelonio Salis Aº. 1258. datarum.




Tabula XVII.

Alphabetum Literarum, ab Alberto & Johanne, Ducibus Brunsv. et Luneb. Aº. 1263. datarum, de Exactione ſalin.




Tabula XVIII.


Alphabetum Literarum Johannis Duc. Brunsv. Ao. 1263. Luneburgensibus datarum



Tabula XIX.
Alphabetum Literarum Dnn. Alberti et Johannis Duc. de Brunsv. et Luneb. Dat Lubike An. 1263. in Oct. B B. Petri et Pauli.



Tabula XX.
Alphabetum Literarum a Johanne Duce Brunsv. et Luneb. Civitati Luneb. datarum Aº. 1273.




Tabula XXI.

Alphabetum Literarum Aō. Dn. 1281. ab Henrico, Johanne et Bernardo Dominis de Werle. datarum.

a	actio.	q	quicquid
b		r	
c	con.	s	
d		t	
e	et	u	
f		w	
g		x	
h		y.	
i		z	
k			est
l			iterari
m			non
n	noſter.		
o	omnibus.		
p	parte.		


Tabula XXII.

Alphabetum Literarum Ottonis, Ducis Brunsv. et Luneb. Statib9 de Cudenda Moneta datum A°. 1293. in Epiphan. Dn.




Tabula XXIII.

Alphabetum Literarum Ottonis Ducis Brunsv. et Luneb: de Fundatione Capellæ S. Spiritus in Luneburg. Aō 1298. datarum.




Tabula XXIV.

Alphabetum Literarum Ottonis Ducis Brunſv. et Luneb. Civitati Luneb. de Hortorum libertate. datarum Aº. 1299.




Tabula XXV.

Alphabetum Literarum Ottonis Ducis Brunſvic. et Luneb. Abbati S. Mich. datarum Ao. 1309.



Tabula XXVI.

Alphabetum Sententiæ ab Erico D. Sax. publ: Aº 1358.




Ex Orig. membr.

Tabula XXVII.

Alphabetum

Inſtrumenti cuiusd. Procuratorii Dn: Hermanni Elers. Dat: Romæ, Aō. 1525. d. 23. Dec.



COMPENDIA
SCRIBENDI
MEDII AEVI
ORDINE ALPHABETICO DISPOSITA.
QVIBVS NVNC ACCEDVNT
COMPENDIA VOCVM,
QVAE IN ANTIQVIS CODICIBVS ET MSS.
SEC. XIII. XIV. XV. ET XVI. OCCVRRVNT,
NEC NON
CHARACTERES ET SPECIMINA
INDE A SEC. VIII.
ET OMNIA
XXIV. TABVLIS AENEIS
EXHIBENTVR.

A.

Abbti. abbti.	Abbati.	aie	animæ.	aieps	
abs	abſque.	aı̄	animi.	arepc.	Archiepiſcopus
ach. 1229	Achatius	aı̄os	animos	archiepc.	
acr	acriter	ān	anni.	arepis.	Archiepiſcopus
adiutcē	adjutricem	ānis	annis.	āmati.	armati
āmonēs	admonens	aō	anno.	atm	attamen
amonuer	admonuerunt.	an̄, an̄.	ante	Ae: aty: atz	atque.
adūsū.	adverſum	ancdce	antedictæ.	atō.	atrio.
s, s, E, E,	æ. ae.	anq		auc'te.	auctoritate
e, s, e, e.	ae.	anquā	antequam.	aūte.	averte.
eqli 1232	Æquali.	apz	apparet.	aug 1203	Auguſtus.
eql'	æqualis.	appacr.	apparenter	auis	auris.
etnū	æternum.	apo.	Apoſtoli.	a	aut.
affcm	affectum.	aplica	Apoſtolica	at. at	
āl	Albertus	apl's	Apoſtolus	a'. au, au.	autem
Albi 1255	Alberti	appllone	appellatione	au. aut	
als, als	alias, alis	Apphēdite	apprehendite		**B.**
ād	aliquid.	apl	Aprilis	Babgensis	Babenbergenſis
a'd	aliquod.	ap. ap		be	Beatæ.
alr	aliter.	apd	apud	btē	
alla	alleluja.	apt		bi, bi, bi	
anlo	Angelo.	aqm	aquam	bti.	beati.
āglis	Angelis.	aqrū	aquarum.	Bt.	
angustis	anguſtiis.	arepē	Archiepiſcopus	bts, Bts	beatus.

N. S. fc.

bn̄.	bene	Cellr̄.	Cellerarius	comitāt	committant
bn̄d:	benedicite	c'tior 1257	certior	coī	communi
beñ	benedictionem	c'tū	certum	ɔīa	communia
bnficiū	beneficium	ceteīz	ceteris	ɔīt	communiter
b'	ber finale	Xp̄c, Xp̄c	Chriſtus	ɔpetēs	competens
b'c	berc	X, X'		ɔpete	competere
bōq	bonus	xp̄i, xp̄i		cpō	compos
bō	bonum	xpi, xp̄i	Christi	ɔpō 1266	compoſitio
Brunſ	Brunſwik	Xpi, Xpi		ɔpōnis 1214	compoſitionis
bc̄. bc̄	burc	Xpi.		ɔpoīt	componit
bg.	burg	Xpo, xo	Christo	ɔcil	concilium
b;	bus finale	X.	Christum	cōcil	
C.		Xpiaīſſimi	Chriſtianiſſimi	cōclu°	concluſione
Kl.	Calendæ	c̄c, c̄ca	circa	cōfrre 1266	conferre
cañ	Canonici	c'ca, c'ca 1299		ɔfirmam' 1250	confirmamus
capli	Capituli	c'clm	Circulum	cōforrē	conformare
capō	Capitulo	c'cūq;	circumquaque	ɔſcptā	Conſcriptam
Kmi. Kmi	cariſſimi	cītatſ	Civitatis	cōſcptā	
Kmū	cariſſimum	clicus	Clericus	c̄ſenſu	conſenſu
Kmā	cariſſimam	colit'	colitur	ɔſſu	
c'ta 1228	cartam	cogtio	cognitio	ɔſuādū	conſervandum
cast'	castra	cogūimq	cognovimus	ſn̄ ɔſci°	ſine concilio
castr'	castrum	Com' com	Comes	ɔſili mō	conſimili modo
cā	cauſa	com		ɔſilib'	conſimilibus

cſpcu	*conſpectu*	cunicl'z	*cuniculum*	Dſ. Dı. Dī.	Dei
cſtan	*conſtantiam*	c'	*cur*	dō. dō. dō.	Deo
9tēdeꝫ	*contendentes*	cīa	*curia*	dlıqs	*derelinquas*
9. 9t. ō. ɔ.	*contra*	crē	*currere*	dm. dm.	Deum
ɔ. cū. 1269		**D.**		dcēt	*dicerent*
cordic tione) [1157]		Dat [Ex dipl. a 1299]	*datum*	dic	*dicit*
cōtdictioē	*contradictione*	d. d'	*de*	dr. dr.	*dicitur*
9tcōne		d'. d' d'		dicit	
9tccē		dz. dz	*debet*	dcā	*dicta*
ɔdıxı	*contradixi*	decnēs	*decernentes*	dte	*dictæ*
9zie	*contrariæ*	decz	*decet*	dcō	*dicto*
9tſtādo	*contriſtando*	decetō	*decetero*	dcōs 1263	*dictos*
9tuſia	*controverſia*	x°	*decimo*	dcōꝝ	*dictorum*
9tulı9	*contulimus*	decti	*decreti*	dcs. dcs 1349	*dictus*
ɔtbēr	*conturbentur*	decurat	*decurrat*	dcm	*dictum*
ɔūtāt	*convertantur*	defcm	*defectum*	dnr	*dicuntur*
9ūſat9	*converſatus*	dfrēt	*deferretur*	dılcı dıā	*dilecti differentia*
corſ	*coram*	dfcuros	*defecturos*	dılcōs 1263	*dilectos*
ĉatas	*creatas*	dīn	*deinde*	dılcm	*dilectum*
ccē. ccēs	*cruce cruces*	dſcbē	*deſcribere*	dıuſ. dıſclſ	*diverſis. diſcretis*
9dā	*cujusdam*	dſtctā	*deſtructam*	dıſtrāħ	*diſtrahitur*
cū. cū.		Dus. Ds. dſ	*Deus*	dıuſa. dıuſa	*diverſa*
cū. c̄. cū	*cum*	Dī. D.	Dei	dıuſ	*diverſis*
cū cū		di. di. dī 1263		dıō	*divino*

dīa — divina.
dñiū — dominium.
dniū
dñs. dñs
dñs. Do 1264
do. dñs
dñs. dñs. do — dominus.
dñi. dñi — domini
dño dō
dño. dño 1229
dño. dno — domino
dō. dñm — dominum

E

Eapp — Eapropter.
Eccā
eccl'ia
ecca — Ecclesia.
ecc. ecce
ecce. eccle — Ecclesia.
ecc ecc
eccam — Ecclesiam.
Eō — econtra
egu'so — econverso
Ekbtus — Ekbertus.
Ex diplom HL 1192

exp'ti — Experti. 1249
ē — ejus
emēdent' — emendentur.
ē. eni. eñ — enim
eoz — eorum
eox — eorundem.
epatū epatū — Episcopatum
epi epi. epī — Episcopi
Epus — Episcopus
epm — Episcopum.
epc. epc
eps. eps 1146
epc. pūc — Episcopus
g° g. go. go — ergo
eis — eris.
ēit — erit
Ern. Ex diplom. a 1515 — Ernestus
ee. ee ee
ee ee — esse
ē. ÷. ÷
ē. ē. ē
ē. ē. ē. ē 1269 — est.
&. 7. 7. 7
7. 7. 7. 7 — et

&. et. &. et
et. 7. 7. 7 1247 1263
7. 7. 7. 7
7. 7. 7. 7. 7. 2 — et.
9. 9. 9. 7 — etc
7e. 7c. etc 1269
7enī 7ē — etenim.
7. 7. 7
ccia. 7.
7ia. ccc 1212 — etiam
euāº — Evangelio.
ex. ex. ex — ex.
exig'z — exigeret.
exñs — exiens. existens
exñtibz — existentibus.
ex̄. ext — extra.

F

facē — facere.
fcā. fca — facta
ftam. fcam — factam
fcm. fcm — factum
fcs — factus
fco. fco
fco. — facto.

famls	*famulus.*	futi. futi	*futuri.*	gram. gram	*gratiam.*
fec	*fecit.*	Futis. futiB (1206) / futis. futis (1175)	*futuris.*	grarū	*gratiarum.*
fe. feia	*fere . feria.*	futo. futo	*futuro.*	gue. gue	*grave.*
ferei	*ferreis.*	**G.**		gue	*gravem.*
fidlite	*fidelitatem.*	gau	*gaudio*	Gg	GREGORIUS.
fi. fi. fi	*fieri.*	gnale	*generale*	grs	*grossus*
fi	*filius.*	genacoe	*generatione.*	**H.**	
fialit	*finaliter.*	gnet	*generetur.*	hant	*habeant.*
fiB	*finis.*	gcit	*genitur.*	hendu	*habendum.*
firt	*firmiter.*	gla	*gloria*	hns. hnt	*habens. habent.*
feie	*foeminae.*	glaz	*gloriam.*	hntibz	*habentibus.*
femiB	*foeminis.*	gliose	*gloriose.*	hre. hre / hre	*habere.*
fr. fr. fr. / fr. fr. fr	*frater*	glosu	*gloriosum.*	hret	*haberetur.*
fres. frs	*fratres.*	glorsim	*gloriosissimi.*	hri	*haberi.*
fri	*fratri.*	Gra Gra / gra. gra / Gra. gra (1299) / gra. gra	*gratia.*	ht. hz	*habet.*
frib. frib (1220) / fribz	*fratribus.*	GRA (1172)	GRATIA	hite	*habitae.*
fris. fris / fris (1153)	*fratris*	gre. gre / gre. gre / gre	*gratiae.*	hitbit	*habitabit.*
fred.	*Fredericus.*			hitacioe	*habitatione.*
fctu	*fructum.*			hitu	*habitum.*
fuit	*fuerit.*			hitos	*habituros.*
fu	*fuit.*			habuat	*habuerant.*
				huit	*habuit.*
				h. h. h	*haec*

H. H. H. — *hæc.*
heredrio |1221| — *hæreditario*
hac |1290| — *hanc.*
h'man9 — *Hermannus*
h. — *hic. hac*
irl'tana — *Hierosolymitana*
h. h — *hoc.*
hoiem — *hominem.*
hes — *homines.*
hom. hom. / hom — *hominum.*
ho. ho. ho. — *homo.*
hon. 1239 — *honorabiles* 162
hu9. hu9. / hi9 — *hujus.*
huiuo — *hujusmodi.*
huilr — *humiliter.*
yeis — *hyemis.*

I.

iadcm — *jamdictum.*
i — *ibi*
iq3 — *ibique.*
id'. idez — *idem*
io — *ideo.*

id. i — *id est.*
irl'm. IEM. — *Jerusalem.*
ihu. ihu. ISU. — *Jesu.*
Ihs. Ihe. — *Jesus.*
g. g. g. — *igitur.*
g. g. / g. g. g. / git. igi. / ig. igit. / igi. igit. — *igitur.*
ig. igit. / igit. — *igitur.*
ig — *igne.*
ig — *ignem.*
ill9 |1292| — *ille* / *illius.*
i. illd. — *illud.*
Imo — *immo.*
Impr. Ipr. / impr. impr. — *Imperator*
Ipri — *Imperatori.*
Iprif — *Imperatoris.*
i. i. i. i. / i. i. i. i. / i. i — *in.*

icarnacone — *incarnatione*
icetiua — *incentiva.*
iclpates — *inculpantes*
in. in — *inde.*
ifirm9 — *infirmus.*
inforre — *informare*
inf scpt 1239 / infrascpm — *infrascriptum*
ignite |1299| — *ingenitæ.*
iiqts — *iniquitas.*
ipteru — *imposterum.*
ingetare — *inquietare.*
isigi — *insigni.*
isiga — *insignia.*
insimul — *insimul.*
instrumtis — *instrumentis*
instrm |1175| — *instrumentum*
intellcm — *intellectum*
itgrlit — *integraliter.*
int. int. int. / it. it. int. / it — *inter.*
intdco — *interdictio.*
itee. nitee. — *interesse.*

ĩtptat̃ ... *interpretatur*
intẽꝑpt ... *interpretantur*
int ... *intra*
intbt ... *intrabunt*
intᵒ ... *intro*
ĩteũtes ... *introeuntes*
ĩueit ... *invenitur*
ĩuẽtꝰ ... *inventus*
Jch. Joh. / Johcs. Jo. ... *Johannes*
Iohē ... *Johanne*
Johi ... *Johanni*
Johis. Johis ... *Johannis*
ipe ... *ipse*
ipi ... *ipsi*
ipi ... *ipsis*
ipi. ipius. / ipi ... *ipsius*
ipos ... *ipsos*
Ipm. ip. ipm. *ipsam*
itq. itq; *itaque* 1203
Itē. It ... *item*
it ... *iter*
iauejt ... *juraverunt*

iuris ... *juris*
Juri ... *juri*
iustiā ... *justitiam*
Justit ... *Justitiarius*
iux. iuxᵃ ... *juxta*

L

labat. labant *labantur*
In latī ... *in latina*
latōi ... *latroni*
letbit ... *latabitur*
lcoi ... *lectioni*
legi9 ... *legimus*
libē. libē ... *libere*
lic ... *licet*
lingᵃ ... *linguam*
lrē ... *litera*
lrā ... *literam*
lrās ... *literas*
loq:tr ... *loquetur*
loqt. loqt ... *loquitur*
loqm ... *loquimur*

M

mag ... *magis*
mgr ... *Magister*

mgr. magr. *Magister*
magᵒ ... *magno*
mgn9 / magn9 ... *magnus*
mlo ... *malo*
mne ... *mane*
C. mr. mrcis. *marc.*
mrch ... *Marchio*
mrchi ... *Marchioni*
S. M. ... *S. Maria*
mris. mairis. *martyris*
mrem ... *martyrem*
mtioatr ... *matrimonialiter*
matis. mris / mate ... *matris*
maxi ... *maximum*
ME ... *me*
mb ... *membra*
meor ... *memor*
ms ... *mens*
mes ... *menses*
mte ... *mente*
meam ... *mereamur*
metx ... *meretrix*

merer̃ . . . meretur.
mīs. mīs . . mens.
m̄. m̄. m̄. m̄. mihi.
mīa . . . misericordia.
mīe. mīe. misericordiæ
mīam. mīaz. misericordiam
mīsoit̄ . . . misericordialiter
m̊. m̊. m̊o. modo
Mōrī 1239 monasterii.
Mōn . . }
mōn . . } monasterium.
mo̊r . . . movetur.
mltis. multe. multis.
mltidō . . multitudo.
mltīne . . multitudine

N.

nā. nāli. natura naturali.
Ne. Ne. ne.
n̄. nz. ñ . . }
nz. nc . . } nec.
n̄ nō. n̄n̄ }
necn̄. n̄nō. } nec non.
n̄. nō. n̄n̄. }
necc̄a, nēcia necessaria.

nēcite . . }
nēcitate. } necessitate.
nq̄. neq: . . . neque.
n̄. nich. nihil.
nōm⁹ . . . nihilominus.
n̄. n̄. n̄ . . . nisi.
nob̄ . . . nobis.
nob̄cū . . . nobiscum.
Noīa. 1212. }
noīa. noīa } nomina.
noīb̄ . . nominibus
n̄. n̄. n̄. }
n̄ . . nō. n̄. } non.
ſ̄n̄. ſ̄n̄ }
Nonag̊ 1399 nonagesimo.
Nonas. nonas.
n̄d̄ . . . nondum.
nos . . . . nos.
nr̄. nr̄. nr̄. }
nr̄. nr. nr̄ } noster.
nr̄. nr̄. }
nr̄a. nr̄ }
nr̄a. nr̄a } nostra.
nr̄a 1190. nr̄a }

nr̄e. nr̄e 889. nostræ.
nrāz . . . nostrarum.
NRI. NRI. }
nr̄i. nr̄i }
nr̄i. nr̄i. } nostri
nr̄is . . . nostris.
nr̄isq̄ . . nostrisque.
nr̄o. nr̄o. nostro.
nr̄oz. nr̄oz. }
nr̄oz. 1146. } nostrorum.
nr̄oz. nr̄oz 1190 }
nr̄m . . . . nostrum.
Nō . . . nota.
Noīr 1239 . . }
nōt. norīus. } Notarius
nūō numero.
n̄c. n̄c . . nunc.

O.

Ø. . . . obiit.
occōnē . occasionem.
octā . . octava.
ocli. ocl. oculi.
ī ocul̄. in oculis.

offo	*officio.*
offiijs	*officiis.*
omẽz	*omnem.*
os . oms . os	*omnes.*
omi 1175	*omni.*
oia . omia	*omnia.*
omis . omib	*omnibus.*
oio . oimo	*omnimo.*
oim . oim . oim	*omnium.*
p oi	*pro omni.*
omps	*omnipotens.*
one	*onere.*
opat	*operatur.*
oppssionib3	*oppressionibus*
oro	*oratio.*
orone	*orationem*
oronib	*orationibus*
ordis . ornis . ordis	*ordinis.*
orz	*orum.*
ondes	*ostendens.*
ondedas	*ostendendas*

ode	*ostendere.*
onderet	*ostenderent*
osu	*ostensum.*
O	*Otto.*
O'	*Ottonem.*

P.

pp	*Papa.*
pp	*Papae.*
pa . pp	*Papam.*
ppli . ppli	*papali.*
prare 1175	*parare*
i p[ar]ato	*in parato.*
ps . ps	*pars.*
prr	*pariter.*
pticlam	*particulam.*
pr . pat . pr	*pater.*
patet 1278	*pateretur*
patent	*paterentur.*
prna . p3	*paterna . patet*
prem	*patrem.*
pri . pri	*patri.*
Pathe	*Patriarchae.*
Pis . pris	*Patris.*
proni	*patroni.*

puus	*patruus.*
pua	*parvam.*
pcamiu	*peccaminum.*
pccm	*peccatum.*
pccor	*peccatorum.*
pec	*pecuniam.*
pult	*penultima.*
p . p . p . p . p . p	*per.*
pegnus	*peregrinus.*
pficit	*perficit.*
piclo	*periculo.*
psonam	*personam.*
pnarum	*personarum*
ppm	*perpetuum*
petone	*petitione*
pet	*petri.*
pleit	*pleniter.*
ppli . ppli	*populi.*
i pplo	*in populo.*
pplm	*populum.*
ppls . ppls . ppls	*populus.*

pota - - - porta.
pole - - - poſſibile
pt9. pt9. / p9. pt. p9 } poſt.
p9tfcō - - - poſtfactio
pea. p9tei9. poſtea. poſteri9.
pℓmod - - - / p9tmodū - - - } poſtmodum.
pt9poitis - - poſtpoſitis.
p9tmo - - - poſtremo.
potē - - - potentiæ.
ptās - - - - poteſtas.
ptāte - - - poteſtate.
ptātib3 - - poteſtatibus
p. p. p. - - / p. p. p. - / p. p. p. } præ.
pb3 - - - præbet.
pcep - - præcepit.
pde - - - prædæ.
pdto - - - prædicto.
pdicto4 - prædictorum.
pdcs - - prædictus.
pfert - - præfuerint.

piclito 1203 præinclito.
piſſ - - - præmiſſa.
ppoit. pp9 - - / pptus - ppo } Præpoſitus / præpoſito.
pſcptis - - - præſcriptis.
pne. pnē - / pſens - - } præſens.
pnte - - - præſente.
pnts. pntes. præſentes.
pncia - - / pntia - - } præſentia
pſentibj - / pntib9 - 1190 } præſentibus
pſntiſ - - præſentis.
pſtim - - - præſertim.
pt. pret. 1153 præter.
pto - - - præterito.
pbr. ptbr. / prbr - - } præsbiter.
pbro - - - presbitero.
pbm - - - presbiterum.
pillimo - - - pretioſiſſimo.
p - - - - - primo.
p - - - - - primum.

pm9 - - - - primus.
pncib3 - - principibus.
poz pno. prior principio.
Pozis - - - Prioris.
puabit - - - privabit.
puat9 - - - privatus.
pus p9. p9. prius.
p. p. p. p. p. pro.
pbat - - - probabit.
pc - - - - procer
pcum - - - procerum.
pfcibj - - profectibus.
pfuturū. profuturum.
ptca - - - prolecta.
pphām - - Prophetam.
ppa. ppā - propria.
ppe. ppē - - propriè
pētas 1216 proprietas.
ppetatē - - proprietatem.
ppis - - - propriis.
ppo - - - proprio.
ppū. pum / ppū - - } proprium.
ppt - - propter.

ppt. ppt. ppt. ppt. ppt. ppt. — *propter*
pſpe — *proſpere*
pu̅ — *proverb:*
pxia — *proxima*
p̄dentu̅ — *prudentum*
in pſo — *in pſalmo*
pu̅ce. pu̅cu̅ — *publice: — cum*
puo — *puero*

Q

q̄. q̄ — *qua*
qda̅ 1203 — *quadam*
qre. qre — *quare*
q. q. q. q. q. — *quæ*
qo̅. qo̅z — *quæſtio. quæſtionem*
qlibz — *qualibet*
qlr. qlr. qliter. qualit̄ 1151 905 — *qualiter*
qm. qm̄. qz. ꝗriam. q. q. q. q. q. q. — *quam*

qz. qu̅. q. qua̅ 1140 1141. qua̅. qua̅ 1153. q. q. qm̄. qz. q — *quam*
qua̅pli — *quamplurimi*
qmq — *quanquam*
quis. quis — *quamvis*
qda̅ — *quandam*
qn̄. qn̄ — *quando*
qn̄z. qn̄qz — *quandoque*
qtu̅ — *quantum*
Quappt 1153 — *quapropter*
qs — *quas*
qi. qi. qi — *quaſi*
qte⁹ qtns — *quatenus*
qtuor — *quatuor*
q. qz — *quæ*
q: qz.
q. q. qz — *quem*
q. q. q. q. Q. q. q. — *qui*

Qa. q2 — *quia*
qbz. qb⁹ — *quibus*
qcq. qcq. qq. qcqd — *quicquid*
q. q. qd. — *qui quid*
qd — *item quod*
qda — *quidam*
qete. qete — *quiete*
qn — *quin*
qppe — *quippe*
qs — *quis*
qo — *quo*
qd. qd. q. qd. qd. q. qd. qd. q. q. q. qd. qd. qd. q. q. — *quod*
q. qd / q2 — *quod pro quia*
qdda̅ — *quoddam*
qlibz. qlz — *quolibet*
qm̄. quom̄ — *quomodo*

qqm - - - quoquomodo.
Qm - - - , Quo - - - , qm. Qm, Qm. Quo 1175, qo. qm - - - quoniam.
qo - - qq - - - quoque.
qo. qo, qo - - - quorum.
qos - qos - - quos.

R.

ratobilitr rationabiliter
roe. roe. rone. rone. ratione.
roibz - - - rationibus.
ratu - - - ratum.
Rom. romi Romanorum. Romani.
Recodat - reconclatur.
Rtor - - Rector.
redept - - redemptus.
rdigi - - - redigi.
rgt. regnit. regnavit.
regn - - - regni.
requ - - - regum

rehabe - - rehabere.
reus - - - reversus
Rndetes. respondentes.
Rndt - - - respondit.
rnsa. rnsa. responsa.
Rnne - - - responsione.
rnso - - - responso.
rnsum - - - responsum.
rtatis - - - retroactis
2. 2 - - rum finale

S.

sabbo - - Sabbatho.
sacmeta - Sacramenta.
sacmto - - Sacramento
sac - - - Sacri.
sacz - - - Sacrum.
Salt - - , sal. Salm - Salutem
s M ex dipl. Sancta Maria. 1294.
stas - - - Sanctam.
sce 985. sce - Sanctæ.
S sci. sci. sci. sci. sci. 889. S - Sci - Sancti.

scissa - - - Sanctissima.
sco - - - - Sancto.
de sco choro. de sancto Choro.
scoz. scoz Sanctorum
scs - - - Sanctus
sax. 1212. Saxonia.
scia. scia. Scientia
s. scilz. s. sz. Scilicet.
scptis. scptis. Scriptis.
scptoz - Scriptorum.
scpt - - , scptu - - , scpt 1297. Scriptum.
scpta - - Scriptura.
ex intellc - ex intelligentia
scptuaz. Scripturarum
scli. scli. Seculi.
sclo - - - Seculo.
sclm - - - Seculum.
feria. 2a - feria secunda.
sup 2am 2e super secundam secundæ S. Thomæ.
2e - - - Secundæ.
scdo 2o - - Secundo.

ʒm · ſm · ß · m · ſm · ſcdm ſcdz · ſcdm	ſecundum
ſcds	ſecundus
ßz · ſz · ſ · sz · ßz · lz · Sz · Sz	ſed
ſeipāz	ſeipſam
ſemp · ſep · ſep · ſp 965	ſemper
ſepitnū	ſempiternum
ſnīa	ſententia
ſnām · ſnāz	ſententiam
ſnīaz	ſententias
ſeqn	ſequenti
ſo	ſere
ſps	ſerpens
ſuāda	ſervanda
ſuare 1295	ſervare
ſuitia	ſervitia
ſuus	ſervus
ſex ao. 1292	ſexta
ſ · ſ · ß · ſ	ſibi
ſ · ſ	ſic
Sicut · ſic · ſic · ſict	ſicut
ſilis	ſimilis
ſilr · ſilr · ſilit · ſimlr	ſimiliter
ſil · ſit · ſimt	ſimul
ſu · ſu · ſn · ſn	ſine
ſu · ſu	ſive
ſpāliſ	ſpecialis
ſpālit · ſpālio · ſpāliter	ſpecialiter
ſpecu aſpectu	[illegible]
ſpū · ſpm	ſpiritu
ſps · ſps · ſpu	ſpiritus
ſpālib;	ſpiritualibus
ſtgez	ſtragem
ſtrā	ſtrata
ſtctura	ſtructuram
ſtup	ſtupra
ſuā	ſuam
ſb · ſb · ſb	ſub
ſb · ſb · ſb	ſub
ſubtxe	ſubtraxere
ſt · ſ · ſt · s · ſr · s · ſt · ſt · ſut · st · ſt · ſt · ſut · ſz · ſu	ſunt
ſuis	ſuis
ſuoz	ſuorum
ſup · ſr	ſuper
ſbit	ſuperbit
ſup · ſup	ſupra
ſti	ſupraſcripti
ſtis	ſupraſcriptus

T

tā · tā · tā · tā · tā	tam
tn · tn · tm · tm · tam · tn	tamen
tn	tandem
tāq · tāq	tamquam
tpā	tempora
tpr · tpe · tepoe · to	tempore

tepe. tpe. / tpe. tepe. / tepe. tpe.	tempore
tpib;	temporibus
tpis. ao. 1175.	temporis.
tpm. tpz / tempm.	temporum
tep. tps / ctp	tempus.
tendut a. 1203	tendunt.
t'ga	terga.
tra. tra. / tra. cra.	terra.
tra. tra.	terram.
tre. tre. / tre. tre. / tre	terræ.
t'9	tertius.
Thi ao. 1269.	Thidericus.
Th. ao. 1269.	Theodoricus
t. t. t.	tibi.
tmtes	timentes.
tolle 1290.	tollere.
totidz	totidem.

to	toto.
totuq:	totumque.
trdes	tradens.
trde	tradere.
Tdicio	traditio.
tnsiens ao 965.	transiens.
tnssumi	transsumi.
tnssuptu	transsumptum.
tnsuehedu	transvehendum
tb tra	tribus tra.
tstis	tristis.
tumltus	tumultus
tc	tunc.
t. t. t. t. / t. t.	tur finale.
tbæ	turbæ.
tbati	turbati.

V.

u. u. u.	ubi.
ubilz	ubilibet.
uq;	ubique.
ul. ul. l. l. / vt. ut. t.l.	vel.
Venlis	venerabilis.
Venabilis	venerabilis.
vand	venerandi.
ueiss;	venisset.
veaz	veram.
ub	verbis.
u. uo. v. vo.	vero.
usa ao. 1278.	versa.
cu. w9 / us9	versus.
u	verum.
ur	vester.
vre. ure.	vestræ.
uri	vestri.
vris	vestris.
uidlt ao. 1157. / uidlz. vidlt	videlicet.
vr	videtur.
vigia	vigilia.
v	vir.
vgnes	virgines.
vgis. uirg. / vgt	virginis.
vt9	virtus.
utte	virtute

viuent.	viverent.
ū	um
vn, vn	unde.
vn. vn. vn	
uocau	vocavit.
voluit	voluerit.
9	us finale.
usqq̄	usquequo.
usq̄q̄	
ut	ut.
utq;	utrique.
utusq;	utriusque.
utm	utrum.
vlt	vult
ux	Uxor
W.	
W^s a° 1205	Wernherus
Will a. 1226	Willelmus
Wills	

Abbreviaturæ germanicæ.

abs	aber.	ou	Ouer.
bindz	bindet.	seuzu	Seuzü s. suzu.
Brunss	Brunswik.	vn. vnd	und unde.
ds	der.	bn bn. bns	unde. unser.
den	den.	vs. v. vbs.	ver über.
dez	detz.	vingslin	vingerlin
hebbz. hebbz	hebbet.	vo	von
hen. hew	Heren.	vozb	Vorbenomt
hre	herre.	vu	vun.
hze	herzen.	wa	ware
im. Jemine	im. Jemereme	wde	werde.
in	in	wde	werden.
knappe	Knappen.	willz	willet.

T frater Conradus de hal
berstad professor sacre
Theologie ordinis
predicatorum provincie
Saxonie Scripsit totum
ad quemus obsequia tanto pri

Histori von Herkog Reynfrid
von Braunschweig

Der möt so wirdeklich stat
das er vnfuge nit en lat
Besitzen in sins hze grüt
di mag nit sin unwdekut
Berugest hoher selde teil
Hoves lon der welte heil.

Compendia vocum quæ in MSS. Sec. XIII. et XIV. occurrunt

Abbreuiaturæ quædam ex Conradi Halberſtadenſis Chronographia &c.


archi9	archidiaconus.
aliq̄	aliquis
atz	atque.
cēāculo	cenaculo.
epi	epiſcopi
etiā	etiam.
ex ſerie	ex ſerie.
extrauagāte	extrauagantem
extrauaga, extrau, extr	extrauagantia.
iꝛ	igitur
ile	ille
iurisdc̄o	iurisdictio
iurisdc̄oi	iurisdictioni
ltie	legitime.
pit'	pariter.
pr̄i	patri.
prfāilias	patrifamilias.
pt9	poſt

ps̄	psalmos.
pp̄tꝰ	prepoſitus.
qā, qx̂	quam.
qē	quem.
qᵘotlz	quotlibet.
Rōr	reſpondetur
ſa ſe, 2a 2e	ſecunda ſecunde.
ſ hoſtē.	ſecundum hoſtienſem.
ſubſtās	ſubſtantias.
ſūt	ſunt.
ſup v̄bo	ſuper verbo.
vlis	uniuerſalis

ɔpetē	competere
directū	directum.
gratū	gratum.
nr̄a	noſtra
nr̄oꝝ noīe	noſtrorum nomine
reſtauro	reſtauro.
t'minos	terminos.
mr̄. 1495	martyris.

alẽ.	alias.	cīa.	communia.	dīna.	divina.
aiaꝝ	animarum.	cōīter.	communiter.	dnīca.	dominica.
annoꝝ.	annuorum.	cōmūit.		ecc͞a.	ecclesia.
antedc̃e.	antedicte.	ꝯparatã.	comparatam.	epc̄.	episcopus.
antefati	antefati.	ꝯiūctī	coniunctim.	equoꝝ.	equorum.
Apli.	Apostoli.	cōscpsi.	conscripsi.	ꝛ. 2. 7	et.
Ar.	Archi	consẽsu.	consensu.	ꝛ. z. 7	
aūcte.	auctoritate.	ꝯtingẽt.	contingeret.	festo.	festo.
aūctte.		ꝯtrio.	contrario.	fidelr.	fideliter.
auttē.		ꝯstruxit.	construxit.	fr.	frater.
ã.	æ.	c̃cis.	crucis.	fribꝫ.	fratribus.
etnã.	æterna	cuiꝰ.	cuius.	frībꝫ.	
Bn̄rdi.	Bernardi.	cuiuslꝫ.	cuiuslibet.	futis	futuris.
bn̄dce.	benedicte	demōstrauit.	demonstravit.	genitcis	genitricis
btoldꝰ.	Bertoldus.	dc̃a.	dicta.	gr̃a	gratia.
brochguius.	Burchgravius.	dc̃e.	dictæ.	gra.	
Buxtehude.	Buxtehude.	dc̃i.	dicti.	gl̃am.	gloriam.
b. bꝫ. bz	bus finale.	Dilti.	dilecti.	Ggory.	Gregorii.
capl̃ari.	capitulari.	dioc.	diocesis.	hr̃e.	habere.
capl̃o.	capitulo.	dioc.		hambgen.	Hamburgensis
c̃na.	cernu.	Dyoc.	Diocesevs.	hinrx.	Hinrix.
c̃tos.	certos.	dissꝫ.	disset.	hōeste.	honestis.
x̃o.	Christo.	dispōi.	dispositioni.	honoꝝ.	honorum.
circūferentes.	circumferentes.	distor.	distributur	honorabl.	honorabilis
cū cla	cum clausula				

hoiibg.	honorabilibus.	inſtrum.	inſtrumentum.	nr̄a	noſtra.
hoā.	hora.	inſpectis.	inſpecturis.	nr̄a	
hō.		Int.	intra.	nōry.	notarii.
Horbḡ.	Horborg.	itēr.	iterum	nōrio.	notario.
humlit	humiliter.	inſpñtandi	Inſpræſentandi.	nots.	notarius.
humliter		late.	latere.	occōn.	occaſione.
hmōj.	hujusmodi	libdm.	liberam.	omēs	omnes.
hod. hoj		Lre	literæ	omi.	omni.
hmoi.		lrās.	literas.	optūa	oportuna.
Jac.	Jare.	Mar.	Mariæ.	ortū.	ornatum.
ierlimitano.	ieroſolymitano.	mēoia.	memoria.	ppē.	Pape.
ibid.	ibidem.	mēorz.	memoriarum.	pntela.	parentela.
Jcōvulſa.	inconvulſa.	merito.	merito.	pntū.	parentum.
Indicōe.	Indictione.	m.	mihi.	prs.	patris.
Indcōe.		millo.	milleſimo.	peccamīn	peccaminum.
mdictioe.		mill.	milleſimo.	penthēte.	penthecoſtes.
Indcon.	indictione.	mlier.	mulier.	ppe9.	perpetuus.
Ingl.	Ingheſegel.	m9.	mus	ponct.	pontificatu.
Ingl		natitatis.	nativitatis	poy.	
ig.	igitur.	nate		ponte.	
inſpiratorz	inſpiratorum.	nc.	nec.	pt.	poſſit.
inſepabliter	inſeparabiliter.	neca.	neceſſaria.	ppdamete.	preparamente.
inſtra.	inſtrumenta.	necca.		phrm.	presbiterum.
Inſtrū.	inſtrumentum.	necca.		pns p	præſens. præ

pntād.	*preſentandum.*	qten9.	*quatenus.*	tiacum.	*terminatum.*
pntes.	*preſentes*	qđ. qđ.	*quod.*	tiō.	*termino.*
pntj.	*preſenti.*	qđ.	*quod.*	3a.	*tertia.*
pn̄ciā.	*prenſentia*	quomolz.	*quomodolibet.*	teſtiōm.	*teſtimonium*
pm̄a. pm	*prima.*	rſnauit.	*reſervavit.*	Tinit.	*Trinitatis.*
pmo.	*primo.*	rndbit.	*reſpondebit.*	t. t.	*tur. finale.*
pncipem.	*principem.*	rdbit.	*reſpondebit.*	veš.	*veſperas.*
pn.	*prin.....*	ridt	*reſpondebit.*	Viz Bidz	*videlicet.*
ppe.	*prope*	Salt.	*ſalutem.*	Vla.	*vigilia.*
ppius.	*proprius.*	ſʒ.	*ſed.*	Vorſet.	*vorſcreuen.*
ppt.	*propter.*	ſemp.	*ſemper.*	vrigdage.	*vriydages.*
ppter.	*propter.*	ſuare.	*ſervare.*	beō dcī.	*vero dicti.*
proſequmr.	*proſequimur.*	ſigui.	*ſignavi.*	uicercoze.	*vicerectore.*
ptectōn.	*protectione.*	ſingut.	*ſingulis.*	gnan.	*genanten.*
p tpe.	*pro tempore.*	ſiut.	*ſingulis.*	meorato.	*Memorato.*
pvidenā.	*providentia.*	ſpatr.	*ſpecialiter.*	Vglnis	*Virginis.*
pub.	*publicum*	ſpadr	*ſpecialiter.*	quatz.	*quarum.*
pubcu	*publicum*	ſpuali.	*ſpiritualī.*	ſpalr.	*ſpecialiter.*
qlibet.	*quilibet*	ſubſcptoꝝ.	*ſubſcriptorum.*	ut qſi	*vel quaſi.*
q m. qm	*quam.*	ſup.	*ſupra.*	anunciaco.	*annunciationis.*
qmō ti	*quaſimodogeniti.*	ſ	*ſupra.*	circūſio.	*circumſiſionis*
qtus.	*quatenus.*	talēta.	*talenta.*		*Perpetuum* [ex dipl. [illegible] a. 115[illegible]]
qtus.	*quatenus.*	tpe.	*tempore.*		
qtuō.	*quatenus.*	tpis.	*temporis.*		

Specimen Scripturæ SECULI VIII.

Donatio Ædelbaldi Regis in Bibl. Cotton. ſcripta a. D. 749.

Huius scedulae scriptio dominicæ incarnationis anno dccxlviiii indictione: ii. In loco celebre cuius uocabulum: Godmunddes Laech xxx° iii° anno aedelbaldi regis pacta

a a b c d d e e e f f g h i k l m m n n o p q r r s s t t u x y z &

Specimen Scripturæ SECULI IX.

Venerabilis Bedæ in Epist. Canonicas in Bodl. Oxoniæ Codex ſcriptus, a. 818.

INCP EXPOST BEDÆ P

SEniorgaio carissimo quem ego diligo in ueritate

A A B C D E E F G G H I K L L M M N N O

P Q Q R R S S T T U X

a u x b c d e f g h i l l m n n o p q r s t u x y z a e &

Auguſtinus in Apocal. in Bodl. Hatton. 51. Cod. ſcriptus juſſu S. Dunſtani tunc Abbatis Glaſtonienſis.

ET UIDI SUPRA DEXTERÃ
ſedentis in throno librum ſcriptũ
intus & foris. utrumq; teſtamentũ
intellege. a foris uetus ab intus nouum
quod littera uetus latebat; Signatũ in

A A d B b C D D D E E F F F G G h h ii
K L M M N N O P P Q Q R R S T T U V X Y
a a a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ ſ s t u x x y z &

Liber Synodicus in Bodl. Oxoniæ ſcriptus a Janne VIII. Papa Rom. et Ignatio P.P. C.P. in ſedem reſtituto, i.e. inter 872 et 878.

Actuſ archi diaconuſ conſtan
tinopoleſ noue romae ecle
gle:

A A B C D E F F G G h L M M N O P Q R R S T U
X Y Z

a a b c d e e ſ g g h i l m n o p p q r ſ t t u x y z &

Specimen ſcripturæ Seculi IX.
Hanoveræ in Bibl. Regia ac Electorali.
S. Radolfi Monachi de Miraculis S. Alexandri, Sanctæ
Felicitatis filii liber, continuatus a Meginharto.

Dilectiſſimo atq· omni karitatis officio pcipue
colendo· ſundrolto prb· megınhart uiliſſimus
ſeruoꝝ dī ſeruus ın dño ıhū xp̄o pp̄&uū optat ſal· Ma
giſter nr̄ beate memorie ruodolfus prb rogatus
a quodā comite uualtperto nomine fideliſſimo &
mō quatenus miracula ſcı̄ alexandri már· que pp̄etra
uerat p̄ quā eum roma attulerit ſcribere conaret̄
Quo poſteritas ſcire poſſent quantas uirtutes dſ omni
p̄s per ſuum operari dignatus ē· Cuius ergo petitioni
conſentiens ſcribendi exordiū ſumpſit quomodo ſaxo
nes ex gente anglorū exierint gratia querende ſedis
& loca que moderno tempore poſſident qualit̄ a theodo
rico francorū rege meruerint· hic ponens etiā a quan
tis errorib; uanarū religionū dſ omps eos liberauit
& quē admodū cū francis dimicauerint & quotiens uicti
iterū in bella conſpirauerint· Nouiſſime aūt aſſerens
quomodo abiecto demonū cultu & a ceptis pdicatorib;
xp̄i aduentū & catholicā xp̄ianāq; religionē ſe conuerte
rint· & ıı de miū ſicuti optime ſciuit nimio dolore cor
reptus opere cepto nondum pfecto p dolor ultimū uite
ſue clauſerat diem· Tū ego duarū rerū causa nimio
animi dolore commotus· Una quidē qd tanto patre
orbatus eram· altera uero qd tam inclita atq; pfecti
uus opus imp̄fectum relictum fuerat·

Fragmentum Poëtæ Germanici Sec. XII. Hanoveræ ex museo meo.

D iſich ſo wol betrôg
 Siwas chroſtit vne geſvîz
S i wont in der ſtat zwar
 alſo drwzehen iar (gen)
D [S] en charſer begunde belan
 Mit ſorg was er bevangen
N ach wibe vnd nach chinden
 vnt nach anderen ingeſinden
D i er von im veſinde

Or ôze vnt trakant
 Wirt dich in dem alter lant
Wiſhait tugen ûbent
 vnrecht der menſch trubet
S wen der iunge man
 Or tuchten ſprechen chan
V nt ſinget daer ſol
 So ſtat ſin dinkt wol
2 echt vnt unne

Specimen ſcripturæ Latinæ et Germanicæ Sec. XIII.
ex fragmento Vocabularii Latino-Germanici

barba baert
barbarus ellendech
Barbaries ellende
Baſis fundament
Barrona filius waibua
Baucle en mader ache
Barro elephas
Baſilica kerche ulbatte
Baltare poue
Barri lapis pretioſa
pars plana
Baſia duponē
Baſſus neder

Bellatum verclethen
Beanui veder
Beba vele alſemerange
Bechamē mis tēpreh
Bibere drinken
Bibulus endrenkere
Bibliotheca ...
biceps met oedech
biblus ...
Biberū en beker
biduū medage
biduo idem
bidens ſcaep

Bestiales ...
Blanu coren
Blandari ſmeken
Blandiae ſmekinge
Blandus ſoeche
Blande ſoeckelet
blaſphemare vlochen
ulſrephende
blaſphemia vloekinge ul
veſbennie vidulcia
blectus ...
blem ... bera
...

Ilfeldæ
Specimen Scripturæ Seculi XIII.
nim. diplomatis Henrici Thuringiæ Lantgravii et Sax. Com. Palatini.
integrum exstat ap. Leuckfeldium in Antiq. Ilfeld. p. 99.

Henricus di. gra Thuringie Lantgrauius et Saxonie comes Palatinus. Omnibus ad quos scriptum hoc peruenerit salutem
Ad malorum hominum uersutias cauendas qui tam temere solent bonorum insidiari quieti ut ipsorum pacem disturbent maxime

Acta sunt hec anno dni millesimo CC. XXXI°

Henricus Dei gratia Thuringiæ Lancrauius et Saxoniæ Comes Palatinus. omnibus ad quos scriptum hoc peruenerit salutem: Ad malorum hominum verſutias cauendas, qui tam temere ſolent et bonorum inſidiari quieti ut ipſorum pacem diſturbent, maxime etc.
Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo CC. XXXI.

Grondæ
Specimen ſcripturæ Seculi XIV. ex archivo Dni. de MANSBERG Dynastæ Regii, ac Elect. Br. et Luneb.

Uniuersis ad quos presentes peruenerint notum sit et pateat euidenter. Quod nos Arnoldus de Hauersforde miles ad composicionem seu zonam que vulgariter eyn zone dicitur quam cum Nobili dno Henrico comite de Waldecke muniuimus seu fecimus Wasmodum de Hagen militem bone me //

Univerſis ad quos præſentes literæ pervenerint notum ſit et pateat evidenter. Quod nos Arnoldus de Haversforde miles, ad compoſitionem ſeu Zonam quæ vulgariter eine Zone dicitur quam cum Nobili Domino Henrico Comite de Waldecke munivimus ſeu fecimus, Waſmodum de Hagen militem bonæ memoriæ // Datum anno. 1330.

NOTARIORVM VETERVM
SIGNA NONNVLLA CVRIOSA,

VNA CVM

ALPHABETO CVIVSVIS INSTRVMENTI

ET ABBREVIATIONIBVS,

ANNIS 1345. 1358. 1377. 1382. 1385. 1389. 1394. 1395. 1435. 1438.
1443. 1470. 1471. 1501. 1510. 1515. 1521.

SCRIPTA.

XVIII. TABVLIS AENEIS

EXHIBITA.

PRAEMISSA

IO. WILH. DE GOEBEL

DISSERTATIONE DE NOTARIIS.

IV.

IOH. WILHELM. DE GOEBEL

RESP. LVDOV. IVL. VRB. FRANCKENFELD

DISSERTATIO

DE NOTARIIS

HABITA HELMSTADII A. MDCCXXIII.

CAPVT I.

ANTIQVIORA QVAEDAM DE NOTARIIS SISTENS.

§. I.

Qui animi ſenſa notis exprimere callebant, Notarii dicebantur [a]). Sunt autem notae, prout a Siglis vel litterarum compendiis differunt, imagines vel ſigna, ad dictata celerius excipienda, vel tegenda illa, quae non cuiuis patere debebant, excogitata.

§. II. Sigla, ſiue litterae ſingulariae ſine coagmentis ſyllabarum, vt a GELLIO [b]) vocantur, ſunt litterae ſingulae vel plures, integram vocem ſignificantes. Vtpote, A. Aulus vel Ager; Adi. Adiutor; Cipp. Cippus, S. C. Senatus conſultum [c]), comprehenduntur ſub notis late ſumtis [d]). Huc ſpectant VALERII PROBI, MAGNONIS et PETRI DIACONI de *notis litterarum* libelli [e]), quos LINDENBROGIVS Lugd. Batauor. anno 1549. editos notis illuſtrauit, prioreſque duos NICOLAVS *tractationi de ſiglis veterum* inſeruit. Alios quoque habemus, qui recenſendis et explicandis ſiglis operam dederunt, quorum numero ſunt GOHORIVS, VRSA-

a) HIERONYMVS epiſt. CXL. ad Principiam: *mea autem lingua in ſimilitudinem ſcribae velocis, quem Notarium poſſumus intelligere, quodam ſignorum compendio, breuiatum euangelii ſtrictumque ſermonem exarauit in tabulis cordis carnalibus. vid. Baluzii* notas ad acta Martyr. p. 476. Miſcell. Tom. II.

b) lib. 17. c. 9.

c) CVIACIVS lib. 12. Obſ. 40. CANGIVS in Gloſſario voce ſigla. PETR. GREGOR. de republ. l. 6. p. 1109.


d) FESTVS p. 336. apud Dionyſ. Gothofr. in autor. Latinae linguae. GONZALEZ DE TELLETZ in libr. 2. decret. tit. 22. p. 508.

e) DIONYS. GOTHOFR. in autor. Lat. ling. p. 1454 ſqq.

VRSATVS et HENRICVS ERNESTVS, qui PROBI libellum ex manuſcriptis longe auctiorem Sorae anno 1647. typis exſcribi curauit [f]). Quo certius eſt, varias fuiſſe ſiglas, eo incertius eſt, quem primum habuerint auctorem. Enimuero erant ſiglae vulgares, erant et iuridicae et militares, immo in inſcriptionibus et numiſmatibus, vt alia ſileam, litterarum conſpiciebantur compendia [g]). Quae in iuris Canonici voluminibus reperiuntur ſingulariae, a SERPILIO in compendioſa iuris Can. delineatione delibatae ſunt. Siglarum rationem aliquo modo referunt monogrammata, ab Imperatoribus olim et Regibus adhibita. Carolum Caluum primum, vt et nummis Gallicis imprimerentur, inſtituiſſe ferunt [h]). De aliis, quae ad monogrammata ſpectant, videndus MABILLON [i]).

§. III. Vocabuli notare et notarum varii ſunt ſignificatus, quos recitat BRISSONIVS [k]) §. 4. Notas autem in ſtrictiori ſignificatione, quatenus imagines denotant, a litteris diſcrepare, veterum oſtendunt loca [l]). Erant autem ſigna, vt a Plutarcho in Catone vocantur, vel notae proprie dictae, imagines vel litterae imaginum rationem habentes, aut imaginibus additae [m]). Huiuſmodi notis exaratum Codicem in Bibliotheca Colbertina exſtitiſſe, docet MABILLON [n]). Reperiebatur quondam pſalterium ad eundem modum deſcriptum Argentinae in Bibliotheca maioris Eccleſiae [o]), quod iam exornat Bibliothecam Auguſtam, quae Guelpherbyti eſt, ad quam, vltimo Pomeraniae Duce, cui ab Auguſto erat donum, mortuo, reuertit [p]). Exempla quaedam notarum, vt adiiciam, forte lectori non ingratum erit.

 habet  indixit  interdixit  in republica  vir

 vtriuſque  Iuſtitiae  haud multum  Britannicus

 Alexandricus

§. IV.

f) SVARESIVS in notitia vet. iur. reliq. §.XII.

g) ISIDORVS originum lib. I. p. 836. 837. apud DIONYS. GOTHOFR. NICOL. de Siglis veterum c. 4 ſeqq. PATINI introductio ad Hiſtor. numiſmatum c. 23.

h) SIRMONDVS apud Baluz. t. 2. p. 791.

i) de re diplomatica lib. 2. c. X. §. X. ſeqq. CANGII comm. ad ANNAE COMNENAE librum p. 253. Monogrammatum vſus vix Friderici III. tempora excedet.

k) de verb. ſignif. lib. XII. p. 1344 ſeqq.

l) Leg. 40. ff. de teſtamento militis. l. 9. §. 4. de hered. inſtituendis. l. 21. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Petr. GREGORIVS de republ. lib. 16. c. 1. p. 1111. LIPS. Cent. 1. Epiſt. 26. ad Belgas p. 528. 529. CVIACIVS l. c. MABILLON de re diplom. l. I. c. XI. §. VI. p. 48. MONTFAVCON in palaeogr. Graeca lib. 5. c. 1. p. 344.

m) NICOLAVS l. c. c. 2.

n) l. c.

o) TRITHEMIVS in polygraphia lib. 6.

p) Vt patet ex iis, quae Sereniſſimus ille

Prin-

§. IV. Varia notarum erant genera, vt ex NICOLAI tractatione de ſiglis veterum pateſcit. Tyronis notas, quas aliqui Ciceronis dicunt, a S. Cypriano multiplicatas, et Senecae Gruterus e Bibliotaphiis eruit, ediditque. Cui primordia debeant, dubium eſt. Sunt qui Xenophonti tribuunt. Primus omnium ait DIOGENES LAERTIVS in vita eius q), quae dicebantur notis excepta, in publicum edidit. Alii ad Ciceronis libertum Tyronem referenda putant. Notas ſtudio deinde tertii Perſennii Phylargii, non Ennii, et Aquilae Maecenatis liberti ingenti auctas eſſe incremento perhibent. Poſtea Lucius Annaeus Seneca opus in quinque millia extendit r). Sed videtur altius aſcendendum ad Hebraeorum et Aegyptiorum tempora, quibus non infrequens fuit ſua ſymbolis, Hieroglyphicis notis, et figuris inuoluere s). Habuerunt et Normanni ac Dani veteres occultum ſcribendi modum t). Sunt et Chinenſibus ſui characteres u).

§. V. Veteres, quae meditati erant, dictare ſolebant x). Triplex autem ſcribendi ratio y) Romanis in vſu fuit. Aut enim verbis integris, quae pluribus litteris ac ſyllabis conſtarent, ſcribebant, aut litteris ſingulis, aut notis, a quibus Notarii appellabantur. Qui pluribus litteris ac ſyllabis ſcribebant, librarii dicebantur καλλιγραφοι. PLVTARCHVS in *Catone Vticenſi* z) ait: *Hanc ſolam orationem* Catonis (*qua pronunciabat, quid in Lentulum Cethegum alioſque coniuratos ſtatuendum eſſet*) *ſeruatam ferunt. Cicerone Conſule velociſſimos ſcriptores deponente, atque docente, vt per ſigna quaedam et paruas breueſque notas multarum litterarum vim habentes dicta colligerent, nondum enim reperti erant, qui Notarii appellantur, ſed tunc primum huius rei veſtigium ferunt extitiſſe.* HIERONYMVS: a) *extemporalis dictatio,* inquit, *eſt et tanta ad lumen lucernulae facilitate profuſa, vt Notariorum manus lingua praecurreret, et ſigna ac furta verborum volubilitas ſermonis obrueret.* Docebantur notare et pueri ingenui illuſtrique loco nati. SVETONIVS Auguſtum tradit b) nepotes et

 litteras

Princeps ad locum Trithemii, notis Romanorum veterum, a Grutero editis, praemiſſum, propria manu annotauit. Nouimus haec indultu illuſtris Hertelii.

q) p. m. 63.

r) Petr. DIACON. ad Conrad. 1. Epiſt. apud Dionyſ. Gothof. l. c. p. 1498. LIPSIVS p. 526. chiliad. ſelect. epiſtolar. FRANCISCVS POLLETVS in Hiſtor. for. Rom. l. V. c. XII. p. 504. BVLENGERVS de imperio Rom. lib. IV. p. 443.

s) IAMBLICHVS de myſteriis Aegyptiorum lib. 1. c. 1. et lib. 14. c. 14. PETR. GREGOR. de republ. lib. XV. c. 1. HVGO de prima ſcribendi orig. c. XVIII.

t) Conf. WORMIVS de litteratura Danica antiquiſſima, vulgo Gothica dicta p. 69.

u) Nouveaux memoires ſur l'état preſent de la Chine par le Pere COMTE Tom. I. p. 265 ſeqq.

x) GRONOVII obſ. in Script. Eccleſ. c. 23. Dn. de ECCARD in notis ad prologum legis Salicae p. 4.

y) BVLENGERVS de Imper. Rom. Lib. IV. cap. IV. p. 442.

z) LAPO FLORENTINO interprete p. 290.

a) de vitand. ſuſp. apud Lipſ. l. c.

b) in vita eius c. 64. non ignoro, eſſe qui hic legunt natare. vide CASAVBONVM in notis apud GRAEVIVM p. 220.

litteras et notare aliaque rudimenta per ſe plerumque docuiſſe. Idem in Tito [c]): *E pluribus comperi, notis quoque excipere velociſſime ſolitum, cum amanuenſibus ſuis per ludum iocumque certantem, imitarique chirographa quaecunque vidiſſet: ac profiteri, ſaepe ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe.* Adhibebantur notae in publicis priuatiſque actibus. Cum autem notae et ſigla ſaepe dolis et erroribus anſam praeberent, Iuſtinianus in Conſtit. de veteri iure enucleando, ne illa in libris legum adhiberentur, iuſſit, atque in transgreſſores grauem admodum ſtatuit poenam [d]).

§. VI. Siglis et notis Romanos vſos eſſe, ſi quae occulte ſcribenda erant, conſtat ex ſequentibus GELLII [e]) verbis: *Eſt adeo Probi Grammatici Commentarius ſatis curioſe factus de occulta litterarum ſignificatione, epiſtolarum C. Caeſaris ſcriptarum.* Non ſolum autem hae ſcribendi latebrae, Germanis Taciti tempore ignotae, in contexendis amoribus furtiuis parabantur, ſed et, ſi quae hoſti aut vulgo occultanda erant, vſui fuerunt [f]). Poſtquam C. Flauius ſcriba formulas actionum a prudentibus compoſitas euulgauit, omnes quae deinceps a Iureconſultis compoſitae ſunt formulae, notis vel ſiglis exprimebantur, vt, ſi forte rurſus publicarentur, a populo non poſſent intelligi [g]). Hanc formularum notis deſcribendarum rationem, non autem omnes iuris formulas, Conſtantinus [h]) abrogaſſe videtur [i]).

§. VII. De iis, quae circa Notarios Grammatica ſibi vindicat [k]), parum amplius ſoliciti; monebimus tantum, voces Chartularii, Tabularii et Tabellionis, Apocriſiarii, Referendarii, Cancellarii, aliaſque [l]) Notarii interdum fuiſſe ſynonyma. Penes Romanos rei notariae periti publicis ſaepe muneribus, quae litterarum compendia requirebant, praeficiebantur, atque inde nomen aſſumebant, retento tamen non minus generali Notariorum vocabulo. Igitur ſi cuſtodiendis chartis publicis et tabulariis praeſiderent, Chartularii et Tabelliones ſiue Tabularii dicebantur. Hi conſcribendis tam publicis, quam priuatis documentis adhibebantur [m]). Eorum certum numerum prouinciis et ciuitatibus, etiam poſterioribus temporibus, eſſe datum, conſtitutio Friderici I. docet [n]).

§. VIII.

c) c. 3. apud GRAEV. p. 653.
d) BRVNNEM. in tract. de concurſu cumulat. et transmiſſ. actionum p. 117.
e) l. XVIII. c. 9. n. 2. vid. quoque Cicer. Epiſt. 32. lib. 13. ad Attic.
f) GELLIVS l. c.
g) RAEVARDVS de auctoritate Prudentum c. 2. p. 955. t. 2. opp.
h) L. I. C. de form. et impetr. act. ſubl.
i) BRVNNEM. l. c. p. 116. c. I. de cumulat. action. §. 7. 8.
k) BRISSON. de verbor. ſignificatione lib. 12. p. 1347.
l) Ven. Abbat. SCHMIDII diſſert. de Notariis Eccleſ. c. 2.
m) BVLENGERVS de Imper. Rom. lib. 4. c. 8. p. 448.
n) LINDENBROGIVS in gloſſ. ſub voc. Notarius. Leg. Sicul. ſ. Neapol. L. I. tit. 77. p. 744. apud LINDENBROG. in C. Leg. antiq. vid. quoque MARTENEVS et DVRANDVS Tom. I. p. 1151. IV. anecdot. p. 878.

§. VIII. Corpus, quod ſub Primicerio [o]) ſiue Protonotario erat, tres complectebatur ordines. Alii Tribuni et Notarii honore Tribunis Praetorianis aequati, qui cunctos a Romano Principe ad dignitatem profectos laterculo maiori ſiue codici inſerebant: Continebat autem codex vel commentarius Principis dignitates tam ciuiles, quam militares adminiſtrantes, eorumque inſignia et ſtipendia, cum Magiſtratus codicillis et Principis mandatis. Alii domeſtici vocabantur, quod Imperatori eſſent a ſecretis, cuius arcana ſcribebant; quos Gratianus [p]) vocat familiares ſuos; Vltimus ordo erat inferiorum Tribunorum Notariorum [q]).

§. IX. Si recte coniicio, Franco-Galli ad imitationem Romanorum Graecorumque publicum Notariorum admiſere vſum. Carolus Magnus in Capitulari III. anni 803. c. 3. ſanxit, *vt Miſſi Scabinios aduocatos Notarios per ſingula loca eligerent* [r]). Notariorum deinceps certum conſtitutum eſſe corpus, idque a longis temporibus in Francia ſub moderamine Archicapellani vel Archicancellarii, qui Primicerii vel Protonotarii dignitatem retulit [s]), duraſſe, videtur. Suadent hoc verba [t]) conſtitutionis Caroli VIII. de anno 1484. qua Collegio illi nobilitatem ad poſteros tranſmittendam largitur: *C'eſt pourquoi les Sereniſſimes Roys nos predeceſſeurs ont eté pouſſés à appeller par devers eux les Clercs Notaires et Secretaires fidels à eux et à la maiſon de France tres inſtruits aux bonnes arts et experiences des affaires, et dreſſer un college compoſè du nombre de Soizante.*

§. X. Ex tali collegio petebantur Referendarii, Apocriſiarii et Cancellarii, qui generali Notariorum nomine ſaepe compellati ſunt. Interdum vero vni diuerſa committebantur munera, et obinde diuerſis nonnunquam indigitabantur vocibus. Crederes fortaſſis, Referendarium plerumque ſecreta Principis cum ſubditorum precibus, Cancellarium publica negotia ſecularia,

 et

o) Origen. de las dignitades ſeglares de Caſtila y Leon por SALVZAR DE MENDOZA l. 2. c. 6. p. 41. Primicerius biennio manebat in officio, quo transacto ei ſuccedebat Secundicerius ſeu adiutor, cui Tertiicerius etc. qui ſecundum, tertium et quartum in laterculo habebat locum. PANCIROLLVS p. 143.

p) in leg. pen. C. Theodoſ.

q) PANCIROLLI comment. in notit. Imperii Orient. p. 143. 144. AMMIANVS MARCELLINVS in lib. 17. c. 5. et VALESIVS ap. GRONOV. p. 129.

r) BALVZIVS Tom. I. p. 393. vid. et Lib. 6. Capit. art. 218. vt et Capit. Caroli Magni de anno 805. c. 3. quod repetitur lib. 6. Capit. art. 256. ap. Baluz. T. I. p. 966. conf. quoque MABILLON. de re diplomat. lib. 2. c. 13. In teſtamento Ephibii, Abbatis ſub Childeberto, agitur de Notario libellario publico. Saepe quoque in legibus Ripuariorum et Longobardorum mentio Notariorum iniicitur. Aberrat itaque GVICHENON, in Hiſt. Baugiacenſi p. 141. aſſerens, anno 1187. Notarii publici officium nondum in vſu fuiſſe. Tales etiam iam tum antea Italiam habuiſſe, ex VGHELLIO T. 8. col. 730. 731. 737. conſtat.

s) vid. tamen MABILLON de re diplom. lib. 2. c. 21. p. 115.

t) Conf. quoque les recherches de la France par PASQVIER liv. 4. p. 381. et CHOPPINVM de Domanio Gallico l. 3. tit. XXI. p. 423.

et Apocriſiarium Eccleſiaſtica curaſſe, quorum quilibet ſuos habebat ſubordinatos; omnes tamen ſub Archi-Cancellario erant u). Referendarii Romanis fuerunt, qui ſupplicum deſideria Principi offerebant, ſimulque eius iuſſa et reſponſa exponebant x). Eodem munere, vt notaui, fungebantur apud Francos. Et hunc in finem Referendariorum primus y) annulum Principis tenebat z). Largior tamen, Referendarium interdum Cancellarii munere functum, et deinde hanc dignitatem ei conſtanter iunctam eſſe. Teſtatur hoc SIGEBERTVS ad annum 637. *Referendarius*, inquiens, *dicebatur, ad quem publicae conſcriptiones referebantur, vt per eum annulo vel ſigillo Regis confirmarentur* a). Apocriſiarios eccleſiaſticas res curaſſe, atque inde Reſponſales negotiorum eccleſiaſticorum dictos, Hincmarus de ordine Palatii b) ſcribit.

§. XI. Inter praecipua autem Cancellarii, ex quo vocabulum vulgarem ſignificatum amiſit, munia erat, Regiis ſubſcribere Diplomatibus, ad vicem Archi-Capellani vel Archi-Cancellarii c). Non deſunt Diplomata, vbi Cancellarii loco Notarii nomen habetur d). Diploma Caroli Magni de anno 790. refert *Hernuſtum Notarium ad vicem Lutwardi Cancellarii* recognoſcentem e). Chartam Ludouici *Woifridus relegit*, et aliam eiuſdem Imperatoris *Audacer Notarius ad vicem Wulfridi* recognouit f). Sub Diplomate Ludouici anno

u) vid. tamen MABILLON. de re diplom. lib. 2. c. XI. p. 112 ſeqq. et DV CANGE in Gloſſ. ſub voc. Apocriſ. et Referend.

x) Nouel. 110, et 113. CASSIODORVS lib. 6. cap. 7.

y) *En France il y avoit des Referendaires, qui preſentoient les requetes et chartes au Roy, pour les ſigner et ſouſigner de ſon chifre.* DV CHENE dans l'Hiſtoire des Roys, Duce et Comtes de Bourgogne Tom. I. p. 92.

z) GREGORIVS Turonenſis lib. 5. c. 3. et c. 22. In vita B. ANSBERTI dicitur: *coepit eſſe aulicus ſcriba doctus conditorque regalium priuilegiorum, et gerulus annuli regalis, quo eadem ſignabantur priuilegia.* Conf. PITHOEI gloſſ. ad libros Capitul. ap. Baluz. p. 711. *Une chronique ancienne exprimant ſa charge* (du grand Referendaire,) *l'appelle conducteur des chartes et Royaux privileges, et porteur de l'annel du Roy. Celui ci eſt apres nommé Chancellier. Il tient le ſecond rang entre les Officiers de la couronne, et eſt le chef de la juſtice de tout le Royaume.* DV CHENE l. c. p. 96.

a) C. 13. 16. vid. DV CANGE in Gloſſ. T. I. p. 254. edit. Pariſ.

b) Apud DV CHENE Scriptorum Franc. T. II. p. 490. 49. (vbi art. XXII. multa Adelhardo Corbeienſis monaſterii Abbati ſe debere teſtatur). Apocriſiarii munus tempore Conſtantini Magni initium ſumſiſſe docet, additque c. 16. et 19. Apocriſiarium a Francis Capellanum vel Palatii cuſtodem eſſe dictum. In antiquioribus conſuetudinibus Cluniacenſibus apud d'ACHERY in ſpicilegio T. II. p. 191. dicitur Apocriſiarius, *qui cuſtodit Eccleſiae theſaurum, et in cuius manu eſt, quicquid a popularibus ad altaria offertur.* BIGNONINAE notae ad Marculffum apud Baluz. T. II. p. 912.

c) MABILLON l. c. lib. 2. c. XI. §. 9. In nonnullis Diplomatibus, omiſſa Archi-Cancellarii mentione, ſolus Cancellarius ſubſcripſit. vid. Diploma Conradi in Metropoli Salisburgenſi Tom. I. p. 16. nov. edit.

d) ACHERIVS l. c. lib. 2. c. XI ſeqq. DOVBLET dans l'Hiſtoire de l'Abbaye de S. Denis, p. 716. 717. 821. 825.

e) GEWOLDVS de Septemuiratu p. 83.

f) DOVBLET l. c. p. 730. 736. vt et p. 431. p. 739. 742. 744. 775. 776. 777. 778. 781. 784. 785. 788. 790. 792. 801. 804. 811. 812. 813. 815. 825. 828. 836. 850. 853. 854. 870. SPELMANNI gloſſ. p. 431.

anno 832. g) reperitur: *Hirmimarus Notarius ad vicem Theogonis*, et ſub alio eiuſdem Imperatoris habetur: *Hirmimarus Notarius ad vicem Hugonis recognoui.* Diplomati Hludouici de anno 838. ſubſcripſit *Hatmudus Notarius ad vicem Halduini* h). Diploma Lotharii de anno 844. *Remigius Notarius ad vicem Agilmari* recognouit i); eiuſdem Imperatoris Diploma aliud ſubſcripſit *Guiſiprandus Notarius ad vicem Antonii Epiſcopi et Archi-Cancellarii* k). Sub Diplomate Hludouici Germanici de anno 845. occurrit *Dominicus Notarius ad vicem Radleci* recognoſcens l). In fine Diplomatis Conradi I. de anno 914. reperitur *Salomon Cancellarius ad vicem Pigri Archi-Capellani*, recognouit m). Diplomati Henrici de anno 927. *Simon Notarius ad vicem Herigeri Archi-Epiſcopi Capellani* ſubſcripſit n). Sub Diplomate eiuſdem Germanorum Regis de anno 931. videmus nomen *Simonis Notarii*, qui *ad vicem Hilberti Archi-Capellani* recognouit o). Diplomati Ottonis I. de anno 936. ſubiectum eſt: *Adaldat Notarius ad vicem Hildeberti Archi-Capellani* RECOGNOVI p). Eſt apud SCHATENIVM aliud anni 936. Diploma, cui *Popo Cancellarius nomine Hiliberti* ſubſcripſit. Immo Adaldad ſeu Adeltag ſub diplomate memorati Imperatoris de anno 937. vocatur Cancellarius q). Sub Diplomate Ottonis r) reperitur ſubſcriptio: *Teubaldi Notarii et Iudicis Imperatoris* aliorumque Imperatoriorum iudicum.

§. XII. Fateor, non ita frequentia eſſe ſeculi XI. et XII. Diplomata, in quibus Cancellarii vel Vice-Cancellarii locum Notarius occupauit; ſed Proceres plerumque Diplomatibus, inprimis momenti cuiuſdam (quod et ſub prima Francorum ſtirpe et poſtea ſaepe obtinuit,) ſubſcribebant, vt teſtes s), aut etiam Cancellarius vice Archi-Cancellarii ea recognouit. Meretur tamen notari,

g) SCHATEN in Annalibus Paderbornenſ. p. 91. 92. 98.

h) SCHATEN Annal. Paderborn. l. 2. p. 117. et p. 119. vbi Glorius Notarius ad vicem Hugonis recognouit.

i) SCHATEN l. c. p. 128.

k) PLACIDO PVCINELLI nella Cronica del l'Abbadia Fiorentina p. 189.

l) Plura huius tenoris apud SCHATEN aliosque chartarum Collectores exſtant. vid. quoque Monumenta Paderbornenſia p. 45. WILH. HEDA in Hiſtor. Vltraiect. p. 70. WENCKERVS de Archiuis p. 625.

m) HEDA in Hiſt. Vltraiect. p. 73.

n) SCHATEN l. c. p. 272.

o) SCHATEN Annal. Paderborn. T. I. p. 266. HEDA in Hiſtoria Vltraiectina p. 80.

p) SCHATEN Annal. Paderb. lib. 4. p. 277.

q) KETNERI Hiſt. Eccleſ. Quedl. p. 4. et Diplomat. Quedlenb. p. 7.

r) Apud PVCINELLI nell' Hiſtoria de l'Abbadia Fiorentina p. 195.

s) Idem in Germania in Imperatoris Principumque chartis locum habuit. Vide paſſim Diplomatum Collectores. In Anglia ante tempora Richardi ſecundi ex ſanctioribus Conſiliariis, qui aderant, Diplomatibus ſubſcribebant ſub Formula: *His teſtibus.* Sub primo autem anno dicti Regis haec formula inualuit: *In cuius rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes: Teſte me ipſo.* WILLIAM NICOLSON Engliſh Hiſtorical Library Par. 3. p. 3.

notâri, ſub Charta Ottonis IV. de anno 1198. [t]) ſequentia reperiri verba: *data per manum Morandi Regalis Aulae Protonotarii.*

§. XIII. Dubium itaque nullum ſupereſt, quin Notarii aliquando Cancellariorum vices habuerint. An autem Archi-Cancellarii loco Notarii nomen vnquam poſitum ſit, in ambiguo eſt; aſſerit quidem illud LYNCKER [u]), ſed nullam addit probationem. Non ignoro, Eginartum Archicapellanum et Notarium Imperatoris in peruetuſto MSto Laurishaimenſi dici [x]); Atque praecepto Lotharii de Leutis et Capella de anno 855. [y]) ſubiicitur: *Hilduinus venerabilis Abbas noſtraeque Aulae Archi-Notarius.* Sic et ſub Diplomate Ottonis III. [z]) reperitur: *Heribergus Cancellarius vice Petri Epiſcopi Notarii;* ſed ſunt, quae hiſce plenam adhibere fidem, diſſuadent.

§. XIV. Forſitan beneuolo Lectori non ingratum erit, vt, antequam ad ea, quae ad Notarios, tempora noſtra propius attingentes, attinent, progrediamur, de Diplomatum ſubſcriptionibus vnum aut alterum adhuc annotemus. Ex ſubſcriptione Diplomatum argumenta pro fide eorum arceſſere, vix licebit. Mira enim ſubſcriptionum vnius eiuſdemque temporis occurrit varietas. Exhibet Dublettus [a]) Diplomata, quibus nihil ſubiicitur, quam e. g. *Franco, Budilo etc.* RECOGNOVIT: immo [b]) recenſet eiuſdem Regis chartas, quibus nihil niſi ſignum *Pipini* [c]) *glorioſiſſimi Regis* ſubditum. Sub Diplomate Caroli Magni [d]) habetur: *Hitherius* RECOGNOVIT. Apud eundem [e]) *Winibaldi ad vicem Hitherii* recognoſcentis mentio iniicitur. Dicitur etiam *Rado ad vicem Hitherii* recognouiſſe. Plures erant Notarii, qui per vices Diplomatis ſubſcribebant [f]). Nonnunquam plures Notarii eadem vice ſubſcripſerunt [g]).

§. XV. Saepe Notarii aut Cancellarii vox cum Archi-Cancellarii vel Archi-Capellani nomine, ad cuius vicem fiebat recognitio, coniungebatur; ſaepe ſoli Notarii vel Cancellarii ſubſcribebant. Aliquando eius tantum nomen, qui

t) SCHATEN Annal. Paderborn. lib. IX. p. 922. Adeſt charta Ottonis Ducis Brunſv. ſuper Aduocatia in Hilgenſtat. ann. 1239, in qua Sigfridus Archiepiſcopus Moguntinus vocatur: *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius et Procurator.*

u) LYNCKER de Archiuis Imperii ap. WENCKER. p. 93.

x) Schediaſma alterum de Referendariis et Cancell. Franciae ap. WENCKER. de archiv. p. 745.

y) Spicilegium ACHERIANVM tom. 12. pag. 115.

z) PVCINELLI l. c. p. 196.

a) pag. 693.

b) pag. 700, 703.

c) vid. etiam Act. Sanct. MABILLON. Sec. IV. p. 2. fol. 121. vbi Ludouici Pii Diploma de ao. 834, et eiuſdem Sec. IV. Benedict. p. 2. fol. 576. et lib. de re Diplom. p. 522.

d) p. 704.

e) p. 708, 710.

f) Doublet dans l'Hiſtoire de l'Abbaye de S. Denis, pag. 711, 712. Origo inde videtur repetenda, quod Domeſtici plerumque ſemeſtre quotannis in aula miniſtrare, et adeſſe obſtricti eſſent, vnde plurium, qui ſimul idem munus gerebant, occurrunt nomina. Chifletii praef. Aulae ſacrae Principum Belgii pag. 213.

g) Ottonis III. Diploma apud PVCINELLI l. c. p. 201.

qui recognouit, et ad cuius vicem eſt recognitum [h]), aliquando etiam dignitas apponitur. Sub Diplomate Conradi II. de anno 1031. reperitur: *Odalricus Cancellarius* RECOGNOVIT, et ſub alio eiuſdem anni, *Odalricus Cancellarius vice Aribonis Archi-Capellani* recognouiſſe dicitur [i]).

§. XVII. Notarii, ſaepiſſime ex Cleri ordine, Capellanorum aut Diaconorum munere fungebantur, et ſic ſe interdum Diaconos et Capellanos tantum dicebant. Diploma Caroli Magni de anno 813. *Gunterius Diaconus ad vicem Erkenbaldi* recognouit. Sub Diplomate Ludouici [k]) habetur recognitio: *Hirmimari Diaconi ad vicem Fridiguiſi.* Sub Diplomate Ludovici Germaniae Regis, talem videmus ſubſcriptionem: *Walto Sub-Diaconus ad vicem Weigarii* [l]). Eiuſdem Regis Diploma de anno 853. ab *Alberto Sub-Diacono ad vicem Balderici Abbatis* recognitum eſt [m]). Roberti Diplomati [n]) ſubiicitur: *Franco Diaconus atque Cartigraphus* RELEGIT ET SIGILLAVIT.

§. XVIII. Antequam ab hac diſcedam meditatione, monendum puto, Mabillonium non ſatis ſibi conſtare, quando [o]) aſſerit, Archi-Capellanum ſummi Cancellarii officio, per ſaeculum ſaltem decimum, ſub Ottonibus functum fuiſſe. Nam in Diplomate Caroli M. de ao. 769. habetur: *Ludebertus Archi-Capellanus* RECOGNOVI ET SVBSCRIPSI. Eiuſdem Imperatoris Diploma de anno 788. *Hildibaldus Archi-Epiſcopus Colonienſis, et Sacri Palatii Archi-Capellanus* recognouit [p]). *Angilrammus, ſub Carolo M. Archi-Capellanus et Archi-Cancellarius* fuit [q]). Carolomanni chartae, Monaſterio Piſcarienſi datae, ſubſcripſit: *Baldo Cancellarius Regis ad vicem Theogmari Archi-Capellani* [r]). Apud Schatenium [s]) habetur Diploma Hludouici Germanici de ao. 874, quod *Hebarhardus Cancellarius ad vicem Luidberti Archi-Capellani* recognouit. Eiuſdem Regis Diploma de ao. 877. *Baltèrus Cancellarius ad vicem Luthberti Archi-Capellani* ſubſcripſit. Nec dubium eſt, quin Archi-Capellanus tunc temporis Archi-Cancellarii dignitate functus ſit. Etenim ſub Caroli Craſſi Diplomate de anno 882. legitur: *Waldo Cancel-*

h) vid. TENZEL. app. prima ad vindicias CONRING. pag. 19. 24. MABILLON de re Diplom. fol. 397. 521. 525. Acta Sanct. eiuſdem P. I. fol. 223. DOVBLET p. 716.

i) SCHATEN Annal. Paderb. pag. 463. 467. 468. 469. 474. 477. 488. 491. 495.

k) SCHATEN T. I. pag. 72. vid. quoque Monumenta Paderb. pag. 204. vbi dicitur: *ad vicem Fridigaſi Abbatis recognoui.*

l) Monum. Paderb. pag. 206. HVNDII metropolis pag. 225. GEWOLDVS de Septemuiratu S. R. I. pag. 83.

m) Acta Sanctor. IOH. MABILLONII P. I. fol. 526. TENZEL. in app. prima vindiciar. Conringianar. pag. 15. Sub Diplomate Hludouici legitur: *Durandus Diaconus ad vicem Friduchiſi recognoui, et ſubſcripſi.* vid. quoque MABILLON. de re Diplom. p. 613.

n) DOVBLET p. 828.

o) lib. 2. c. XII. §. 13. de re Diplomatica.

p) GEWOLDVS de Septemuiratu pag. 82.

q) BALVZ. Tom. I. pag. 1047. CANGIVS in Gloſſ. ſub voc. Archi-Capellanus.

r) D'ACHIER Tom. V. Spicil. p. 375. chron. Caſaur. l. 1.

s) l. 3. pag. 179.

Cancellarius ad vicem Ludwardi Archi-Cancellarii RECOGNOVI [t]). Luidwardum autem fuiſſe Archi-Capellanum, ex Diplomate huius Imperatoris de ao. 884. patet, vbi dicitur: *Baldo Cancellarius ad vicem Luidwardi Archi-Capellani* RECOGNOVI; et ſub Diplomate eiuſdem de ao. 885. recognitio *Salamoni Notario ad vicem Luitwardi Archi-Cancellarii* tribuitur [u]). Sub Diplomate Arnolphi de ao. 888. habetur: *Engilberk ad vicem Theotmari Archi-Capellani* RECOGNOVI [x]). Aſſerit quidem MABILLON, ſub ſecunda Francorum ſtirpe Archi-Capellanos ſummos dictos Cancellarios; ſed videtur hoc maxime ex eius mente ad ultima eorum tempora, cum Germaniae iam tum Saxonici ſanguinis Imperatores praeſiderent, reſtringendum eſſe. Recitat quidem Carolomanni Italiae Regis Diploma, quod Baldo Cancellarius Regis, ad vicem Brunonis Archi-Capellani recognouit, et alia, quae apud HVNDIVM [y]) recenſentur, ſed videtur de eorum fide, neſcio ob quam rationem, ambigere [z]). Dubium ſane omne, quod Archi-Capellanus ante Ottonum tempora Archi-Cancellarii ſynonymon fuerit, magis adhuc remouetur, ſi genuinum eſt Dagoberti Diploma, quod inter chartas coenobii S. Maximini Treuirenſis ſub n. 1. reperitur, cuius ſubſcriptio eſt: *Henricus Cancellarius ad vicem Ricolffi Archi-Capellani* RECOGNOVI [a]).

§. XIX. Nec MABILLONII ſententia, ſi reſtricta ad Imperatores, Ottonum tempora inſequentes, aliquid ex vero trahit. Nam Diplomati Henrici II. de anno 1023. ſubſcripſit: *Gunterus Cancellarius vice Aribonis Archi-Capellani* [b]). Nec deſunt Conradi II. Diplomata, vbi talis ſubſcriptio habetur [c]). Sub Diplomate Henrici III. de anno 1046. inuenimus recognitionem *Theodorici Cancellarii, vice Bardonis Archi-Capellani* [d]). Henrici IV. Diploma anni 1059. *Gebhardus Cancellarius vice Luitpoldi Archi-Capellani*, recognouit [e]).

§. XX. Porro CONRINGII opinioni, quam in *cenſura Diplomatis Lindauienſis* [f]) fouet, quod Archi-Capellanus non ſit vocatus *Sacri Palatii Archi-Epiſcopus*, accedere non poſſumus. Veritati enim magis conſentanea videntur, quae MABILLON [g]) in contrarium affert. Sub Diplomate Zwentiboldi reperitur:

t) SCHATEN Annal. Paderborn. §. 3. p. 191.

u) Monum. Paderb. p. 208. SCHATEN l. c. pag. 201.

x) SCHATEN lib. 3. pag. 205. 214. 216. 217. 219. 220. 227 ſeqq. GEWOLDVS de Septemviratu S. R. Imp. p. 84. BROWERVS Annal. Treuirenſ. pag. 448.

y) In metrop. Saliſburg. pag. 87 ſeqq. nov. edit.

z) Moneo hic obiter, MABILLONII regulas diſtinguendi genuina Diplomata a ſuppoſititiis ſaepe vacillare, quod et HICKESIVS vidit, neque GERMONIVS vbique impingit.

a) MALLINCKROT de Archi-Cancell. S. R. I. Germ. pag. 223 ſeqq. ap. Wencker.

b) SCHATEN pag. 452. 453.

c) idem pag. 463. 467. 468. 469. 474. 477. 479.

d) idem l. c. lib. 6. pag. 529.

e) idem l. c.

f) pag. 189.

g) de re Diplom. lib. 2. c. 12. §. 12.

reperitur: *Waltgerus Notarius ad vicem Ratpoti Archi-Epiſcopi ſummique Cancellarii* RECOGNOVIT [h]). Diplomati Ottonis III. anno 997. ſubſcripſit *Hildiboldus Epiſcopus et Cancellarius vice Willegiſi Archi-Epiſcopi* [i]). In alia charta eiuſdem Imperatoris habetur: *Hildeboldus Epiſcopus et Cancellarius vice Willegiſi Archi-Capellani* RECOGNOVIT [k]).

§. XXI. Saeculo XII. et XIII. ſub aliqua ſubinde mutatione receptus ſubſcribendi modus eſt continuatus. Sub Diplomate Henrici V. de anno 1107. legimus: *Albertus Cancellarius vice Moguntini Archi-Epiſcopi Rothardi Archi-Cancellarii* SVBSCRIPSIT [l]). Diploma Henrici VI. recognouit *Conradus Hildesheimenſis, electus Imperialis Aulae Cancellarius, vice Conradi Moguntinae Sedis Archi-Epiſcopi, et totius Germaniae Archi-Cancellarii* [m]). Diplomati Friderici I. de anno 1180. *Godofredus Imperialis Aulae Cancellarius* ſubſcripſit. Sub Diplomate Friderici II. ad annum 1235. reperitur *Ego Sigfridus Ratisbonenſis, Aulae Imperatoriae Cancellarius, vice Domini Moguntini Archi-Epiſcopi* RECOGNOVI.

§. XXII. Poſt interregnum vero formula: *Cancellarius ad vicem Archi-Cancellarii*, aut plane deſiiſſe [n]), aut minus frequens fuiſſe videtur; ſed ſubſcriptio fiebat per Optimates vt teſtes [o]). Adiici deinde coepit formula: *ad mandatum Regis aut Imperatoris proprium.* Etenim ſub Diplomate Friderici III. de anno 1455. [p]) habetur: *ad mandatum proprium Domini Imperatoris Vlricus Welli.* Et ſub Diplomate Maximiliani I. de anno 1495. *ad mandatum Domini Regis proprium Bertholdus Archi-Epiſcopus Moguntinenſis Archi-Cancellarius.* Diplomati Caroli V. ſubiectum eſt: *ad mandatum Imperatoris proprium Albertus Cardinalis Moguntinus Archi-Cancellarius.* Diplomati Matthiae *vice reuerendiſſimi Domini Suicardi Archi-Cancellarii Moguntini*, ſubſcripſit *Ludewig von Vlm.*

§. XXIII. In formula: *ad mandatum proprium*, varietas quaedam deinde reperitur. Sub initium talis eius erat tenor, *ad mandatum proprium Domini Imperatoris Archi-Cancellarius aut Cancellarius.* Sub Diplomate Sigiſmundi

 reperitur

h) HVND. in metrop. pag. 93. 94. SCHATEN lib. 3. p. 235.

i) ANSHELMVS in geſtis Pontif. Tungrenſium apud CHAPEAVILL. pag. 210.

k) l. c. p. 212. Conf. etiam CHAPEAVILL. pag. 225. 226. 264. it. DOVBLET p. 815. 878. Notandum: Cancellarii nomen ſaepe loco Archi-Cancellarii poſitum eſſe. Sic Walto Subdiaconus, ad vicem Witgari Cancellarii, Diplomati Ludouici Germanici ſubſcripſit. SCHATEN pag. 149.

l) SCHATEN Annal. Paderb. l. 7. p. 667.

m) HEDA in Hiſtor. Vltraject. p. 178.

n) GEWOLDVS de Septemuiratu pag. 90. vbi aſſerit, antiquiſſimum iſtum morem noſtro et ſuperiori ſaeculo demum reintroductum fuiſſe. Hinc pag. 97. citat ſubſcriptionem Diplomatis Caroli IV. ſequentem: *Ego Ioannes D. G. Olmucenſis Epiſcopus, regalis Capellae Bohemicae Comes et S. Imper. Aulae Cancellarius, vice reuerendi in Chriſto Domini Gerlaci Moguntini Archi-Epiſcopi, S. Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii recognoui.*

o) Vide varia Diplom. ap. SCHATEN, qui tamen mos antea etiam, vt dixi, in vſu fuit.

p) ap. GEWOLDVM pag. 97.

reperitur: *ad mandatum Imperatoris Caſpar Schlieck miles* etc. *Cancellarius* [q]). Sub Diplomate Maximil. I. de anno 1496. talia inuenimus verba: *ad mandatum Domini Regis proprium, Bertoldus Archi-Epiſcopus Moguntinus Archi-Cancellarius* [r]). Sub Diplomate tamen Patris eius Friderici III. de anno 1486. [s]) reperitur: *ad mandatum Imperatoris in Concilio;* et ſub alio: *ad mandatum Domini Imperatoris proprium* [t]). In calce Diplomatis Maximil. I. de anno 1492. legitur: *ad mandatum domini Regis in Concilio* [u]). Aliud eiuſdem Diploma de anno 1496. ſequentem habet ſubſcriptionem: *ad mandatum Domini Regis proprium* [x]). Eadem ſubſcriptio reperitur ſub Caroli V. edicto contra Lutherum de anno 1521 [y]). Fortaſſis dubium oboriri poſſet, anne nomen Cancellarii aut Secretarii ex ignorantia vel incuria editoris ſit omiſſum. Inualuit deinceps magis formula, vt primum Imperatoris, deinde Vice-Cancellarii nomen exprimeretur, et tandem ad *S. Caeſ. Maieſtatis mandatum proprium* [z]), ſubſcribentis Referendarii vel Secretarii nomen ſubiiceretur [a]). Saepe tamen addebatur adhuc: *vice ac nomine reverendiſſimi Domini Archi-Cancellarii Moguntini* [b]), quod iam omittitur.

§. XXIV. Denique priuſquam ad ſecundum pergamus caput, quaedam adhuc de Romanorum Pontificum Cancellariis et Notariis obſeruare licebit. Quamplurima extant Pontificum Diplomata, ſub quibus nihil reperitur, niſi anni Pontificatus, addito nonnunquam, *ſub annulo piſcatoris* [c]). Priſtinis temporibus etiam adiiciebantur anni Imperatoris [d]). Apud DOVBLET habetur:

q) LVNIGS Reichs-Archiv, Part. gen. T. I. pag. 97.

r) Idem l. c. p. 172.

s) Idem l. c. p. 127.

t) Idem l. c. p. 136.

u) Idem l. c. p. 141.

x) Idem l. c. p. 172.

y) ap. GOLDAST. T. II. conſtit. Imper. p. 446.

z) Sunt tamen Caeſarea Diplomata, vbi haec, et ſimilis deeſt formula. vide Acta Bohemica P. I. et II. Theatrum Europaeum P. I. p. 7 ſeqq.

a) LüNIGS Reichs-Archiv, Part. gen. pag. 500. MEIER in Lundorpio ſuppleto et contin. P. I. pag. 534. FABRI Staats-Canzley P. I. pag. 38. LVNIG Part. gen. pag. 448. 462. 465. 471. 476. 478. FABRI Staats-Canzley P. 3. p. 895. LVNDORP. Actor. Publ. T. X. p. 168. T. XIV. pag. 202. 317. 326. 461. LVNIG in Syllog. negot. publ. p. 316. Memoires et negociations de la Paix de Nimwegen Tom. I. p. 116. FABRI Staats-Canzley T. I. p. 35. Part. III. pag. 536. LVNIGS Reichs-Archiv, Part. gen. p. 488. 491. 493. 496. FABRI Staats-Canzley T. II. p. 617 ſeqq. T. XIII. p. 682. T. XXII. p. 542. T. XVI. p. 735. T. XXVII. p. 317 ſeqq. p. 820. etc. Nonnunquam tamen poſt Imperatoris nomen et formulam: *ad Mandatum S. Caeſ. Maieſtatis proprium*, reperitur tantum Secretarii appellatio. LVNIGS Reichs-Archiv Part. gen. p. 446. 454.

b) LVNIGS Reichs-Archiv P. I. p. 443. KETTNER in Diplom. Quedlinburgenſibus p. 650.

c) Bullarium magnum et Lunigii Spicil. eccleſ. paſſim. LAVNOII examen du Privilege d'Alexandre V. quod adhaeret cenſurae CALOCCII.

d) Le Droit de l'empire ſur les etats eccleſ. p. 79 ſeqq. Antiquiſſimis temporibus ſaepe Conſulum mentio fiebat. Sub Anaſtaſii I. epiſtola ad Epiſcop. Germaniae et Burgund. de anno 398. ap. LVNIG. in Spicil. eccleſ. p. 552. habetur: *Data nonis octobris Arcadio et Bantone viris clariſſimis Conſulibus.* Morem hunc largiter comprobant litterae Pontificum a Pſeudo Iſidoro collectae. Etenim, licet BLONDELLO non deſint argumenta, quibus eas ſuppoſititias eſſe adverſus TVRRIANVM afferat; attamen eſt ſcriptum antiquum, forte ſaeculum nonum aetate ſuperans; et ſuo modo ad genium illorum temporum attemperatum. vid. Collect. p. 151. 158. 177. etc.

betur [c]): *Bene valete. Datum IV. Kal. Mart. Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno XVIII. Imperii eius, ſed et Leone maiore Imperatore eius filio.* Sub priuilegio Zachariae, ab Innocentio laudato, reperitur: *ſcriptum per manus Scriniarii et Cancellarii Lateranenſis Palatii anno IIX. Domini noſtri Zachariae. Datum ſecundo nonas Nov. Imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato; anno decimo quarto.* Scio, *LAVNOIVM in aſſertione inquiſitionis in chartam immunitatis B. Germani* [f]), hanc Bullam furtiuam et adulterinam vocare, ſed ipſius rationes non aeque magni momenti videntur. Ait enim, formulam illam: *ſcriptum per manus Ioannis Scriniarii et Cancellarii Lateranenſis Palatii*, temporibus Zachariae longe recentiorem eſſe: aſt in libro diurno Romanorum Pontificum, ſcribendi formulas, quibus Saec. VI. VII. VIII. IX. vſi ſunt, continente, a Garnerio ex antiquiſſimo cod. MSto in lucem protracto, Primicerii Notariorum, vt et ipſorum Notariorum paſſim fit mentio. Immo ad refellendum Launoium facit, quod ſub charta Stephani, Zachariae ſucceſſoris de anno 753. [g]) ad Proculum, ſanctae Eccleſiae Vienenſis Archi-Epiſcopum, reperiatur: *data per manum Gregorii Notarii et Scriniarii ſanctae Sedis Apoſtolicae.* Sub Gregorii II. epiſtola, qua Bonifacio in Germania gentilium conuerſionem committit, habetur: *Data Idus May Imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone II. a Deo coronato, anno tertio* IMPERII EIVS [h]). Saeculo X. vt et XI. mos ille, quod anni Imperatoris Diplomatibus Papalibus ſint ſubiecti, continuatus videtur. Sub Diplomate Iohannis apud SIGEBERTVM LEVITAM in vita Theodorici Metenſis Epiſcopi [i]) dicitur: *Scriptum per manum Stephani Notarii et Regionarii Sanctae Romanae Eccleſiae etc. data tertio die Kal. oct. per manum Widonis Epiſcopi et Bibliothecarii ſanctae Sedis Apoſtolicae, anno Pontificatus Domini Iohannis, ſummi Pontificis et vniuerſalis tertii decimi praeſidentis in ſacratiſſima ſede Beati Petri Apoſtoli quinto, Imperii Domini Ottonis maioris nono, minoris vero tertio, anno ab incarnatione Domini noſtri I. C. DCCCCLXX.*

§. XXV. Saepe Bullis nihil aliud ſubmittebatur, quam: *bene valete dilectiſſimi fratres*, vt patet ex Bulla Papae Adeodati, qui Romanae Eccleſiae ab

c) Pag. 449.

f) Pag. 337.

g) Biblioth. Floriac. IOHANN. A BOSCO P. II. p. 44. BARONII Annal. T. IX. p. 228. Quam formulam ſequentes Papae imitati ſunt. VGHELLI Italia ſacra T. II. p. 186. 188. 196. E re LAVNOII fuit, aduerſarios habuiſſe non admodum rei diplomaticae et Hiſtoriarum peritos. Fateor tamen, Quadrimarium in propugnato priuilegio Sancti Germani, et in recenſione paradoxorum LAVNOII et HAMMELII aliquam adhibuiſſe diligentiam, ſed CALOCCII libellus ieiunus eſt.

h) LVNIG. Spicil. Eccleſ. T. I. p. 1. Eadem ſubſcriptio habetur in Bulla, qua Boniſac. Thuringiae presbyter conſtituitur l. c. p. 2. vid. et l. c. pag. 6. 8. 12. 18. 555.

i) apud LEIBNITZ T. I. Script. Brunſuic. pag. 301.

ab anno 669. vſque ad annum 676. praeerat [k]). Permultae extant Bullae, quibus Pontifex cum Cardinalibus ſubſcripſit [l]).

§. XXVI. Denique non deſunt Pontificum chartae, quibus Protonotarii et Cancellarii, vel etiam Notarii, qui ſaepe etiam Scriniarii et Bibliothecarii officio functus, nomen ſubiicitur. Bullae Pii V. de anno 1560. cum aliis ſubſcripſit: *Antonius Lunellius Protonotarius Apoſtolicus* [m]). Sub Priuilegio Adriani IV. quod LAVNOIVS ex Bibliotheca Praemonſtratenſi affert, talia leguntur verba: *datum Romae apud S. Petrum per manum Rolandi, S. R. E. Presbyt. Cardinal. et Cancell.* [n]). Sub Bulla Nicolai reperitur: *Humbertus Cancellarius ſanctae Apoſtolicae ſedis.* Bulla Innocentii III. data dicitur: *per manum Reinaldi domini Papae Notarii, vicem agentis Cancellarii.* Diplomati Alexandri ſubmittitur: *datum per manum Magiſtri Iordani S. Romanae Eccleſ. Notarii* [o]). Sub Bulla Iohannis XIX. ad Epiſcopum Bambergenſem ſpectante, habetur: *per manum Petri Notarii et Scriniarii S. Romanae Eccleſiae* [p]). Benedicti IX. confirmationi priuilegiorum Capituli Bambergenſis de anno 1012. ſubditum eſt: *ſcriptum per manum Herhardi Scriniarii S. R. Eccleſiae, datum per manum Portuenſis Epiſcopi et Bibliothecarii S.R. Eccleſiae* [q]). Diploma Leonis IX. itidem confirmationem Priuilegiorum Bambergenſium concernens, habet: *datum per manum Friderici Diaconi Bibliothecarii et Cancellarii S. Rom. Catholicae et Apoſtolicae Eccleſiae* [r]). Sub Diplomate Sergii III. eſt [s]): *ſcriptum per manum Leonis Archi-Scriniarii S.R. Eccleſiae.* Chartae Paſchalis II. ſubmiſſa ſunt ſequentia verba: *per manum Notarii Regionarii et Scriniarii S. Palatii* [t]). Sub Bulla Nicolai habetur: *ſcriptum per manus Sophronii Notarii ac Scriniarii S. R. Eccleſiae in menſe Aprili Indict. XI. bene valete. data IV. Kal. Majas per manum Tiberii Primicerii S. Sedis Apoſtolicae, imperante Domino piiſſimo perpetuo Auguſto Hludouico a Deo coronato magno*

k) Examen des certaines privileges et autres pieces, pour ſervir au jugement d'un proces, qui eſt entre l'Archeveque de Tours et le Chapitre de Saint Martin de Tours pag. 5. it. pag. 91.

l) Bullarium magn. T. I. pag. 505. T. II. pag. 56. 83. T. III, p. 164. T. IV. pag. 49. 65. LVNIGS Spicil. Eccleſ. p. 283. 564. 729. videatur quoque Diploma Bonifacianum ap. REINALDVM in contin. Baron. ad annum 1294. p. 477. Interdum Pontificum Diplomatibus talis ſupponitur ſubſcriptio: *Ego Adrianus IV. huius nominis catholicae Eccleſiae Epiſcopus ſubſcripſi.* CHAPEAVILL. in geſtis Pontif. Leod. Tom. II. pag. 107.

m) Bullar. magn. T. II. p. 33.

n) In Inquiſit. priuil. Praemonſtratenſis Ordinis p. 88.

o) LAVNOIVS l. c. pag. 465. 535. 599. Vice-Cancellarii Sacrae Romanae Eccleſ. etiam mentio iniicitur in Bulla Gregorii de anno 1236. ap. VGHELLI in Ital. ſacr. T. I. p. 157.

p) LVNIGS Spicil. Eccleſ. T. II. p. 9.

q) Idem l. c. p. 10.

r) LVNIG. l. c. Dipl. 12. Quamplurima huius generis in iam dicti auctoris Spicil. Eccleſ. occurrunt.

s) apud PAPIRIVM MASSONIVM in vita eius.

t) PERARDI Recueil des pluſieurs pieces curieuſes ſervant a l'Hiſtoire de Bourgogne pag. 206.

magno pacifico Imperatore [u]). Vt ſileam multa alia huius tenoris documenta, quorum nonnulla referuntur a LAVNOIO [x]), qui tamen, quae recenſet, maximam partem ſuppoſititia, ſubrepta, adulterina vel ſaltem interpolata eſſe dicit, neſcio qua fide.

CAPVT II.
RECENTIORA MAGIS DE NOTARIIS COMPLECTITVR.

§. I.

Eſt autem Notarius ex vſu potiſſimum hodierni temporis: perſona publica, ab eo, qui ſummam habet poteſtatem, aut eius nomine ab alio, certis adhibitis ſolennitatibus, ad id conſtitutus, vt actibus, quo par eſt procedens modo, publicam conciliet fidem.

§. II. De Notariis, qui Secretariorum munere funguntur, nihil iam monituri [y]), publicos, vt vocantur, modo definitos, prout a Seculari aut Eccleſiaſtica poteſtate conſtituuntur, diuerſitatem aliquam ſuſcipere [z]), tantum memo-

u) DOVBLET dans l'Hiſtoire de l'Abbaye de S. Denys pag. 456. Hic non vbique vera a falſis ſecernere ſciuit Diplomata. Falſarii tamen potiſſimum operam dabant, vt in effingendis Diplomatibus temporis rationem, vt dixi, haberent. MABILLON de re diplom. lib. 3. c. 5. n. 5. pag. 223. Supplement. c. 2. §. 6. FONTANINI in vindiciis Diplomatum aduerſus Germonii Diſcept. L. I. c. 11. p. 136. Interim GERMONII verba de veteribus Regum Francorum Diplomatibus etc. Diſcept. 2. p. 2. c. 1. p. 81. minus recte ſe habere puto, quando inquit: *Doubletianae igitur collectionis Diplomata vetuſtiora, de quibus ſolis agemus, ſedulo examinaui, atque non paucula, non quinque aut ſex, vt ais, ſed pleraque aut manifeſto ſpuria aut valde ſuſpecta eſſe comperi.*

x) Inquiſit. in priuil. Vindocinenſis Monaſterii p. 101. c. 10. c. 13. c. 16. c. 18. c. 19. c. 34. c. 36. D'Achery in Spicil. T. VI. p. 411.

y) SCHILTERI *Diſſ. de Secretariis* c. 3. Notariorum, qui certis muneribus curandis ſunt admoti, varia in Bullis Pontificum occurrunt nomina. Horum numero olim erant Notarii ſeptem regionarii, qui iuſſu Clementis, vt autor eſt Anaſtaſius in vita eius, in ſua quiſque regione geſta martyrum ſollicite et curioſe perquirerent. Sunt hodie Notarii Camerae, Auditorum Rotae Romanae, Notarii Conſulum, agriculturae et aliarum artium, Notarii inquiſitionis, Notarii Vicarii Papae, Notarii vrbis, item Vicarii vrbis, Notarii ripae, Notarii diuerſarum curiarum et tribunalium tam ciuilium quam criminalium.

z) Notarios Camerae duplicis eſſe generis, comperio. Aliqui cum Protonotariis Perſonarum Cameralium numero ſunt. Quae iis incumbunt *p. 1. tit. 28. 29. Ord. Cam.* enarrantur. vid. RODINGI *Pandectas Camerales lib. IV. tit. VIII.* MYNS. *cent. 2. obſ. 18.* Alii ſunt immatriculati, qui in eo a publicis ſiue Caeſareis non immatriculati, differunt, quod eodem, quo nuncii, ſi hi deficiunt, modo proceſſus inſinuare poſſint. *Ord. Cam. p. 1. t. 52. §. vlt.* LVDOLF. *de Iure Camerali, p. 273. n. 13.* Oportet autem vt Notarii, proceſſus exſequentes, ſe ordinationi munciorum conforment KLOCK *relat. Camer. 82.* Obſeruanda circa inſinuationes refert Nehring in m. N. p. 245 ſeqq. Qui Camerae matriculae inſcribi cupit, aut teſtimonium fidei ac induſtriae, ſui magiſtratus manu et ſigillo munitum, iuncta ſua ſcriptura et ſigneto, tranſmittat, aut Camerae examen ſubeat. *Ord. Cam. Auguſt. §. 17. Ord. Cam. p. 1. t. 52.* BLVMII *Proceſſ. Cam. tit. 65. §. 50. 51.* Exemplum Diplomacis, quod immatriculato datur, vide apud NEHRING. *l. c. p. 355.*

memorabimus. Papam aeque ac alios ſuprema poteſtate gaudentes, Notarios creare, in vulgus notum [a]); atque illud iuris Protonotariis interdum et Comitibus Palatinis concedi, Pauli V. Conſtitutio docet [b]).

§. III. Friderici II. tempore, quae in conſtituendis Notariis adhiberi ſolent, magnam partem obtinuiſſe, ſuadent, quae apud PETRVM DE VINEIS leguntur [c]). Incrementa tamen ſolennitates pedetentim ſumſiſſe, non inficior. Summae poteſtatis ciuilis attributum eſſe [d]) Notariorum creationem, paulo ante notaui. Nam actus, ad quos Notarii adhibentur, rectius curandae iuſtitiae et iuri inſeruiunt; inde iudiciorum quoque commodo ſunt; facultas autem moralis ciuitatem gubernandi et iudicia complectitur.

§. IV. Poteſt id iuris per vicariam quoque exerceri perſonam. Hinc Imperatores [e]), inter Germaniae Rectores primi, Syſtematis lege, ex pactis peculiarem induentis naturam, Comitibus Palatinis poteſtatem, in quibuslibet Germaniae territoriis Notarios conſtituendi, largiuntur. Neque Ordinibus, ob pactorum religionem, exercitium huius iuris in ſuis territoriis abrogare licet, aut impedire [f]). A longis enim temporibus Caeſares Sacri Late-

a) ZIEGLER de iuribus Maieſt. l. 1. c. 26. CHOPPINVS *ad leg. Andeg. pag. 541.*

b) Tom. III. Bull. m. p. 275. Forte Protonotarii ſparta, quam beneficio Pontificis exercet, non tam ſolennem Notar. creationem, quam muneris collationem infert.

c) *Lib. VI. epiſt. 32. Notum facimus Vniverſitati veſtrae, quod T. Taurinenſis fidelis noſter, iuxta ſacrarum Conſtitutionum noſtrarum tenorem examinatus, inuentus fidelis, et de genere fidelium ortus, et ſufficiens ad Notariatus officium exercendum et per noſtram curiam approbatus. Propterque de ipſius prudentia et fidelitate, confici ſtatuimus eum publicum Notarium Taurinenſem.*

d) Nec liberae Imperii ciuitates a tali iure ſunt excludendae. *Inſtrument. Pac. art. 5. §. 29. art. 8. §. 4.* Quidni vi poteſtatis territorialis iure natales legitimos dandi, et Notarios creandi gauderent, qui habent ius belli et pacis, ius foederum etc.

e) Creatio Notariorum per iudicium Aulicum exerceri ſolet. VFFENBACH de Conſilio Aulico c. 1. §. 21.

f) Miror nonneminem de I. L. C. P. in terris principum Imper. ab eo, quod hi obiectum, circa quod poteſtas Comitum Palatinorum verſatur, tollere poſſint, ad prohibitionem, ne ſubditi Comitum Palatinorum opera vtantur, argumentari. Vt nihil iam moneam de veritate antecedentis, conſequens vacillat admodum, certum quidem eſt, ſublato iuris obiecto, exercitium eius nullum eſſe, quis autem inde colligeret, ergo exiſtente obiecto, illi, cui circa obiectum aliquod ius competit, illud adimi poteſt. Iura et priuilegia ab illo, qui ea dedit aut in poenam, aut vi ſupereminentis dominii in vtilitatem Reipublicae, ſub retributo quodam abrogari poſſunt. Alias contra perfectam donationem, ob alterius ius quaeſitum veniri non poteſt. Multa ſaepe fiunt, quae fieri non poſſunt, et inepta eſt concluſio de iure cuius praemiſſae agunt de facto. In Ducatu Magdeburgenſi Notarii non admittuntur, niſi Regiminis teſtimonio, quod munere hoc non ſint indigni, conſtet. MYLII conſtitutionum Magdeburgicarum corp. P. 2. p. 128. Idem in laudo Deputatorum Ordinum Generalium foederati Belgii, quo controuerſiae, inter Friſiae Orient. Comitem Rudolphum Chriſtianum, et Ordines prouinciales exortae, dirimuntur art. 22. *Dat niemand voor taen, buyten de Stadt Embden, in deſe Graeffſchap Notariſchap bedienen ſal, vor dat hy hem aen ſyn Gnade geaddreſſeeret, ende nae examinatie vant Hoffgericht, van denſelven confirmatie ſal bekommen hebben.* Nec illud aliquid ex iniquo trahere arbitror, cum Imperatoris ius non in dubium vocetur, ſed ſaltim ad exemplum Camerae inquiratur, an tales ſint Notarii, quales ex conſtitutionibus et moribus Imperii eſſe debeant; praeſertim, *cum Notarii* (ſunt verba Rulandi de Commiſſ. lib. IV. c. 23. n. 4.) ſaepe

Lateranenſis Palatii Comites dixerunt, eiſque, pro ea, qua pollent reſeruatorum poteſtate, varia per Germaniae prouincias exercendi iura indulſerunt facultatem. Neque Principes, quamuis ſuis territoriis Notarios dare poſſint, ab Imperatore aut eius auctoritate conſtitutis officere poſſunt. Repugnaret enim illud fiduciario iuramento, quo Imperatori et Imperio adſtringuntur. Requirunt autem Doctores, vt Comiti Palatino ius creandi Notarios ſpecialiter ſit collatum: attamen id non eo intelligendum, ac ſi hoc obtineat, etiamſi Comitiua tali verborum tenore ſit munita: *omnibus et ſingulis priuilegiis, gratiis, iuribus, immunitatibus, honoribus, exemtionibus, et libertatibus vti, frui, potiri et gaudere poſſint, et valeant, quibus caeteri Lateranenſis Palatii Comites hactenus vſi, potiti et gauiſi ſunt, ſeu quomodo libet, vtuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, conſuetudine vel de iure.* Sic et Privilegium ad inſtar conceſſum, interpretationem ſuam ex priuilegio ſimplici habet.

§. V. Quanquam Notariorum prouincialium inſtrumenta, in territorio Principis legitime confecta, valorem ſuum ad alias etiam extendant ditiones, tacito quaſi pacto; cum illud communis poſtulet vtilitas [ff]). Inſtrumenta tamen in iis excipere, aut alios Notariatus actus perficere non poſſunt, niſi ab Imperatore, Germaniae et Italiae intuitu, aut eius nomine ſint conſtituti, vel a Domino territoriali recepti, aut mos vel ſtatutum id ferat. Sicut enim poteſtas ipſorum conſtituentium non niſi in ſubditos valet [g]); quidni et Notariorum ius intra illos limites contineretur. Quamuis ſubditi ſaltem ſint temporarii,

ſaepe ne litteras quidem recte conſcribere, aut epiſtolam concipere, vel vix tria Latina verba norunt. confer. quoque *Hiſtor. Friſ. orient. T. II. p. 135.* et ZIEGLER. de iuribus maieſtat. l. 1. c. 16. §. XII. Videtur autem illud non tam ad actus proteſtationis et inſinuationis, quippe qui legum peritiam non requirunt, ſed ad actus momenti cuiuſdam, qui cum iudiciis nexum aliquem habent, referendum eſſe.

ff) *arg. L. fin. C. de teſt. et l. fin. ff. de teſt. milit.*

g) *l. f. ff. de iuriſdict. c. 1. de foro comp. in 6to.* CASTRENSIS p. 2. 1. conſ. 34. Memini, me Inſtrumenta in Gallia et Hiſpania compoſita vidiſſe, ſub quibus Notarii Caeſarei nomen conſpiciebatur: verum illud veteri reuerentiae, qua Imperium colebant, vix datum, iuri receptionis, ac ſi ibi creati eſſent, tribuendum. Magnum cum GAILIO l. 2. c. 71. n. 13. p. 119. eſſe numerum Doctorum ſcio, qui Imperiales et Papales Notarios in territoriis, nullo etiam obſequii ſecularis vinculo Imperatori aut Papae obnoxiis, admittendos eſſe contendunt; verum cum genuina deſtituantur ratione, ipſorum ſententiam ſequi non audeo. Neque enim a prorogatione iuriſdictionis ad Notarios tuto argumentari poſſumus. Nam dogma illud iuris Romani ſpectabat ad iudices, qui ſub vno eodemque erant Imperio; deinde aliud eſt, ſi partes in iudicem in territorio alieno compromittant, aut voluntariae iuriſdictioni capita, quae cauſae cognitionem non requirunt, ad ipſum deferant; et aliud, ſi Notarii alieno eiuſmodi negotio ſe quaſi ingerant; illud enim eſt quaedam territorii violatio. ZIEGLER de Iure Maieſt. l. c. 26. §. XII. In Gallia deciſionem habent, qua conſtitutum, Papam per ſuos Comites Palatinos non poſſe creare Notarios, ibi munus ſuum exercentes. PAPONIVS rer. iudic. l. 4. tit. 14. LOVET. *arreſt. 10. lit. N. p. 528.* CHOPPINVS de moribus Pariſ. 2. p. 284.

porarii, qui opem eius requirunt; illi enim in pleriſque, exceptis oneribus, ex permanente tutela fluentibus, a perpetuis haud multum differunt. Ex aequitate tamen valere videntur in terris illius, a quo Notarius creatus, et cuius, eum adhibentes, perpetui ſunt ſubditi, donec domicilium aliorſum transtulerint.

§. VI. Ex Imperio, vt par eſt, proſcripti, iure Notarios creandi exciderunt [h]). Amittuntur enim banno, vt vocatur, Imperii iura, etiam ſuperioritatis ciuilis. Idem ſtatuendum de illo, qui Maieſtate aut territorii ſummitate ſe abdicauit [i]), aut terras ſuas manifeſto pro derelictis habet. Pendet enim, vt docui, ex facultate morali gubernandi ciuitatem, qua amiſſa, etiam hoc ius amittitur; atque inde apparet, Appanagiatis quoque hanc deeſſe poteſtatem, vtpote qui territoriali plerumque deſtituuntur ſuperioritate [k]).

§. VII. Quid ſi vero putatiuus Notarius ab eo, qui creditur ius creandi Notarios habere, conſtitutus ſit, numine et ille tali defungi poteſt munere? Arbitror, ſi ab omnibus, aut perſpicacioribus duntaxat pro legitimo terrarum moderatore reputetur, ab illo dictos Notarios, merito vt genuinos haberi, propter vtilitatem eorum, qui bona fide eiuſmodi Notariis vſi ſunt [l]); inprimis ſi ſummi Imperii vſurpator aut inuaſor in Imperii ſit poſſeſſione. In re namque controuerſa priuatus ſibi ſumere non debet iudicium, ſed poſſeſſionem ſequi [m]).

§. VIII. Circumſpiciant autem probe, oportet, tale munus collaturi, ne indignis aut ineptis attribuatur. Sunt autem nobis inepti, quibus animi aut corporis dotes, ad hoc officium recte curandum deſunt, aut qui imperfectioris adhuc ſunt aetatis [n]), vt et, qui eruditione, ad aliquem modum, quem ſcilicet officium requirit [o]), non ſunt inſtructi. Caſus enim occurrunt, vbi legum et conſuetudinum, quae ſingulorum locorum attendi debent, notitia opus habent [p]). Et cum non vnum exſtet exemplum, Notarios apta non fuiſſe

h) GROTIVS *de I. B. et P. lib. 1. c. IV. §. X.* *Ord. pac. prof. Wormat. de anno 1495. tit.* die poen aller Friedbrecher. *Capit. Caroli VI. art. 20.*

i) GROT. *l. c. §. IX.*

k) MYLERVS AB EHRENBACH de Statibus Imper. c. 22. §. 3. 4. SPRINGFELD *de Appanagio c. XI. §. 201.*

l) *arg. l. 3. ff. de officio praetorum.*

m) GROTIVS *de I. B. et P. l. 1. c. IV. §. vlt.*

n) Anno potiſſimum decimo ſeptimo aut octauo vis quaedam iudicii ſe exſerere ſolet, et quae neceſſaria ſunt obeundo muneri adeſſe poſſunt. Habeant autem ſibi, qui minorennum opera vtuntur, vnde nulla ipſis reſtitutionis ſpes relicta. PAPONIVS *rer. indicat. appendix* ad libr. IV. tit. XIV. §. 2. Adeſſe tamen in Gallia arreſtum, vt dicitur, quo minores a Notariatus munere ſubmouentur, cum Paponio docet LOVET *dans le recueil d'aucuns notables arrets p. 380.* CHOPPINVS *de moribus Pariſ. l. 2. tit. 7.*

o) Conf. tradita ab Vffenbach. de iudicio aulico c. XI. p. 140 ſeq. et quae nos de Notariorum officio infra dicturi ſumus.

p) Ord. Notar. Col. Maximil. I. de anno 1512. tit. 1. §. 10. tit. V. §. III. Und in einer Summa, ſo ſollen alle Notarien wiſſen und merken, daß ſie recht und gelehrt ſeyn ſollen, auf wenigſt in ſolchen Dingen, die ſolch Notariat-Amt betreffen. In cauſis arduis peritiores conſulant, neceſſum eſt.

ſuiſſe imbutos peritia, tam Imperatoriae quam Papales conſtitutiones examen requirunt q). Indignos vocamus, qui ob mores, non receptae fidei profeſſionem, aut aliam perſonae qualitatem excluduntur. Infamiae macula laborantes, hodie omnino a tali munere repellendi erunt. Quidni enim a prouincia, honeſta tantum et vtilia negotia reſpiciente, arceretur, quem nec opifices in ſuo tolerant collegio. Munus hoc apud nos vile eſſe deſiit r), et in Germania potiſſimum tales non admitti, Placito Imperii edocti ſumus s): opinionem autem ſi quid grauat, diſſimulari ſolet. Sunt qui putant, legitimorum natalium defectu laborantes nec admittendos; verum haec opinio et aequitati et analogiae iuris repugnat. Etenim macula parentibus adhaerens minus recte liberis oneri eſt. Atque ſpurii Decuriones quoque fiebant, *et ideo fieri poterit ex inceſtu quoque natus; non enim impedienda dignitas eius, qui nihil admiſit*. Nemini enim vitio vertendum, quod eius non ſubeſt electioni t). Quod de natis ex inceſto complexu dictum, iure nouellarum aliter ſe habere videtur, alimentorum u) quippe indigni creduntur; ſed hoc ad paternam ſubſtantiam reſtringatur: Neque dicitur, quod a dignitatibus debeant excludi; ius autem correctorium non praeſumitur. Arbitratus enim eſt Iuſtinianus, hoc modo homines a nefariis inceſtis et damnatis nuptiis magis amoueri poſſe, quoniam affectui paterno repugnat, liberis non poſſe praebere alimenta. Interim rigor hic naturali aequitati x) aduerſans, a iure Canonico correctus eſt.

§. IX. Sicut apud nos, iubente Maximiliano, homines proprios, ita apud Romanos ſeruos, a Notarii prouincia depulſos eſſe, verior eſt ſententia. Dictum enim eſt, Tabelliones a Decurionatu haud excluſos fuiſſe: aſt ne quidem libertus, niſi ius aureorum annulorum adeptus, vel natalibus reſtitutus,

q) *Ord. Cam. Aug. de anno 1500. tit. VI. XIV. Conſtit. Vrbani VIII. in Bull. M. tit. IV. p. 182. 184.*

r) Cum Bartolo et Baldo alii quoque iuriſperiti ſtatuunt, Notariorum, vt talium, munus et viles et infames ſuſcipere potuiſſe; ſed falſum eſt, quod penes Romanos omnia munera publica, vilibus et infamibus conferri potuerint. Iubebantur vniuerſi Decuriones a Tabellionum officiis ſe temperare *l. 15. C. de Decurionibus*, non quod indignum eis iudicarent munus; verum ne a publicis inde functionibus abſtraherentur. Tabelliones enim ad Decurionatum vocari potuerunt. CVIACIVS *ad l. 15. C. de Decur.* Porro *in leg. 34. C. eodem* non Tabellionum munus, ſed procuratio alienarum facultatum, infamiſſima vilitas et a dignitate Decurionatus, multis caeteroquin oneribus obnoxia, aliena dicitur. Etenim Decurio nec vectigalium, nec publicorum aut priuatorum praediorum procurator vel conductor eſſe potuit *l. 30. C. de locat. conducto. l. 6. §. 2. ff. de Decurionibus.* Denique Notariorum officio dignitatem aliquam adiunctam eſſe, minus apud nos habet dubii. BACHOV ad Treutlerum vol. 1. diſp. 8. theſ. 8. lit. D.

s) Ord. Notar. circa init. et §. 2.

t) *L. 6. ff. de Decurionibus.*

u) *Nov. 89. auth. ex complexu C. de inceſtis nuptiis.*

x) *L. 4. ff. de agnoſc. et alend. liberis, l. 2. C. de infant. expoſ. l. 15. ff. ad L. Corn. de ſicariis.*

tutus, curiae participare potuit y). Nam libertorum ſeruilia plerumque manebant ingenia z). Enim vero ſtatutum erat, ne ius aureorum annulorum, beneficio Principali, niſi ſpectatae fidei et virtutis libertis conſerreretur, qui deinde vt ingenui habebantur a). Aſſerto noſtro obſtare videtur, quod in Pandectis Tabularii ſeruorum publicorum nomine veniant b). Sed, vt nihil dicam de conſtitutione Arcadii et Honorii c), in qua exprimitur: *liberos homines ordinandos ciuitatum tabularios, neque vlli deinceps ad hoc officium pateſcere debere aditum, qui ſit obnoxius ſeruituti*, apud Romanos obtinebat, vt ſerui variis adhiberentur negotiis d). Vnde illi, qui aptandis et cuſtodiendis domeſticis chartis deſtinabantur, puerosque calculandi et computandi artem docebant, abuſiue Tabularii dicebantur, eodem fere modo, ac noſtra aetate quiuis ſcribae domeſtici, Secretarii elogio demulceri cupiunt. Erant et ſerui publico aere redemti, qui non tam publici contractuum ſcriptores quam litterarum geruli et genuinorum Tabellionum, qui publica accipiebant ſtipendia, amanuenſes erant. Romani et in ipſa feliciſſima ciuitate, et in prouinciis Tabularios habebant e), ſaepe autem Tabellionum copia non in omnibus locis dabatur; hinc contigiſſe potuit, vt eorum loco ſerui publici ſint adhibiti, quod tamen per conſtitutionem Arcadii et Honorii, vt dixi, penitus eſt prohibitum. Quodſi vero a ſeruo vel homine proprio, ab omnibus pro libero et Notario habito, inſtrumenta confecta ſint, ea ob publicam vtilitatem non collabaſcere puto f).

§. X. Cum ſupra oſtenſum, Notariorum munus minime rebus abiectis accenſendum eſſe, nec Nobilium, Doctorum aut clericalem dignitatem ab eo abhorrere exiſtimo: niſi dicas Clericos inde ab animarum cura auerti, quod locum dediſſe reor IurisCanonici ſententiae, qua decretum g), *vt Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis Tabellionatus officium per beneficiorum ſubtractionem, appella-*

y) *L. 1. C. ſi ſeruus aut libertus.*

z) *Tacitus lib. 2. Annal. c. 13.*

a) *L. 5. ff. de iure aureor. annulor. Quod ius non ordo Decurionum, ſed Princeps praeſtat. l. 1. C. de iure aureor. annulor. l. 3. C. de ſeruis reipubl. cauſa manumitt.* Videtur tamen reſtitutio natalium plus tribuiſſe, quam vſus aureorum annulorum. *l. 2. C. de iur. aur. annul.* Mutatum illud ſubinde ita, *vt poſtmodum, ipſa manumiſſione, aureorum annulorum et regenerationis ius conſequerentur liberti. N. 78. c. 1. 2.*

b) *l. pen. ff. de acquir. rer. domin. L. 2. ff. rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore. In l. 3. C. de ſeruis Reipublicae cauſa manumittendis* liberti, tabulariam adminiſtrantis, mentio iniicitur. PIGNORIVS de ſeruis p. 29.

c) leg. 3. C. de Tabulariis.

d) *l. 15. §. ff. de vſufructu.*

e) Nov. 44. c. 1.

f) Arg. l. 3. ff. de officio Praetoris. Nam non omnia, quae legibus repugnant, irrita fiunt legibus. GROTIVS *de I. B. et P. l. 2. c. 5. §. 10.* FREHERVS *de fama l. 2. c. 8. n. 13.*

g) *c. 8. X. ne Canonici vel Clerici.* Gloſſae autor exiſtimat, Sacrorum ordinum Clericos, ne quidem in cauſa eccleſiaſtica coram eccleſiaſtico Magiſtratu Tabelliones eſſe poſſe, cum ſeculare munus ſit, cui Clerici ſe plane immiſcere non poſſunt. GONZALEZ *ad cap. cit.*

pellatione poſtpoſita, interdicatur. Quod ad Nobiles attinet, negare non poſſum, multos eſſe, qui eorum intuitu Notariorum officium vile eſſe, volunt [h]) ducto potiſſimum argumento a mercatura [i]), ſed perſpicacioribus ICtorum viſum, ab Honorio et Theodoſio Nobiles non ab omni plane mercimonio, ſed ſordido tantum, et pernicioſo vrbibus, i. e. monopoliis excludi. Aſt quis eo audaciae procederet, vt Tabellionum munus ſordidae mercaturae compararet. Quapropter haud dubie Doctores, aliique honorum luce conſpicui Notariatum ſine dedecore recipiunt, cum vt tales inſtrumenta conficere nequeant. Neque enim honor ſuperueniens mutat conditionem priorem, quamuis augeat ſtatum. In ordinatione Maximiliani Notariorum claſſem Doctores, Senatores, Monachi et Clerici occupant; eſt tamen quaedam illorum prae caeteris praerogatiua [k]).

§. XI. Vt autem Notariorum muneri nec externa deeſſet ſpecies, placuit antiquitati, creationem eorum certis inuoluere ſolemnitatibus ac ceremoniis. Notarius, abſoluto examine, poſtquam, fidem ſuam iureiurando firmauit, per calamum ſiue pennam inueſtitur [l]), mit Ueberantwortung ſeines gebührenden Werkzeuges, als Feder, Papier, Dinten und Schreibzeuges. Addebatur digito aureus annulus, et capiti Biretum ſimplex, libertatis fidelitatiſque indicia. Conceditur denique ipſis ſingulare ſignum, noſtro idiomate, Notariat-Signet und Zeichen, cui electo aut dato ſententia vel prooemia, vt ſymbolum, adiici ſolet, cachinnis nonnunquam occaſionem praebens. Hoc vtatur, nec alio, niſi iudice permittente [m]), ne ex mutatione leuitatis aut falſi argumentum ducatur: requirunt nonnulli, vt ſit manuductum. Quodſi vero ſignum Notariatus abfuerit, ſub alia lege ſignationis annulum adhibere non poſſunt, niſi addatur, in Mangel meines Notariat-Zeichens, mit meinem gewöhnlichen Petſchaft bekräftiget.

§. XII. Varia ſunt Notariorum negotia, quae in iudicialia et extraiudicialia diſpeſci poſſunt. Curant enim actus vel iudiciales, et quidem proprie tales, idque vt perſonae principales, aut minus principales, ſiue eos, qui certo duntaxat modo ad iudiciales referuntur; vel extraiudiciales. Singulorum, quotquot iam ſe nobis offerunt, iniicienda erit mentio.

h) CHASS. Conſil. 64. GVIDO PAPAE *deciſ. 90.* A quibus tamen diſcedit COVARVV. *pract. quaeſt. c. 19.* Tabellionatus officium Bononienſes et Lucenſes Nobiles non dedignari, BARZ deciſ. 50. n. 12. teſtatur.

i) l. 3. C. de commerciis et mercatoribus.

k) tit. 1. §. 5. cogi non poſſunt, vt inſtrumenta conficiant.

l) Beſold. in Theſ. pract. vocab. Notarius. Quae hic ſunt Comitis Palatini partes, traditur ab VFFENBACH de I. A. cap. XI; attamen ritus ab eo annotati non vbique omnes obſeruantur.

m) *Ord. Notar. tit. 1. §. 16.* CHASSIANAEVS *ad conſuet. Burgund. p. 386.*

§. XIII. Chartularios [n]) hoſce iudices nullas in iuriſdictione, quam contentioſam vocant, habere partes, ferunt; cum illud nec ex Romanorum legibus, nec ex Maximiliani ſanctione deduci poſſit. Neque Imperator cum Ordinibus ad exercenda territorialia iudicia concurrit; atque ſic ipſi haudquaquam facultas competit, per creationem Notariorum Germaniae prouinciis iudices dandi. Quae voluntariae iuriſdictionis dicuntur, tales praeſertim continent actus, qui non cauſae cognitionem, ſed, ad maiorem ſolennitatem roburque, perſonae publicae tantum requirunt praeſentiam. Penes Romanos vſu receptum erat, vt legis actiones Magiſtratuum inniterentur auſpiciis. Hinc id genus negotia, vbi cauſae cognitione non eſt opus, coram Notariis, vt perſonis publicis fieri poſſe, nullus dubito, niſi moribus aut legibus aliud obtineat. Etenim nullum inde iuriſdictioni territoriali exoritur praeiudicium, quoniam huiuſmodi actus talis ſunt naturae, vt coram quocunque, etiam incompetente iudice, celebrari poſſint [o]). Sed contentioſae iuriſdictionis quid noſtros habere Notarios, forte arbitreris, quia teſtium examen illis permittitur, quod etiam in inuitos exercetur: verum prout in inuitos exercetur, illis non competit, niſi quatenus vicario iudicis vtuntur iure. Saepe quoque Commiſſariis aut iudicibus, teſtes examinaturis Notarius adiungitur [p]), qui ex nonnullarum prouinciarum legibus immatriculatus eſſe debet, et tunc, prout cauſae et circumſtantiae ferunt, iuramentum adiunctionis exigitur.

§. XIV. In Notarium, vt ab eo teſtes cum effectu probandi examinentur, compromitti poſſe, per ea, quae in iure de arbitris compromiſſariis ſancita ſunt, edocemur. Aſt, vna parte repugnante, illud fieri non poſſe, nec aliquid operari teſtium depoſitioni iuramentum praemiſſum, communior eſt Doctorum traditio [q]). Iudicis enim eſt, examinare teſtes et recipere iura-

n) In eorum partes concedere non poſſum, qui volunt, hoc nomen propterea Notariis inditum, quod olim, indulgentibus Imperatoribus, omnis generis lites, partium voluntate, dirimendi ius habuerunt: verum opinor, nomen potiſſimum inde exortum, quod litterarum ductibus et compendiis diiudicandis adhiberentur.

o) l. 36. ff. de adopt. l. 19. C. de teſt. l. 27. C. de donat. LAVTERB. Diſſ. de volunt. Iuriſd. §. 22. MEV. ad ius Lub. p. 2. tit. 1. art. 2. n. 104.

p) RVLAND *de Commiſſariis part. I. lib. IV. c. XIV. n. 44. p. 2. l. 2. c. 3.* Quodſi Commiſſariis teſtes examinantibus iungantur Notarii, et conſcribendis rotulis adhibendi ſunt. Dolendum ſane, quae in vltimo Imperii Receſſu de conficiendo rotulo proponuntur, a permultis ignorari, aut negligi. Praeſtat Notario cum perſona fide digna, quam huic ſoli teſtium examen committere. Vt de aliis nihil moneam rationibus, Commiſſario, qui adiunctum habuit, magis creditur in iis, quae de teſtis depoſitione notavit, quam teſti neganti, ita ſe dixiſſe. FABER *in C. l. 4. tit. 15. def. 53.* Denique notandum, SCACCIAM *l. 2. de iudiciis cauſ. ciuil. c. 9. 659.* cum aliis docere, Notarium, ad examinandos teſtes deputatum, alium non poſſe ſubſtituere. Videtur enim *hoc caſu electa perſonae induſtria.*

q) BRINCKMANN *de Notariis c. IV. quaeſt. 19.* MEV. *reſp. 5. comm. ad I. L. addit. Merckelbach apud Klock vol. 3. conſil. 187. n. 118.* CARPZOV. *l. 3. Reſponſ. 81. n. 3.* In Ordin. Proc. Magdeb. c. 17. conſtitutum, Notarios, ſub poena irriti, teſtes examinare non poſſe, additque Merckelbach apud Klock vol. 2. conſ. 27. p. 250.

iuramenta. Alia dicitur ratio Inſtrumentorum, in quorum confectionem vterque conſentit, alia vero effatorum teſtium, vbi partis illius, quae eos non producit, diſſenſus publica iudicis fide et auctoritate eſt reſarciendus. Quinimmo minorem adhuc habere fidem inſtrumenta Notariorum, teſtium depoſitionem in criminalibus complectentia, apparet, cum cauſae ex delictis ſaepe ſint arduae. Fateor quidem, ex textibus tam ciuilis, quam Canonici iuris [r]), qui pro contraria afferuntur ſententia, non aeque valida peti argumenta: verum ſemper manet dubium, quare inſtrumentum Notarii, ſuper depoſitione teſtium confectum, non eandem cum illo habeat vim, quod negotium maioris ſaepe momenti reſpicit. Nec deſunt, qui opinantur, teſtium rotulos a Notariis conſcriptos, a monumentis publicis non procul abeſſe. Quod autem traditur, communiter eſſe receptum, teſtes a Notariis examinari non poſſe, exceptionem pati ſolet in defenſione inquiſiti, et cauſis momentaneae poſſeſſionis, quibus adde caſum neceſſitatis [s]). Neque puto, et aliis Notariorum rotulis plane detrahi fidem, ſed illos alia momenta adiuuare, vt eo facilius quis ad ſuppletorium, aut purgatorium admittatur.

§. XV. Contentioſae iuriſdictionis ſpeciem ſiue vmbram referre videtur, quod retorſio per Inſtrumentum a Notario, adhibitis teſtibus, legitime in litteras redactum, fieri poſſit. Non eo inficias, conducere reipublicae et ordini iudiciorum, vt retorquendi licentia abrogetur, cum non multum ex aequitate et iuſtitia trahat. Vnde RVLANDVM [t]) inductum exiſtimo, qui negaverit, retorſionis inſtrumentum a Notario, ad talem actum, oblato retorſionis libello, requiſito concipi atque inſinuari poſſe.

§. XVI. Minus dubii habet, ſubiungendos voluntariae iuriſdictionis quid redolentes, aut ad eam accedentes actus a Notariis expediri poſſe. Vbi obſeruandum, nihil Notarios moliri poſſe, niſi quod expreſſe aut tacite ipſis a legibus aut moribus datum: tales enim conceſſiones ſtrictioris plerumque ſunt interpretationis. Coram Notario Supplicatio et Appellatio interponi poteſt. Iure communi coram Notario interponendae appellationi, niſi iudicis copia haberi poſſit, non eſſe locum, conſtat [u]). Iure vero Saxonico

p. 250. ex Burſato: ſubditum, qui Notarii forenſis examini ſe permittit, ſtatum et iuriſdictionem Principis turbare. Curent igitur examinandi, ſibi mandatum iudicis monſtrari.

r) Ludouici Diſſ. de Notario teſtes examinante.

s) Ord. Proc. Magd. c. 17. §. 2. Quod in emendatione huius capitis apud Mylium p. 128. ſub graui tamen Notarii falſum committentis poena, eſt confirmatum.

t) de Commiſſ. p. 2. l. 5. c. 7. n. 4.

u) *c. 27. X. de appellation.* vbi traditur: *ſi iudicis copia haberi non poſſit, in praeſentia bonorum virorum, proteſtatione ſuper hoc propoſita* etc.

nico [x]) et Germaniae moribus, appellationis beneficio coram Notario vti poſſumus, etſi iudex adiri quiſſet [y]). An autem teſtes ſint adhibendi, iure praeſertim Saxonico, non extra dubitationis aleam poſitum eſt: verum aduocandos, eſſe, iuri et Germaniae praxi conuenientius eſt; atque particula excluſiua, quae eſt in lege Electorali, commode ad iudicem referri poteſt [z]). Quae de appellatione tradita ſunt, etiam ad Leuterationem ſpectant, quoniam inter hanc et illam non aeque magna intercedit differentia, et in effectu nihil aliud eſt, quam appellatio quaedam [a]).

§. XVII. Quid circa appellationum inſtrumenta obſeruari debeat, monet Imperator Maximilianus [b]). Oritur hic quaeſtio, an appellatio, coram Notario et teſtibus interpoſita, iudici a quo inſinuanda ſit. Sed hoc non requiritur [c]): tenetur autem Notarius Inſtrumento, quod apoſtolorum teſtimonialium loco eſt, inſerere, coram ſe appellationem eſſe interpoſitam; et vt ex eo pateſcat, in ſcriptis fuiſſe factam, ſchedula appellationis eſt ſubiicienda [d]). Conſultius interim habetur, appellationem ad iudicis ferre notitiam, quo ab attentatis reuocetur, et exſecutio ſententiae prioris ſiſtatur [e]). Sunt Germaniae territoria, in quibus appellationibus coram Notariis valor eſt abrogatus: ſed neſcio, an contra pacta vniuerſalia, ab vno aut altero foederis ſocio aliter diſponi queat. Deinde placuit, vt ea, quae Camerali ordinatione circa Proceſſualia praeſcripta ſunt, quantum fieri poteſt, in territorialibus patriae tribunalibus admittantur.

§. XVIII. Cum actus eiuſmodi aliquid ex iuriſdictione trahant, merito Notarius, alterius litigantium cauſae patrocinari, aut procuratorio praeſto eſſe auxilio, abſtineat. Nemo enim duplici munere, ſibi inuicem contrario, fungi poteſt [f]). Enimuero ſi illius, cuius rogatu Inſtrumentum excepit, partes tueretur, fides inſtrumenti, ac ſi non omne partis, cui addictus eſt, ſtudium ſepoſuiſſet, aliquo modo vacillaret; et ſi aduerſae partis cauſam deinde

x) vid. tamen nouiſſima conſtitutio in der Churfürſtl. Sächſ. Landes-Erledigunge, Tit. von Juſtitien-Sachen. Et aliae ſunt Germaniae terrae, vbi appellationes coram Notario non ſunt interponendae, niſi iudicis copia haberi nequeat. BRVNN. *proc. ciuil.* c. 28. n. 53. *Ordin. proc. Magd.* c. 43. §. 1.

y) *Ord. Camer. p. 2. t. 29. §. 5. Conſtit. Elect. Sax.* 20. BEVST *ad rubr. ff. de iureiur.* CARPZ. *Proc. tit. XVIII. art. 3. n. 3.*

z) MOLLER *ad conſt. 20. p. 1. 71. 72.* CARPZ. ad eandem *def.* 2.

a) RAVCHBAHR p. 1. q. 12. n. 17. ZOBEL. p. 1. diff. 40. n. 5. CARPZ. *l. c. def. 3.* MOLLER l. c. n. 17. Nec minus in ſimplici querela Notariorum eſſe vſum, reor. vid. prax. Imperii Aulic. 45. RODING. l. 1. tit. 19. P. C.

b) *Ordinat. Notar. tit. V.* conf. STRYCK. *Introduct. ad prax. for. c. XXIII. §. X.* Formulam Inſtrum. appell. affert NEHRING *in manuali Not. lib. 3. p. 440.*

c) MYNSING. *Cent. 4. obſerv. 45.*

d) MOLLER *p. 1. conſt. 20. n. 13.*

e) *Idem, P. 1. c. 20. n. 11.* MEVIVS *P. 1. dec. 591. §. 4. dec. 326.*

f) FRANZ. *lib. 2. reſolut. 13. n. 5.* SCHWENDEND. ad FIBIGIVM p. 1. q. c. 2. n. 3. *Ord. Proc. Magdeb. c. 17. §. 2.*

deinde procuraret, praeuaricationis aliquid afferre videretur. Vnde regulam formant: In qua cauſa quis eſt Notarius, in ea non poteſt eſſe Aduocatus. Eadem ratio eſt, quare Notarii in cauſa, in qua inſtrumentum confecere, inidonei reputentur teſtes, nec de negotiis a ſe geſtis teſtimonium dicere, cogi queant [g]).

§. XIX. Neque quis in negotio, in quo Notarii munus exercuit, Scribae iudicialis partes commode ſuſcipit [h]). Suſpicionis enim ſemper aliquid haeret, quin ſtudio partis, a qua eſt adhibitus, in transuerſum abripiatur. Caeterum non improbo morem, qui tam in ciuilibus [i]), quam criminalibus iudiciis Notarios, conſcribendis Magiſtratuum libris, qui Protocolla dicuntur, praefici vult. Nam ſi Notarii tales ſunt, quales eſſe debent, maior ſane eorum annotatis tribuenda fides, quam illorum, qui inepti ſaepe, Magiſtratuum codicillis admouentur. Alia adhuc ſunt, vbi in criminalibus Notariorum opera vſui eſſe poteſt, nimirum iudici et Scabinis in delicta inquirentibus non raro Notarius additur. Quaeſtio hic in tranſitu quaſi ſeſe offert, an delicta per Notariorum inſtrumenta probari poſſint? Nec puto, omnem vim probandi, ob fidem publicam, qua alias talia inſtrumenta gaudere ſolent, ipſis demi poſſe. Denique alibi adhuc in cauſis criminalibus adhibentur; videlicet in quaeſtionem acti, poſt tertiam torturam, reiteratae confeſſioni cum teſtibus adeſſe ſolent [k]).

§. XX. Attexere iuuat, Camerae, et, quae ad eius imitationem in Germania ſtabilita ſunt, ſummorum Tribunalium eſſe Protonotarios. Hi vota iudicantium excipiunt, et ſecundum maiorem illorum numerum ſententias conſignant, conſignatas praelegunt, et illi, qui referentis partes ſuſtinuit, ad ſubſcribendum offerunt. Alia denique hiſce incumbunt, quae in ordinationibus ſummorum Tribunalium recenſentur [l]). Sunt illis in Camera, vt monui, Notarii quidam ſubordinati, qui eis ſuccedere ſolent.

§. XXI.

g) BRVNN. *ad l. f. ff. de teſtibus.* CARPZ. *p. 1. c. 16. d. 62. arg. c. 11. X. de probat.* BOERIVS dec. 258. n. 3. MEV. p. 4. deciſ. 391.

h) Zittauiae Scribae Ciuitatenſes, inferiores tantum, vt puto, Notarii dicuntur. Edocet me hoc CARPZ. in *Analectis Faſtorum Zittauienſium p. 303.* ſed neſcio, vtrum ſint Notarii creati. Saxoniae Elector, *in Ord. Proc. tit. 2.* Notarium requirit. Vid. quoque *Ordin. proc. Goth.* p. 4. c. 12. ſed, vt ex reſolut. grav. de anno 1661. apparet, non praeciſe a Palatino Comite creatum. In crim. cauſis actuarius aut publicus ſit Notarius, aut talis ei adiungatur. LVDOVICI *Diſſ. de Notario teſt. exam.* §. 27.

i) CARPZ. *Pr. crimin. p. 3. quaeſt. 113.* MAVRITIVS *conſ. chilon. 2. n. 22.* In Marchia Brandenburgica obtinet, vt, Fiſcale Regio contra Magiſtratum alicuius loci inquirente, Scabinorum locum Notarius occupet. *Ord. crim. March. c. 1. §. 12.*

k) STRVV. *iuriſpr. R. G. p. 668.*

l) *Ord. Camer.* p. 1. §. 28. 29. Summi Appellationum iudicii, quod Cellae eſt, ord. tit. 3.

§. XXI. Porro ad actus, iudicialis quid referentes, aut eius analogiam habentes, ſpectat poſſeſſionis traditio vel apprehenſio, quae coram Notario et teſtibus fieri poteſt. Teſtes, ſicut in aliis negotiis, ita et hic, neceſſarii. Quanquam enim, ex Doctorum quorundam opinione, Notario magis credatur, quam teſtibus; immo duobus, interdum tribus eorum aequiparentur [m]); attamen, vt ſileam, tradita illa non abſque ratione multis diſplicere, ſcripturae Notarii ſine teſtibus, vt eo magis de veritate perſuaſi eſſe queamus, non habetur fides [n]). Eſſet enim, ac ſi in propria cauſa teſtis eſſe vellet.

§. XXII. Nec in publicos Notarios, tale quid ſuſcipientes animaduerti poteſt. Eſſet enim refragari Caeſaris voluntati. Solent autem in apprehenſione et reſignatione poſſeſſionis, etiam analogicae, more Maiorum, certa obſeruari ſymbola [o]).

§. XXIII. Sunt adhuc permulti alii ſimilis fere tenoris actus, quibus expediendis Notarii intereſſe ſolent. Tales ſunt: fines regundi, taxationes et inſpectiones oculares, noui operis nunciatio, pignoris publici conſtitutio [p]), diſtractio pignoris, obſignatio, teſtamenti publicatio, inuentarii confectio [q]). Neſcio, an ad actus, iudicialis quid referentes ſpectet, quod, ſecundum nonnullorum opinionem [r]), matrimonium inituri mutuam coram Notario fidem declarare poſſint. Quae circa hos et alios actus Notarium noſſe conducit, altera Diſſertatio *de Notariorum cautionibus*, quas cautelas dicunt, diuina fauente gratia breui habenda, exponet.

§. XXIV.

m) Conf. MOLLER P. I. conſt. 20. n. 2. p. 3. c. 5. n. 10.

n) *Nov. 44. in praefat. et n. 73. c. Sed et ſi Inſtrumenta.* STEPHANI de *iuriſd. l. 2. p. 2. c. 5. n. 34.* In Gallia duobus Notariis extraiudicialiter rogatis, abſque teſtibus fidem haberi, TIRAQVELLVS de retr. gentilit. teſtatur.

o) Vid. Inſtrumenta apud LVNIG. *P. 2. Spicil. Eccleſ. p. 407. 410. 425. etc.* Formulam Inſtr. apprehenſae poſſeſſ. affert NEHRING. *l. 3. p. 471.*

p) *l. 5. C. qui potiores in pignore.*

q) STRYCK. *V. M. ff. lib. 28. tit. 8. §. 5.* MEV. P. 2. Deciſ. 356. LAVTERB. *Diſſert. de Inuentario haereditatis §. 10.* vbi probabilem aſſerit opinionem, vnum ſufficere Notarium, licet Imperator Tabulariorum mentionem faciat. Inuentarium, accepta mercede, heredibus eiſque, qui ſpeciale docere poſſunt intereſſe, eſt extradendum, ſi petentium ius ad hereditatem liquidum ſit. MEVIVS *p. 2. deciſ. 254. p. 8. d. 404.* Docent, ſi Notarius ſcripturas a ſe confectas omnibus occultet, falſi ſuſpicionem incurrere; aliquibus tantum notitiam earum ſubtrahentem, ad intereſſe in loco, vbi officium exercuit, conveniri poſſe, aeque ac, ſi in curando munere negligens fuerit, niſi de re aliunde conſtet. CASTRENSIS *Conſil. 60.* MAGONIVS *deciſ. Lucc. 65. n. 5.* Quodſi autem Inuentario vis probandi aduerſus debitores competere debeat, requiritur (1) vt debitor ad videndum fieri Inventarium fuerit citatus, (2) tenor obligationis inuentario ſit inſertus. vid. latius haec proſequentem TEXTOR *Deciſ. palat. 53.* Vtile quoque eſt, Curatori bonorum Notarium iungere, qui repertorium conſcribat. MEV. *ad t. L. I. 3. tit. 1. art. 10.* Denique notandum, in quibusdam locis tam publicationes teſtamentorum ſolennes, quam obſignationes et inuentaria praeciſe competentis iudicis auctoritate fieri.

r) RICHTER *P. 3. deciſ. 113. n. 10.*

§. XXIV. Iam ſequuntur actus [s]) regulariter ex qualitate iudiciali nihil aut parum habentes; inter quos ſunt mandatorum et ſyndicatuum compoſitio [t]), proteſtationes, inprimis contra acceptationem cambii, quae coram Notario et teſtibus fiat [u]), donatio Geradae quingentos ſolidos Vngaricos non excedens [x]), vltimarum voluntatum conſignatio, vbi, an teſtium numero eſſet, quaerebat Domitius Labeo, ſed male obinde a Celſo [y]) multatus eſt, quem inciuiliter egiſſe arbitrantur. Ad ſuſtinendam eo melius teſtamenti nuncupatiui fidem, inſtrumenta componunt. Ita et circa teſtamentorum inſinuationem, Principi aut iudici faciendam, vtilis eſſe poteſt Notariorum opera; quanquam de inſinuatione dicta communi repugnent opinioni, et praxi forenſi. Porro huc pertinent [z]) elaborationes contractuum, vbi eorum, qui ſcribere ignorant, nomina addunt, conficiuntque ſuper licitis [a]) inſtrumenta, eorumque exempla ſuo: *vidimus* corroborant, regulariter tamen non in illum effectum, vt ſine originalibus probent [b]). Hiſce reſignationes et renunciationes, vbi Notarii de certioratione, vt vocant, mature cogitent, accedunt. Nullus tamen dubito, quin mulier SCt. Vellei. (5) valedicens certior fieri poſſit ab alio. Nam ſufficit, renunciantes de beneficiis ſuis edoceri, quod ſola iuramenti vis ſupplere non poteſt. Iuramentum enim non eſt explicatio, ſed vinculum animorum. Quid, ſi dixerit [c]) Notarius, mulierem a ſe de vi SCt. Vellei. eſſe admonitam, in mulierem contrarium aſſerentem probationem transfert.

s) Non nego, interdum aliquot eorum talem habere ſuppoſitionem, vt et ad iudiciales referantur.

t) *Ord. Cancel. Calenb. tit. IV.* Ex iudiciorum obſeruantia, mandatum ſigillum pariter et ſubſcriptionem requirit, ſyndicatus autem non niſi publicum Vniuerſitatis ſigillum, ſi quod extet. CARPZ. *Proc. tit. V. art. 4.* LAVTERB. *diſſert. de Syndicis §. 76.* Quid ad authenticationem et authoriſationem Mandati conſtituti requiratur, vid. ap. BOER. *deciſ. 281. n. 3.* MEV. *P. 2. Deciſ. 155.*

u) VFFENBACH. *Diſſ. de proteſtat. in cambiis c. 7.*

x) *Conſt. 14. p. 2. Conſtit. Elect. nouiſſ. 22.* Curatorem requirit.

y) Videtur Domitius Labeo excuſari poſſe, atque inde non ſatis meretur, vt quaeſtio ſtulta Domitiana dicatur. Conf. SCHILTER de ratione reſoluendi textus iuris p. 8. VFFENBACH *de iudicio Aulico. c. XI. p. 142.*

z) Oportet autem, vt Notarius in praeſentia partium et teſtium ſcribat contractus, antequam recipiat, deinde vero alta voce praelegat, ſeduli que ſint illi, quorum intereſt, ne aliquid omittatur. Omiſſum enim a Notario ſuppleri non poteſt, per praeſumtam lucidiorem mentis explicationem. ANTONIVS FABER *in Cod. Sabaud. l. 8. tit. 27. def. 31. n. 7. Ordin. Notar. tit. 1. §. 23.* Sic et error emendari nequit; vide tamen limitationes apud FARINACIVM *p. 6. opp. criminal. quaeſt. 156.*

a) Ab hoc munere plerumque ſe excuſare nequeunt, niſi ſint Doctores, Senatores, Monachi aut Clerici. Immo ad officium requirenti praeſtandum mandatis poenalibus adiguntur, licet opem aduerſus Magiſtratum praebere debeant. MEVIVS *p. 2. deciſ. 5.* GAIL. I. *obſ. 166.* SCHILTER *exercit. ad ff. 7. §. 35.*

b) MARTINI *Comment. forenſ. tit. 24. §. 2. n. 10 ſeqq.*

c) Si inſtrumentum dicit, mulierem eſſe certioratam, pro eo praeſumendum videtur. Nam maxima Notario tribui ſolet fides. GRAT. *t. 3. diſcept. for. c. 550. n. 18.* Interim haec opinio ſatis dubii habet, ANTONINI THESAVRI *Floren-*

§. XXV. Antequam ad inſtrumenta Notariorum publica deueniam, quaedam de Protocollo adiungenda erunt, quoniam huic, quicquid habent fidei, debent. Itaque in dubio, vbi contendunt, maior pro Protocollo, quam pro Inſtrumento ſiue authentico parti tradito, eſt fidei praeſumtio d). Cuiuſque enim rei origo eſt ſpectanda, a qua, tanquam a fonte, reliqua omnia profluunt. Inde colligunt, etiam abbreuiaturae, tanquam matrici, plus deberi fidei, quam protocollo extenſo e). Non erimus iam admodum ſolliciti de differentia, quae eſt inter Protocollum extenſum et caeteratum, quo vtroque Notarius vti ſolet f); ſed memorabimus tantum, nos per Protocollum intelligere, breuem rei geſtae annotationem, memoriae cauſa factam, vt exinde poſtea deſumantur Inſtrumenta g). Vt autem rite et decenter omnia fiant, oportet Notarium eſſe rogatum h), rogationiſque ab iis, a quorum voluntate negotium dependet, faciendae, in inſtrumento mentio iniiciatur, quod factum eſſe, in dubio non praeſumitur i). Eſt autem Notarius de iis, quae ſenſu, non autem, quae iudicio intellectus percipiuntur, rogandus k). In talibus autem caſibus, vt Magiſtratus auctoritas accedat, plerumque non requiritur l). Antequam ad conficiendum Protocollum procedat, probe intentionem partium inueſtiget m) et ſi quid a legibus aut moribus abhorrens intendant, vt ab eo deſiſtant, adhortetur.

§. XXVI. Poſtea imbreuiaturae ipſi manum admoueat n), et negotium, pro deſiderio partium o), deſcribat, illarum, vt et teſtium nomina, vna cum

Florentin. deciſ. XXII. n. 7. 8. vbi de quaeſt. ſi in caeterato ſcriptum reperiatur: *quae mulier informata* etc. *renuntiauit* etc. an de certior. aut renuntiatione Velleiani intelligatur, agit.

d) MARTINI *tit. 20. rubr.* SVRDVS *conſil. 141. n. 8.*

e) MASCARDVS *de probat. Concluſ. 250. n. 5. 6.* MENOCHIVS *lib. 2. de arbitr. iud. quaeſt. c. 157.*

f) BRINCKMANNI *Diſſert. de Notariis, poſit. 28.* Continet autem caeteratum, ſiue elegantius adhuc, baſtardellus, broliardellus, imbreuiatura, vt matrix Inſtrumentorum, ſummatim et abbreuiate, quae deinde ſub certa forma in alio extenduntur. DECIVS *Conſ. 447.* COVARVV. *pract. quaeſt. c. 19. n. 6. IV.* Imbreviaturae plenam adſcribunt fidem, ſi authenticum partibus traditum, aut in extenſo, quoad omnes publici inſtrumenti ſolennitates, deſcriptum exſtet; ſemiplenam vero, ſi ſola adſit, etiamſi ſubſcriptio aut ſignum deficiat.

g) LAVTERB. *ad tit. ff. de fide Inſtrument.*

h) De quaeſtione, an duo Notarii rogati credantur eſſe rogati in ſolidum, conſule THESAVR. *Deciſ. 145. Ord. Notar. tit. 1. §. 5.*

i) FRANTZK. *l. 2. reſ. 17. n. 17.*

k) RICHTER *p. 1. deciſ. 32.* PHILIPP. *ad deciſ. Elect. 20.* Quid circa iudicium ſenſuum Notario, quid teſtibus, incumbat, vide *in Ord. Notar. tit. 1. §. 6.* Nocturno tempore, ne ſenſuum iudicium fallatur, Inſtrumenta confici nequeunt, niſi periculum ſit in mora, vbi tria ad minimum lumina accendenda eſſe perhibent.

l) SCACCIAS *de iudiciis cauſ. ciuil. et crimin. l. 2. c. 11.*

m) BRINCKMANN *quaeſt. 37.*

n) Licet enim Notario concedatur, Inſtrumenti, quod abſoluit, ingroſſationem, alii committere; attamen in Protocollo conficiendo eiuſque extenſione, alium ſibi regulariter ſubſtituere non poteſt. *Ordin. Notarior. tit. 1. §. 8. 9.* NATTA *Conſil. 224. vol. 1.*

o) Tametſi partes in omnia, quae circa negotium perficiendum legibus, moribus, et naturae

cum tempore et loco addat, et denique ſubſcribat et ſigillo ſuo muniat. Teſtium et contrahentium ſubſcriptionem quamplurimi DD. non requirunt. Haec deinde, integris litteris et formulis latius extenſa, Protocollo extenſo nomen dant p). Ex hoc deinde Notarius originale transſumit, illudque partibus tradit.

§. XXVII. Ad publicum Notarii q) Inſtrumentum r) requiritur, vt 1) inuocetur nomen s) diuinum, 2) adiiciatur annus Chriſti t) et indictio u),

turae rei conueniunt, conſentire praeſumantur: ſatius tamen eſt, vt Notarius teſtibus praeſentibus, quos ſpecialiter eſſe rogatos non requiritur, partibus ſummarie ad minimum, quae ſit natura negotii, quaeque ſint clauſulae, quibus illud apud ſe actum innitatur, exponat, curetque, vt partes conſenſum ſuum profiteantur. *Ord. Notarior. tit. 1. §. 9. 10.* Hoc DD. inſtrumenti publicationem appellant, qua omiſſa Inſtrumentum pro nullo haberi dicitur. ALEXANDER *lib. 1. Conſil. 77. n. 8.* Atque inde cum haec a Notario, vt par eſt, facta credantur, propter iuramentum eius, praeſumitur clauſulas conſuetas rogatus adiecisse. BERTAZOLLVS *Conſil. criminal. 53. n. 14.* CARPZOV. *p. 3. Dec. 234. l. 1. reſp. 63. n. 19.* MENOCHIVS *praeſumt. 79. l. 2.* COLERVS *de proceſſibus executiuis p. 1. c. 10. n. 440.* Tacite autem nullae clauſulae ſubintelliguntur, praeſertim momenti cuiusdam.

p) Nemo alterius imbreuiaturam ſine iudiciali iuſſu extendere poteſt. *Ord. Notarior. tit. §. XVII.* Quaenam hic obſeruanda ſint, vide apud WVRMSER. *obſeruat. 3. tit. 17.*

q) Qualitas Notarii in dubium vocata probari debet. CACHERANVS *deciſ. 117. n. 3. 5.* De praeſumtionibus huc ſpectantibus MENOCHIVS *in praeſumt. opere* agit.

r) Ad Inſtrumenta Notariorum pergamenum requirit FRIDERICVS *II. lib. II. tit. LXXVIII. conſtit. Sicul. p. 744. Cod. Lind.* MAXIMILIANVS *I. in Ord. Notarior. §. 19.* vbi Notarum et Ziſrarum, praeſertim ignotarum, vſum interdicit, idem ſanxit. MYNSINGER *I. Obſ. 80.* docet, et hodie nullum eſſe inſtrumentum, niſi in membrana ſcribatur: illius opinio exceptiones admittit, quas vide apud HAHN. ad WESENBEC. *h. t. n. IV.* Immo REIGERVS in additionibus ad Mynſingerum aſſerit, et hodie in Camera chartacea recipi Inſtrumenta. Quod tamen ad Inſtrumenta appellationum non videtur eſſe extendendum.

s) *Rec. Imp. de anno 1512. §.* und nachdem. vid. LAVTERB. *Comp. ff. tit. de fid. Inſtrum.* Iure Romano inuocatio nominis diuini non erat neceſſaria; hodie autem, nec in Iudaeorum inſtrumentis omitti poteſt. BORNITIVS *de Inſtrumentis p. 1. l. 2. c. 19.*

t) Incertum eſt, quando anni Incarnationis publicis coeperint adiici documentis. Quod ad Diplomata attinet, Caroli Magni genuinas adeſſe chartas, quibus anni incarnationis ſubiecti ſint, MABILLON *de re Diplom. lib. 2. c. 27. §. 4.* fatetur. Reperio etiam apud BVCELINVM Diploma Caroli M. quod Hildegrinus Notarius ad vicem Alcuini recognouit, vbi habetur annus Chriſti DCCCII. Sic et ſub Diplomate, quo Monachis Helmſtadienſibus bona quaedam donat, idem annus incarnationis apparet. Neque ita exiſtimo, Mabillonii ſententiam omnino eſſe veram, quod non ſub donationibus piis, ſed tantum ſub chartis ad Rempubl. ſpectantibus, anni Incarnationis tum temporis adhibiti fuerint. Ludouici Pii quaedam Diplomata, annos Chriſti referentia, habet CONRINGIVS *c. 3. cenſurae Diplomatis Lindav.* Atque ita affirmantium ſententiae, quod ante Ludouicum Germanicum anni Incarnationis ſub Diplomatibus non fuerint viſi, ſubſcribere non poſſum. Deinde MABILLONIO *de re Diplom. lib. 2. c. 35.* tuto haberi non poteſt fides, quando putat, nullam ſinceram Pontificum ante Leonem IX. cum hoc calculo reperiri Bullam. Si Gregorii I. priuilegium, Monaſt. S. Medardi datum, quod annum Incarnationis refert, genuinum eſſet, diu ante nos hic inualuiſſet. Sed ſuppoſitum dicitur a LAVNOIO et BLONDELLO l. c. p. 647. vid. tamen, quae in defenſionem Decret. Pontific. epiſtol. quas BLONDELLVS impugnat, habet PAGI crit. ann. Baron. t. 1. p. m. 98. n. IV. ſeqq.

u) Indictiones, quarum numerationem hodie obſeruamus, Conſtantinum habent Auctorem. vid. HENRICI NORISII tractatum, quem inſcribit

3) nomen Imperatoris et Papae, ſi ab vtroque eſt conſtitutus, 4) menſis et dies, hora, locus loci, 5) narretur cauſa ſummarie, cum omnibus circumſtantiis rei geſtae, 6) addantur nomina et cognomina teſtium [x]), 7) tandem ſubſcribatur et ſubſignetur: cuius omiſſio totum inſtrumentum vitiat.

§. XXVIII. Sunt adhuc circa inſtrumenta nonnulla notanda. Caueant inprimis Notarii, ne in extenſione aut ingroſſatione, vt aiunt, Inſtrumentorum aliquid radant; illud enim Inſtrumenta ſuſpecta reddit. Quodſi autem contingit, eius in Inſtrumento aut ſubſcriptione mentionem faciant [y]). Putant tamen, raſuram vel lacerationem non attendi, ſi non ſit in loco aliquo ſuſpecto, aut etiam ſubſtantiali vel magni admodum momenti. Sic et probe circumſpiciant, ne vllo modo errorem committant: quodſi hoc factum, error non niſi auctoritate iudicis corrigi poteſt [z]).

§. XXIX. Nec inſtrumentum abſque omni falſitatis vel corruptionis ſuſpicione eſt, ſi ſigilla ſint infracta [a]): magis tamen de veritate eius dubitatur, ſi quaedam continet non vera, aut non aeque veroſimilia [b]), vtpote quae ipſorum paciſcentium vel loci aut prouinciae moribus, vbi inſtrumentum conditur, vel naturae negotii repugnare videntur. Diuerſitas etiam ſtyli fidem inſtrumenti minuit, vt et, ſi in eo illorum, quae non extant, aut valde ſunt incerta,

annum et Epocham Syro-Macedonum Diſſ. 3. p. 199. CALVIS. *in opere chronologico p. 516.* Dubitat quidem de eo PETAVIVS *in rationario temporum P. 1. lib. 6. p. 339.* Sed confunduntur ſaepe diuerſa genera indictionum. vid. Cardinalem NORISIVM *l. c. et Diſſert. IV. p. 406.* Carolus Magnus poſt adeptum Occidentis Imperium, Indictionis vſum more Imperatorio adhibuit: MABILLON *de re Diplom. l. 2. c. 24.* Vbi etiam agit de tempore, quando ſub Pontificum Bullis Indictiones adeſſe coeperint. Conferatur quoque COVARVVIAS *l. 1. variarum reſolut. c. 12.*

x) CARDIN. MANTICAE *deciſ. Rotae Romanae* 79. n. 3. et 174. n. 2. Quodſi plures non in ſolidum rogati ſint, omnes ſubſcribere tenentur. SCACCIAS *l. 2. de iudic. cauſ. ciuil. et criminal. c. 11. n. 551. 560.* Si Notarius aliud, quam Notariatus Sigillum adhibuit, requiritur iuramentum ſuppletorium. RICHTER. *p. 1. deciſ.* 32. CARPZ. *l. 3. reſp. 85.* Solennitatibus, cum lege aut conſuetudine ſint introductae, partes renunciare non poſſunt. Nec Notarius omiſſa, praeter locum et diem, nec in continenti adiicere poteſt. GILHAVSEN *arbor iudic. c. 6. p. 3. n. 40.* Porro et totum corruit inſtrumentum, ſi vitio Notarii falſitas irrepſit, aut aliunde adveniens ſubſtantialia afficit. MASCARDVS *de probat. concluſ. 743.* De quaeſtione, an talia inſtrumenta per teſtes eneruari queant, vide COVAR. P. Q. c. 20.

y) *Ord. Notar. tit. 1. §. 81.* BERTAZOLL. *Conſil. crim. 411. n. 11. 12.* Colligunt falſitatem Inſtrumenti ex diuerſitate manuum, vt et ſi in margine Inſtrumenti aliquid additum. MEIER *in Colleg. I. A. l. 22. t. 4. theſ. 18.* GOSW. *ab* ESCHBACH *ad Carpz. p. 3. c. 3. def. 5.* Vitiatur Inſtrumentum, ſi conſtet, alio loco et die confectum eſſe, vt et maiorem ſuſpicionem error in anno, quam in Indictione excitat; quanquam nec difficile admodum ſit, indictionem inuenire. vid. LAVTERB. *ad tit. ff. de fide Inſtrum.*

z) *Ordin. Notar. l. c. §. 22. Ioh.* MASCARDVS *de probat. Concluſ. 126.* Abſque iudicis ope, ſi quid ob errorem Notarii in ſubſtantialibus eſt omiſſum, nullum ſit: poteſt tamen pars inde laeſa Notarium ad Intereſſe conuenire.

a) vid. tamen MEVIVM *Conſil. 90. n. 11.*

b) MEV. *Conſil. 57. n. 54.* MENOCH *de arbitrariis iudic. quaeſt. c. 442. n. 59.*

ta, mentio iniiciatur. Circa talia enim hominum conuentiones verſari non ſolent, et ſtyli diuerſitas, plures Inſtrumento manum commodaſſe ſcribentes, arguit. Genius enim humanus, eodem plerumque modo in animi ſenſa, et quae percipiuntur, exprimenda ferri ſolet. Adde, et ex mutato atramento, inferri ſuſpicionem. Denique inducta et inciſa Inſtrumenta, et ſi quae alia ſunt huius generis vitia, ab allegante probanda, Inſtrumentorum fidei derogant [c]); Iudicis tamen arbitrio hic aliquid dandum erit [d]).

§. XXX. Opera autem danda, vt, quantum fieri poteſt, fides Inſtrumentorum conſeruetur [e]). Hinc a iudice aequae interpretationis regulae ſunt adhibendae, quas recta ratio ſuggerit, et a GROTIO, MENOCHIO et MANTICA aliiſque, ſed ſparſim et imperfecte admodum, in lucem ſunt productae. Deeſt proh dolor! ICtis hermeneutica, de quo viri eruditi iam dudum conqueſti ſunt [f]). Feldeni liber de viri ingenio quodammodo teſtatur; ſed leges, pacta et inſtrumenta expoſituris, non magnam praebebit vtilitatem.

§. XXXI. Cogitur autem Notarius, licet Notarius eſſe deſierit, partibus earumque procuratoribus et haeredibus aliiſque, quorum intereſt, Inſtrumenta edere. Si altera editio petatur, Iudicis auxilium eſt implorandum, ſi eam Notarius denegat [g]). Ad editionem etiam tenetur heres et Pater Notarii, vt et, qui in eius locum eſt ſurrogatus, et ad quem defuncti Notarii originalia aut Protocolla peruenere [h]).

§. XXXII. Attamen, vt inſtrumenta ante mercedis ſolutionem [i]) tradantur, Notarii compelli non poſſunt. Habent enim in iis, vt Aduocati in Actis, ius retentionis [k]).

§. XXXIII. Praeter mortem naturalem et ciuilem, Notarii munus ſuperveniens dignitas, quae cum Notariatu ſtare nequit, tollit, vt et renunciatio. Reſignatio autem officii non, niſi in manus concedentis, fieri poteſt [l]).

§. XXXIV.

c) BALDVS *Conſ. 305.* BERTAZOLL. *Conſil. 535. n. 7. et 8.* LAVTERB. *Diſſ. de cancellatione §. IX.*

d) VINCENTIVS DE FRANCHIS *deciſ. 485.* MENOCH. *Conſil. 409.*

e) Contra publica haec inſtrumenta admitti tamen probationem in contrarium, docet GAIL. *2. obſ. 77.*

f) De hermeneutica generalia quaedam tradit LEIBNITZ *in noua methodo docendae diſcendaeque iuriſprudentiae, part. ſpecial. §. 66.*

g) *Ord. Notar. tit. 1. §. 23.*

h) BORN *ad vniuerſ. ius iud. Diſſ. 1. theſ. 54.*

i) Merces ſecundum loci ſtatuta et mores aut aequitatem eſt determinanda; neſcio autem, an vbique obtineat, quod DD. tradunt, pro conficiendo teſtamento reciproco, duplex deberi honorarium, vt et pro imbreuiatura, et authentico. GAIL. 2. *Obſ. 117.* FINCKELTH. *Obſ. 40.*

k) *Ord. Notar. tit. 1. §. 16. Addit. ad Deciſ.* DE FRANCHIS *262. n. 6.*

l) FABER. *Cod. Sabaud. l. 2. t. 8. Def. 22.* Finckelth. Obſ. 98. MEVIVS *ad I. L. lib 3. tit. 8. art. 15.* VMMIVS *ad proc. D. 17. theſ. 7. n. 36.*

§. XXXIV. Denique amittitur haec dignitas, ſi Notarius ſuo munere nolit, aut ob ſummam imperitiam prorſus fungi non poſſit; vt ſi ſuper contractu vſurario, in improbi foeneratoris vtilitatem, aut ſimile inſtrumentum conficiat; patitur enim famae deliquium m), ſoletque adhuc exilium aut alia arbitraria poena addi; quod etiam, iuxta regulam, ſi ſibi ipſe aliquid in teſtamento adſcripſerit, obtinet. In territorio Brunſuicenſi Notarius ſuper illicita alienatione aut oneratione praediorum, quae ruſtici habent clientelaria, inſtrumenta conficiens, priuationis et infamiae poena afficitur n). Grauius quid adhuc accedit, ſi ſimulatum aut falſum Inſtrumentum confecerit, nimirum manus amputatio o). In Ducatu Magdeburgico, ſi quae adſint falſitatis veſtigia, virgis caeſus in perpetuum relegatur p). Seueriſſima Neapolitani in hoc crimen animaduertunt poena, nempe capitis q). Hoc omnino admittendum eſt, ſi innocenti falſo eiuſmodi Inſtrumento mors ſit allata r). Plura iam addere, temporis ratio non patitur.

m) *Ordinat. Polit. Auguſt. de anno 1548. tit. 17. et de anno 1577. eod. tit.*

n) *Conſt. Henrici Iulii de anno 1593. Ord. Prouinc. Brunſu.* §. *30.*

o) MYNSING. *6. Obſ. 65.*

p) Ord. Proc. emend. c. 17. apud MYLIVM pag. 128.

q) VINCENTIVS DE FRANCHIS Deciſ. 444. n. 1.

r) BERGER. *Obſ. 56. ad elect. crimin. p. 177.*


NOTARIORVM VETERVM SIGNA NONNVLLA CVRIOSA etc.

nimirum


1. *Iacoibi Arnaldi, de anno 1345.*
2. *Iohannis de Bruchuſen, de anno 1358.*
3. *Euerhardi Kerchof, de anno 1377.*
4. *Arnoldi de Bardewich, de anno 1382.*
5. *Borchardi Harde, de anno 1385.*
6. *Heydekini de Brunſwick, de anno 1389.*
7. *Iohannis Rymberti, de anno 1394.*
8. *Iohannis de Ouerenkerken, de anno 1395.*
9. *Iohannis Meynerſen, de anno 1435.*
10. *Henrici de Eſbeke, de anno 1438.*
11. *Ioach. de Bulow, de anno 1443.*
12. *Henr. Hecht, de anno 1470.*
13. *Herm. Dalenborch, de anno 1471.*
14. *Henningi Ackenhuſen, de anno 1471.*
15. *Bernardi Eſſchemann, de anno 1501.*
16. *Theodorici Wulffhagen, de anno 1510.*
17. *Iacobi Swartzimburgh, de anno 1515.*
18. *Iohannis Caluis, de anno 1521.*

V. IACOBVS

Jacobus Arnaldi.




Jacobus Arnaldi clericus Aruen dioc publicus
Aplica z Impiali auc Notarius, prefatiqz
dm Audit scriba.



Ex Instrum. Intimationis Auditoris Rom. 1345. Indict. 13. d. 1. Iul. ♀.

Johannes de Bruchuſen



Johanes de bruchuſen clericus bremen dioc publ.
Imprali aucte notarius

A a a a b b b b c c c d d d E e e f f G
g g h h h i i i k l l ll m m m n n o o
p p p q q q r r r r ſ ſ s s t t t v v
u u w w x x y y z


pvidēn providentia. xpo Chriſto. pntia præſentia.
gnalis generalis. arepi Archiepiſcopi. ſ ſed. x et.
ſb ſub. q quo.

Ex Inſtrumento Notar. Dat. in Antiqua Eccleſia Monaſterii
in Hilgendale Aō. 1358. Indict. 11. d. 15. Octobr.

Eberhardus Kerchof.



Euerhardus dcus kerchof clicus Monasterien dyoc publicus Aplica z Impiali auctē Notarius.




Ex Inſtrumento publ. Dat. Mindæ Aº. 1377. Indict. 15. d. 22. Maij.

Arnoldus de Bardewich.



Arnoldus de Bardelbich clericus Verden dioc publicus Imperiali auctoritate notarius,




ſo *ſecundo.* xpo *Chriſto.* ſcriptoꝝ *ſcriptorum.* ſut *ſunt.* ꝑlctis *perlectis.* pdctis *prædictiſ.* earꝫdc *earundem.*

Ex Transſumpto Teſtamenti Seghebandi de Wittorpe, Dat. Barduici Aö. 1382. Indict. V. d. 9. July.

Borchardus Harde.





et. *etiam.* *vere* *confirmare.* *qui.*
prædicitur. *gratanter.* *Ecclesiasticum.*
pro. *tempore.*

Ex Instrum. Notar. Dat. Luneburgi Aõ. 1385.
Indict: VIII. d. 16. May.



Heydekinus dc̄us de Brunſw. Cl̄icus Verden Dioc. Pub^cus Impiali aucte Notarius.

auc̄te, *auctoritate* Cl̄icus, *Clericus* cū, *cum*

Dc̄us, *dictus.* forṁ, *formam.* huioī, *hujus modi.*

noīe, *nomine.* oīm, *omnium.* ꝑ *per*


pn̄s, *præſens.* p̄ronoꝝ, *Patronorum.*

ꝑpedito, *præpedito* p̄miſſoꝝ *præmiſſorum.*

Ex Inſtrumento Notar. Dat: 1389. Indict. **XII.** *d. 12. Sept. in Luneburg.*

Johannes Rymberti.






dni Domini dioc Dioceſis dco dicto dna divina
ecce Eccleſiæ z et z et apđ ipſam 9 con=
p̄ par, per. pris Patris ppe Papæ P P pro
pu publici pñcia præſentia p̄ præ pſbris Presbyteris
qrto quarto qn quon= q̄ quam q̄ quaſi
ſpalr Specialiter ſr Super ta tam tr tur ul vel

Et ego Johannes Rymberti clericus minden dioc pub. Impiali aucte Notar

In Inſtrumento Præſentationis ad Vicar. S. Martini in Eccl. S. Joh. Dat. 1394. d. 26. Auguſti.




A A a a B b b C c c D D E e e F F
G G g h h J J i i k k l l l m m m
n n O o o P P p p q q R R r r
S ſ ſ ſſ s s t t V V u u X x y y z

Albto *Alberto.* al *alias* auttē *Auctoritate.*
cū *cum.* accoes *acceſſiones.* iura *jura.* int
inter lz *licet.* nri *noſtri.* mon *Monaſterii.*
p *pro.* pdcus *prædictus.* qd *quod.* qi *quaſi.*
Johes de Ouerekerke al dcus Renema
clicus mynden dyoc publ9. Impiali auttē
notarꝰ.

Ex Inſtrumento Donationis. Dat: 1395. Indict: tertia.

Johannes Meynerſen.




A A A a a a B b B b C c c D d d E e e
f f g g h h h h I I i i k k l l l M m
M m N n n o o P p p Q Q q R R R r
r r S S ſ ſſ s s s T T t t V v u u
W w x x y

Johannes meynerſen clicus mynden dioc publicus Impiali
auctte Notarius

Ex Inſtrumento Notariali Dat: An. 1435. Indict. XIII. in Eccleſia S. Ciriaci.

Henricus de Eſbeke clericus Hildenſemenſis Dyoc-ceſis ſacra Imperiali Auctoritate Notarius.




In Inſtrumento Traditionis et Acceptationis Caſtri et Opidi Erteneborg 1438. Indict. 1. d. 16. Januar.


Et ego hinricus de Eſbeke clicus hilden dyoceſ Sacra Impiali auctoritate notarius.

A A a a a a B b b C c c c D d d E e
f g g g h h I I i i k l l m m m
N n n O O o P p p Q q r r r S S
ſ ſ s s T T t V v u X y y z

Joachim de Bulow.



Joachim de Bulow publ(icu)s Imperiali auct(oritat)e
Notari(us) et Cor(am) p(re)d(i)co d(omi)no Archidiacono
Scriba




ꝓ *pro.* p̄ *prae.* ꝑ *per.* ex *ex.* exc'o͞n *excom-municationis.*

Ex Inſtrumento Arreſti. Dat. Lüneburgi Aō. 1443. Indict. 17. d. 31. Jan.

Henricus Hecht.




henricus hecht clericus Colonien̄ dioc̄ publicus Imperiali auc̄te notus



Ex Inſtrum. Notar. Dat. Romæ. Aõ. 1470. Indict. III. d. 8. Octobr.

Hermannus Dalenborch.




Hermannus Dalenborch clicus Verden Dioc
publicus sacra Impiali auctē Notarius
* Revendi in Xpo pris et dni Dni Bartoldi
Epi * Scriba et Secretari9

hmoi *huiusmodi*. Instri *Instrumenti*. pmissis *praemissis*.
vna *una cum*. fieri *fieri*. pns *praesens*.
exinde *exinde*.

*Ex Subscriptione Confirmat. Vicar. 3. Anton. ad S.
Joh. Dat. Luneburgi Aō. 1471.*




henıgus Ackenhuſen clerici Hildeſemen dioc
publicq Aptica et Impiali aucte Note, pfatiqz
dnd leonardi ppti et taq coram eo Scriba.




Ex Inſtrum. Inſtitut. ad Vic. B. Mar. Virg. S. Lamb. Dat. Lune=
burgi Anno. 1471. Indict. IV. d. ♀ 6. Martii.

Bernardus Eſſcheman




Bernardus Eſſcheman Clericus verden dioc publicus
Sacra Imperiali auctte Notarius




Ex Inſtrum. Praesentat. ad Vic. z. Catharinae ad S. Lamb.
Dat. Luneb. Ao. Dn. 1501. Indict. IV. d. ♀ 2. april.

Theodoricus Wulffhagen



Theodericus Wulffhagen clericus Mindensis dioc. publicus Sacra Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius



Ex Inſtrum. Fundat. Vic. z. Ioh. Evang. ad S. Spir. ap. Salin. Dat. Luneb. Aô. 1510. Indict. XIII. d. 17. April. ♀.

Jacobus Swartzimburgh




Jacobus Swartzimburgh Cler. Bremen. dioc. publicus
Imperiali auct. Notarius, dictisque [illegible] et [illegible]
dnis Doctor. ac ppt. Scriba

Ex Instrumento Investiture Pauli Karstens ad Vic. 3. Andr.
S. Lamb. Dat. Luneb. aõ. Dn. 1515. Indict. III. d. 4 15. Martij



Johannes Caluus Clericus verden dioc Publicus
apostolica auctoritate Notarius dictisque Nobilibus dominis
In hoc Negotio coram eis Scriba



coram *coram.* et *et* quatenus *quatenus.*

Ex Transſumpto Literarum à Duce Henrico Br. et Luneb. an. 1517.
Luneburgenſib9 datarum. Dat. Luneborch 1521. Indict. IX. d. 16. Aug.

V.

DAN. PAPEBROCHII PROPYLAEVM ANTIQVARIVM

CIRCA VERI AC FALSI DISCRIMEN IN VETVSTIS MEMBRANIS.

CVM FIGVRIS.

PRAEMISSVM
TOMO II. ACTOR. SANCTORVM MENSIS APRILIS;
IN QVO
B. AVCTOR PRIMVS OMNIVM AD EXAMEN AC SCIENTIAM VETERVM TABVLARVM VIAM STRAVIT,
ET OB EIVS PRAESTANTIAM NVNC RECVSVM EST.

PRAEFATIO.

Alexandri VII. Pontificis Maximi extremo dignati alloquio priusquam Roma diſcederemus in Belgium anno MDCLXI. ad opus de Sanctorum Actis maiori indies cum cura profectuque expoliendum, non tantum alacriores ex illius approbatione reuertimus, ſed etiam inſtructiores ex admonitione. Notauerat Vir ille ſapientiſſimus, lecta de tribus Dagobertis Francorum Regibus Diatriba, tam nouis ac curioſis quae iſtic tractantur quaeſtionibus definiendis praeſidium magnum ex veterum eccleſiarum monaſteriorumque archiuis peti. Audiuerat idem a Vaticanae Bibliothecae Cuſtode Allatio, non tantum probatas Sanctorum Vitas, ſed etiam fabuloſas aliquas tranſcribendas per nos deſignari. Hoc cur faceremus, voluit cauſam intelligere; iſtud mirifice commendauit; Si tamen inquiebat, ſuppoſititia a genuinis interpolata a ſinceris maturo ſecernantur iudicio, in vetuſtis enim diplomatis chartiſque recipiendis ad hiſtoricam probationem, non minori verſandum eſt cautela, quam in numis; quorum multi ſub larua antiquitatis

Pag. edit. I.

Alexandro Papa VII. hortante et approbante.

Pag. edit. I.

Chartarum veterum ſtudium, et fabuloſarum examen,

inducunt in fraudem, vix a paucis oculatioribus agnoſcendam. Ei igitur, qui falli nolit, curandum cenſebat, non tantum vt cognatas habeat formularum notarialium rationes, pro ſeculorum atque locorum varietate diuerſas, ſed ipſos quoque litterarum ductus dignoſcat curioſe, ſi quando offerentur chartae, quae autographae eſſe dicantur. Idque confirmaturus Sanctiſſimus, ſublatos de genibus iuſſit ad interius conclaue ſequi, vbi habebat conuentionem quamdam autographam, a Carolo Magno in Hetruria confirmatam, dignatuſque eſt ipſe eam praelegere nobis atque indicare ſingula, quae diligentius merebantur conſiderari. Quod autem ad fabuloſa quaedam Sanctorum Acta attinet; de iis a nobis edoctus viciſſim, ipſorum exemplar ideo peti, quod aliter nequeat certo dilucideque conuinci falſitas, quam relegendo ipſamet fraudis numquam integre ſe occultantis veſtigia; probauit conſilium, agnouitque etiam id habere locum in diplomatis, neque minus ad veri falſique diſcretionem acquirendam valere chartarum ſuppoſitarum exempla, quam autographa verarum.

maiorem in vtroque ſcientiam paulatim aſſecuti,

2. Exinde, quod antea faciebamus ſtudioſe, coepimus muto adhuc diligentius facere auctore tanto; et vtrorumque ſaepius inter ſe collatorum frequenti vſu paulatim facti peritiores, multa deprehendimus manifeſta falſa, in quibus dubii antea pauenteſque haerebamus: nonnumquam etiam nos ipſos correximus, retractando fidem quam talibus antea dederamus. Huius ſtudii ad illuſtranda Sanctorum Acta tantum valentis, fructus aliquos exhibebit praeſens Propylaeum, ad hoc comparatum, partim vt ſopiantur querelae amicorum, arguentium nos de importuna moroſitate circa antiquitates ſuas, de quibus nollent dubitari: partim vt conſtitutis ſemel generalibus quibuſdam diſcriminis inueniendi principiis, expeditius progrediamur in noſtris ante ipſa Acta commentariis aut obſeruationibus poſtea ſubiiciendis, partim etiam vt, cum lector inuenerit in hoc aut ſubſequentibus menſibus quaedam aliter atque in praecedentibus tractari a nobis, mutati iudicii cauſas intelligens, tanto ſequi poſſit ſecurius, quanto promtius a nobis videt retractari ac corrigi, ſi quid alibi minus explorate videmur recepiſſe. Conſtabit autem Propylaeum hoc partibus tribus: quarum prima erit *de Diplomatis*, praeſertim iis, quae ante nongentos aut mille annos a primis Francorum Regibus ſignata dicuntur, in quibus erratur eo periculoſius, quod haec ſaepe vnica ratio ſit conſtituendae chronologiae. Secunda examinabit *monaſteriorum quorundam Carmeliticorum per Europam antiquitates*, nuper praetendi coeptas. Tertia quaſdam *Brixienſes tabulas*, multa Martyrum nomina continentes, in hoc opere neutiquam habitura locum.

Propylaeum tripartitum exhibemus.

PARS

Pag. edit. I.

PARS PRIMA.

DE VETERVM FVNDATIONVM, DONATIONVM, PRIVILEGIORVM INSTRVMENTIS DISCERNENDIS.

3. Eccleſiaſticorum Annalium integerrimus atque eruditiſſimus ſcriptor Caeſar Cardinalis Baronius, ad annum CCCXXIV. fraudes atque impoſturas retecturus Edicti eius, quod ſub Conſtantini Magni nomine profertur ab aliquibus, tamquam continens donationes a piiſſimo illo Imperatore factas Romanae Eccleſiae; non credidit ſe, id faciendo, iuribus eius detrahere quidpiam, quibus tuendis ſatis eſſet antiquae ac iuſtae poſſeſſionis titulus. Antiquae, *quod Francorum Chriſtianiſſimi Principes ſuis ipſorum diplomatis, ea, a Longobardis ablata, ſe Romanae Eccleſiae reſtituere profeſſi ſunt.* Iuſtae, *quia Romana Eccleſia, ante illa a Francorum Regibus collata priuilegia, iam potiebatur rerum dominio; vnde illud niſi iure debitum ſibi potuit vendicaſſe? cum certum ſit nulla id factum armorum vi atque violenta graſſatione: ſilentibus praeſertim nec minimum quidquam reclamantibus, qui illis temporibus regnabant in Oriente, Imperatoribus, alioquin in Romanam Eccleſiam parum aequis.* Haec ille, occaſione Edicti, ſeu ficti, ſeu deprauati, ideoque indigni quo Silueſtri Pontificis hiſtoria augeatur. A ſuppoſititiarum chartarum conuictione

4. Similia hic quoque videor poſſe ac debere praefari, de fundationibus, donationibus, priuilegiis varii acturus; de quibus, cum ſcripta inſtrumenta vel ab initio nulla fuerint, vel abolita autographa ſint, hodiedum monſtrantur chartae, vel prorſus fictitiae vel a reſcribentibus audacter interpolatae. Scilicet antiquae ac iuſtae poſſeſſioni nihil derogatum iri putamus per eiuſmodi chartarum reiectionem, non alio fine inſtitutam, quam ne temporum vetuſtiſſimorum hiſtoria ſatis per ſe obſcura per ipſas inextricabiliter confundatur. Initium ſumo ab Horreenſis monaſterii Treuiris diplomate quodam, fabricato ſub nomine Dagoberti Francorum Regis primi, quaſi is ipſum conſignaſſet, rogatu vxoris ſuae Nanthildis, et intuitu filiae communis Irminae, anno regni ſui II. incarnationis vero Dominicae DCXLVI. Quam Irminam quia Dagoberti, non primi, ſed ſecundi filiam fuiſſe diximus; Henſchenius in Diatriba lib. I. cap. 10. nullum imminet diſcrimen poſſeſſioni iuſtae et antiquae.

Pag. edit. I. cap. 10. itemque 1. Februarii in Analectis de S. Sigeberto §. I. et ego eum ſecutus ſum in Praeliminaribus ad tom. 3. Martii; priuſquam ipſius chartae vitia examinentur, retractandae ſunt paucis rationes ſententiae noſtrae et cum alienis effugiis comparandae.

CAPVT I.

II. AVCTORE D. P.

S. IRMINAM (CVIVS PATRI ADSCRIBITVR DIPLOMA HORREENSE) DAGOBERTO, NON I. SED II. NATAM ESSE, LONGE VEROSIMILIVS DICITVR.

5. Treuirenſem vrbem ac territorium, ſeculo Chriſti VII. exeunte et ineunte VIII. illuſtrauerunt duae egregiae nobilitatis feminae, Dagoberti Francorum Regis filiae Irmina et Adela; maritis praemortuis ad Agni nuptias tranſgreſſae; cui etiam ſacrarum virginum contubernium collegerunt, Irmina in Horreo, Adela in Palatiolo, quae deinde monaſteriis ipſis haeſere nomina. Prior vt Sancta colitur XXIV. Decembris, in quem diem ſeruamus integre danda inſtrumenta illius duo, omni vitii ſuſpicione carentia, quibus fundato a ſe Epternacenſi S. Willibrordi monaſteria poſſeſſiones quaſdam ſuas donat anno IV. Domini Childeberti Regis, qui fuit annus Chriſti MCCII. Eadem, per aliud ſequentis anni ſcriptum, donatis prius poſſeſſionibus addidit Montis-villam in pago Zulpiaco, obſtricta inſigni beneficio, quo Treuiros adueniens ſanctus Epiſcopus, monaſterium Horreenſe a graſſante peſtilentia liberarat. Eadem denique, Childeberti Regis praenominati anno X. Chriſti DCCVIII. ſignauit donationem alterius poſſeſſionis, ſitae in Villa Stankeim ſuper fluuio Sura. Haec conſtat feciſſe Irminam: quid autem ſoror eius Adela? Apoſtolicum virum S. Bonifacium excepit hoſpitio, eiuſque diſciplinae commiſit S. Gregorium nepotem ſuum, vti ex horum actis conſtat. Id Maſenius putat anno DCCXX. fieri potuiſſe; quod nolim, propter decennium forte adiiciendum, diſputare.

S. Irmina poſt an. 708. et Adela poſt an. 700. notae,

6. His ita poſitis, nec a quoquam in controuerſiam reuocandis, quaeritur, vtrum veroſimilius ſit, Irminam et Adelam filias Dagoberti Primi, qui anno DCXXII. Rex Auſtraſiorum conſtitutus, obiit anno DCXXXVIII totius Francici Imperii Monarcha: an Secundi, qui anno

ſi non fuiſſent Dagoberti filiae,

anno DCLXI. regreſſus ex Hibernia in Adrhenanis prouinciis regnum exorſus, poſt annos XIV. reliqua potitus Auſtraſia, occiſus eſt anno DCLXXX; iuxta Chronologiam, in exegeſi praeliminari ad tomum III. huius menſis innouatam ac ſtabilitam ab Henſchenio, qui huius Dagoberti regnum prior in lucem extulit, eumque a primo vltimoque diſtinguere docuit. Si nobiſcum ſentias, et Dagoberti ſecundi filias fuiſſe dicas; Irmina annorum fuerit plus minus quadraginta, cum praenotatas donationes ſignauit: Adela vero, licet ante annum DCLXX. nata fuiſſe diceretur, non debuit multum exceſſiſſe aetatis annum quinquageſimum, quando ſuum nepotem a ſe dimiſit. Pag. edit. II.

7. Si velis ex Primo Dagoberto, conſequens eſt, vt Irmina minimum nonagenaria fuerit, anno DCCVIII. vtpote ante obitum patris viro nupta, eoque mortuo fundatrix facta monaſterii, et quidem ex bonis non tantum paternis, ſed etiam a ſponſo relictis, quorum proprietas ante conſummatum vel plene ſaltem contractum matrimonium ad eam non pertinuiſſet. Adela vero, quam anno DCXXXVI. natam vult Maſenius, ſed ſaltem vltra DCCXX. vixiſſe concedit, proxima fuiſſet centenariae. Dicendae eſſent, Irmina ad 80, Adela ad 100 annos vixiſſe:

8. Neutrum inquies impoſſibile eſt. Non ego id aſſero: ſed hoc quaero, vtra aetas congruentius admittatur, ſi eligenda eſt alterutra, et quidem poſitis aliis rationibus vtrimque paribus. Atqui nec pares quidem ſunt: nam contra Secundum Dagobertum nihil obiici poteſt; quod non habeat faciliimam ſolutionem, vt mox apparebit; et Horreenſe diploma, quo maxime nititur ſententia aduerſa, vndequaque ruinoſum eſt ac prorſus fictitium: Teſtamentum vero Adelae, factum anno XII. Theodorici Regis, in fauorem Palatioli, *quod ipſum*, inquit illa, *a Pippino Maiore domus Treuiris permutatione quaeſiuimus*, cum defenditur vt genuinum (quale fateor mihi nullo modo videri, ob varias et hic praetereundas cauſas) in magnas anguſtias neceſſe eſt coniiciat defenſores ſuos. Pippinum enim, ſub Dagoberti I. imperio potentem, quem volunt illi, oſtendimus XXI. Februarii anno altero ab obitu dicti Regis e viuis exceſſiſſe. Cum autem iam conſtet Regem obiiſſe Chriſti anno, non DCXLIV, ſed DCXXXVIII, dicendus erit mortuus eſſe Pipinus anno DCXL, quando Adela in Maſenii ſententia ſolum egiſſet aetatis annum IV. aut V. At ſi ipſa fuerit filia Dagoberti II. potuit iam maturae aetatis vidua, a Pippino Herſtallio, ante annum DCCXIV. quo hic obiit, acquiſiuiſſe Palatiolum, et fundato ibi a ſe monaſterio nouam aliquam donationem feciſſe XII. anno vltimi Theodorici, qui fuit annus Chriſti DCCXXXI. In Irmina, vt Primi Dagoberti filia dicatur, maiores etiam difficul- nec tamen potuiſſet Adela a S. Pippino emiſſe Palatiolum,

Pag. edit. II. — vel Irmina ex Nanthilde naſci niſi turpiter,

difficultates occurrunt; hic enim illam non poſſet genuiſſe niſi ex fornicario vel etiam adulterino concubitu. Quod ſi matrem quoque Nanthildem defendas, in nouas tricas incurras neceſſe eſt, a quibus te non poteris expedire, niſi gratis aſſerendo aliqua, ſatis incongrua dictu, et difficilia creditu abſque vllius antiqui ſcriptoris auctoritate. Scio quòd Dagobertus iſte fuerit, Fredegario teſte, *luxuriae ſupra modum deditus: nam*, vt idem ait, *tres habebat maxime ad inſtar Reginas et plurimas concubinas. Reginae vero hae fuerunt*, Nanthildis, Wulfgundis, *et* Berthildis. *Nomina concubinarum, eo quod plures fuiſſent, increuit chronicae inſeri.* Scio Nanthildem, non *ex monaſterio raptam*, vti Fredegarium legit et intellexit Aimoinus; ſed *vnam ex puellis de miniſterio* dici, in variis Fredegarii MSS. Sed vt haec tibi faueant, oportet inſuper gratis aſſumere quae ſequuntur.

et ipſa Nanthildis regio coniugio inepta fuiſſet:

9. Primo, quod illa Dagoberti incontinentia, non habuerit principium a faſtidio legitimae coniugis Gomadrudis, anno DCXXV. ductae, et DCXXVIII. propter ſterilitatem repudiatae; ſed a prima adoleſcentia inualuerit, aut ſaltem annis aliquot ante coniugium cum Gomadrude, vt ante patris obitum potuerit viro deſponderi Irmina. Secundo, quod Gomadrudis Regina, magnae mulier auctoritatis, cuius ſoror nupta erat Clothario ipſius Dagoberti patri, in ſuo puellari miniſterio, in quod non aliae adſciſci conſueuerunt quam primum florentis pubertatis virgines, conſenſerit habere, pro integrae vitae ac famae puella, mulierem iam ab annis aliquot regiis amoribus infamatam, ex eoque matrem, ac proinde aemulam, tanto certiorem, quanto ipſa minorem ſpem dabat prolis. Tertio, quod eadem ita pridem deflorata, non ex libidine Regis impotenter amantis, ſed *cum conſilio Francorum*, in matrimonium accepta, et in Reginam ſublimata fuerit, vbi tanta nobilium integerrimarumque iuuencularum ſuppetebat copia. Quarto, quod Dagobertus, ob deſiderium gignendi ſucceſſorem repudians Gomadrudem, quam ſolum quatuor annis expertus fuerat, eidem ſuperinducere voluerit alteram, cuius conſuetudine longe diutius vſus nihil niſi feminam ex ea natam viderat.

Quin igitur parcitur famae vtrimque catenus integrae?

10. Vide autem quam gratis aſſumantur haec omnia: cum primo nemo vnus vel minimam turpitudinis alicuius notam inuſſerit Dagoberto ante praedictum repudium; ſed omnes optimam eius educationem, ſub ſanctiſſimis Epiſcopis Arnulpho ac Chuniberto, incomparabilem iuſtitiae ſeuerae tenorem, aliaſque ipſius laudes commendent, a quibus laudibus non debet abſque probatione ſecludi continentiae virtus, in Rege adoleſcente, et qui aetatis anno circiter XXV. iuſtis nuptiis illigatus, credi

poſſit

poſſit non prius luxuriae fraena laxaſſe, quam prolem ex coniuge primum ducta deſperans, perſuaderi ſibi ſiuit iuſtam eam eſſe diuortii cauſam; ex quo tempore totus coepit deficere ab eo qui prius fuerat. Deinde non eſt tam leuis, vt volunt aliqui, auctoritas Aimoini, *Nanthildem puellam de monaſterio raptam* afferentis; quale enim exemplar Fredegarii ſecutus eſt ipſe, auctor antiquior quam fortaſſis ſint omnia exemplaria, in quibus *de miniſterio* legitur; eiusmodi exemplaria plura inueniuntur alia, vnde etiam facta impreſſio eſt. Neque propterea conſequens fuerit *monacham* fuiſſe Nanthildem, aut *Veſtalem* (qua voce vtitur ineptus ille, qui Aimoini contextui interiecit titulos Capitum muto recentiores) ſed pro more illius aeui, etiam nunc vigentis, cauſa caſtioris educationis in monaſterio collocatam a parentibus aut tutoribus, ideo vero raptam, quod cum bona eorundem atque Abbatiſſae gratia non ſperaretur educenda ad nuptias; quas licet pro legitimis haberi Rex volebat, credibile tamen non eſt a Sanctiſſimis Galliarum Praeſulibus permiſſas fuiſſe.

Pag. edit. II.

Pag. edit. III.

II. Haec omnia vel non conſiderauit vel diſſimulauit amicus noſter Iacobus Maſenius, in nupera Treuirenſium Annalium recognitione, toties decertans viribus pro aſſerenda Horreenſis diplomatis veritate: *quod, ſeculi exploratores gnari, ſtatim vt ſolos conſpexere abſque ſignis litterarum ductus, Gothico more formatos, vncialibusque in principio et fine characteribus inſignitum, repente Dagobertinum eſſe pronunciauerunt.* Ego vero libens cedam omnia, niſi pluribus euicero rationibus, diploma iſtud non tantum non eſſe autographum omnino Dagoberti, ſed nec ex autographo quidem, ſi vnquam vllum extitit, tranſcriptum fideliter; aſt pluribus poſt omnes Dagobertos ſeculis fuiſſe imperitiſſime conſarcinatum. Sed priusquam ad iſta tranſeo, quaerere lubet ex Maſenio, quomodo pro Dagobertino prudenter haberi, et iſtius aeui cenſeri characteres potuerint, quibus exaratum eſt Horreenſe diploma, ſi nulla eſt characteris diuerſitas inter ipſius diplomatis tenorem, quem propugnare nititur; et ſubſcriptionem, qua notatur annus Dominicae incarnationis DCXLVI. regni II. Indictio IV. de quibus fatetur *quod adiecta corrupte fuerint, cum nec ipſi ſibi anni conſtent?* Quis enim ſic corrupte adiecit? Idemne qui reliquum diploma ſcripſit? At concipi nequit, quomodo Notario regio poſſit in mentem calamumque veniſſe, vt currentis anni characteres ipſiusque Regis annos corrupte notaret. Eiusmodi errores contingere ſolent, cum ab imperitis librariis aliquid poſt multos annos transſcribitur, ſiue per ſcribendi praecipitantiam, ſiue per antiquorum characterum ignorantiam: non vero, quando ſcribitur annus aliquis praeſens. Adiecitne longo poſt tempore alius? Tum vero notabilis foret manus

Tanti nobis non eſt fictitium diploma,

cuius vitioſam ſubſcriptionem eſſe, ipſe eius defenſor agnoſcit;

Pag. edit. III.

manus et atramenti diuerſitas, qualis nulla percipitur in dicta chartà; et neceſſe foret prius abraſam obolitamque fuiſſe ſubſcriptionem antiquam et veram (neque enim credo dicet abſque vlla omnino temporis nota primitus expeditum fuiſſe diploma), talis autem raſurae aut abolitionis multo magis deberent veſtigia deprehendi: et tum quoque difficulter caperetur, cur pro anno regni primitus notato, qui vel in Maſenii ſententia debuit poſtremorum fuiſſe aliquis, notatus ſit annus Regni II. Oportet igitur vt fateatur, vel non haberi ſcripturam originariam, vel ipſam quoque ſubſcriptionem originariam eſſe, et paris vtramque fidei, id eſt certiſſimae: quod tamen de ſubſcriptione nec audet ipſe dicere, nec vlla ratione dici poteſt; non dico ſecundum Aeram annorum in Auſtraſia vſurpatam, in qua tamen erant Treuiri; ſed ne quidem ſecundum initium regni eius in Neuſtria, quod omnino ſedecim annorum fuiſſe contendit Maſenius, et tamen in anno DCXLV. finit.

credit tamen accipiendum Dagobertum I.

12. Caeterum non miramur, quod ad tot difficultates, vndique ſe offerentes, obfirmarit animum Maſenius: vtpote non tantum perſuaſus, potuiſſe ex Dagoberto I. natas quomodocumque fuiſſe Irminam et Adelam: ſed Dagoberto II. eaſdem nullatenus tribui poſſe, niſi ſus deque vertantur omnia, quae nulli dubitationi putat obiici debere. Nempe compertiſſimum eſſe credit, Horrei ac Palatioli monaſteria fundata eſſe ſub S. Modoaldo Epiſcopo Treuirenſi, Primi Dagoberti ſynchrono, et prius vita functo, quam Secundus Dagobertus reuerteretur ab exilio, aut vllam maternae paternaeue hereditatis reciperet portionem: deinde cenſet hunc Dagobertum fuiſſe improlem. Ad Modoaldum quod attinet, mox oſtendam, non niſi per meras hallucinationes aliquam ei partem tribui in Horreenſi ac Palatiolenſi fundatione.

quaſi improlis fuerit Secundus.

13. Quod autem Dagobertus II. improlis fuerit, tam longe abeſt, vt inter copioſos illius liberos etiam aliquos Reges numerandos putemus; quorum primus *Sigebertus*, regni paterni conſors, cum patre vel paulo ante eum obierit, *Clotharius*, anno DCCVIII. Monarchiae Francicae non tam datus, quam oſtenſus fuerit; *Theodoricus* vero IV. (qui ab anno DCCXX. vſque ad DCCXXXVII. regii nominis vmbram ſuſtinuit, transmiſitque ad filium Childericum, Merouingiorum Regum vltimus) ſi fuit alicuius Dagoberti filius (vt paſſim creditur) tanto firmius teneri poteſt fuiſſe Secundi, quanto certius eſt Tertium iuuenculum ac pene impuberem, adeoque improlem obiiſſe, anno DCCXV. Theodoricum vero conſtat tam prouectae fuiſſe aetatis, cum anno DCCXX. eſt aſſumtus, vt Dagoberti III. pater eſſe potuerit per aetatem, certe vt iam tunc filium videatur habuiſſe Childericum, ſuum poſtea ſucceſſorem, nec non

IV. AVCTORE D. P.

cui veroſimilius proles multiplex fuit.

non paulo poſt ex eo nepotem Theodoricum, eum qui anno DCCLI. cum Childericus abdicare regnum cogeretur, in Fontanellae monaſterium retruſus et attonſus eſt. Pag. edit. III.

14. Aſt ſi haec ita ſunt; et Secundus iſte Dagobertus, qui in morte ſui patris S. Sigeberti anno DCLVIII. potuit plusquam XII. annorum fuiſſe, adeoque iuſtam matrimonio aetatem attigiſſe, quando anno poſtea quarto coepit regnare in Alſatia; et mox ibi genuiſſe Irminam, quae anno DCLXXV. reſtitutum in Auſtraſiae regnum parentem ſecuta Treuiros, atque Hermanno deſponſa et Horreenſis monaſterii fundatrix facta, fere vicennis eſſe potuit cum moreretur genitor ſuus: ſi, inquam, Dagobertus hic adeo foecundus liberis fuit, vt, praeter alios forte ignotos, filias quinque genuerit, vt alibi dictum eſt iterumque dicetur; quid iudicandum erit de Argentinenſi diplomate apud Iacobum Coccium, quod oſtentatur ſcriptum *IV. Nonas Aprilis*, *Luna VII. anno ab Incarnatione Domini DCLXII. Indictione V. Regnante Tageberto Rege anno regni eius* XXXII? Illud diploma ſic inchoatur, *In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis*, *Tagebertus divina favente clementia Rex nobiliſſimus. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus*, *natis et naſcendis*, *qualiter ego Tagebertus*, *exhereditatus propriis filiis*, *S. Mariam mihi in hereditariam heredem acquiſivi*, *dans in honorem matris Dei*, *ad Argentinenſis Eccleſiæ monaſterium*, *tres curtes meas optimas et electas.* Nimium haec fauebant Maſenio, vt vel ex lunatica illa prorſusque monſtroſa ſubſcriptione malam iſtius chartae fidem cognoſceret: ſed omnia ſalua credidit, ſi anni regni iidem qui vitae nominarentur exemplo nouo nec in vllis genuinis diplomatis inueniendo. Non vidit autem Dagobertum iſtum, cuius pater ſolum natus erat circa annum DCXXIX. vt ſummum fuiſſe annorum XVI. adoleſcentem, eo anno quem XXXII. in regno numeraſſe fingitur. Dico ergo, diploma iſtud, non ſolum ex ſubſcriptione, ſed ex toto ſuo contextu fictitium apparere; neque in eo ad ſanum aliquem ſenſum adducendo laboraturum fuiſſe Henſchenium, cum ante annos circiter viginti Diatribam componeret, ſi quam facile tunc notabat chronologiae vitia, tam etiam cognitos habuiſſet ſtyli diplomatici characteres; prorſus enim, vt nunc facit, et ipſum et plura apud Coccium diplomata fictitia eſſe iudicaſſet.

Fictitium neque eſt quod obiicitur Argentinenſe diploma.

15. Tandem miratur Maſenius, quomodo praeſumamus pro Dagoberto I. Treuiris nominatiſſimo, ſubſtituere nomen Dagoberti II. *in Alſatia fere viuentis*, *cuius nullum apud Treuiros aulae veſtigium*, *nulla beneficiorum memoria.* Miror et ego admirationem iſtiusmodi, poſt tot alias, certiſſimas quidem, ſed tamen eatenus occultiſſimas veritates, in Diatri-

Si Treuirenſes eum, qui ante 1000. annos in obliuionem ſcriptorum venit,

Pag. edit. III. Diatriba de tribus Dagobertis magno eruditorum omnium plauſu ipſiusque Maſenii aſſenſu firmatas. Quae enim obſecro aequitas eſt, exigere vt indicentur monſtrenturque nunc Treuiris clarae atque diſtinctae memoriae Dagoberti Secundi, vt Secundus fuit; cum a mille annis in toto Francorum Imperio, inter tot ſcriptores Chronicarum, nemo vnus fuèrit, qui Dagobertum iſtum ſciret a Primo diſtinguere, quamuis ille poſt annos quatuordecim in Alſatia actos, quinque integros egerit cis Rhenum toti imperitans Auſtraſiae? Confuſis igitur vtriusque memoriis, neque inter Primum et Vltimum Dagobertum, medium aliquem cognoſcentibus hiſtoricis tot ſaeculorum: quid miramur omnes memorias Dagobertinas, quae ad Vltimum referri non poterant, ad Primum relatas
Pag. edit. IV. AVCTORE D. P. eſſe a Treuirenſibus? Nunc vero cum detectus eſt ille, cui plures earum, ac ſpecialiter filiae Irmina atque Adela, poſſint adſcribi, ita vt euitentur tam multa, ſi non ἀδύνατα, ſaltem ἄδηλα καὶ ἀνάρμοστα, quae Primum Dagobertum comitantur, cur non illum ambabus, vt dicitur vlnis, tamquam alterum benefactorem ſuum, amplectantur Treuirenſes?

16. Si Treuiris, prima poſt Metas Auſtraſiae ciuitate, regium aliquod Palatium fuit, vti credo fuiſſe; nihil dubito quin vterque Rex eo fuerit aeque vſus, cum vterque pari fere annorum numero in Auſtraſia habitarit; Primus quidem ſex primis regni ſui annis, Secundus quinque vltimis. Nam ſicut Secundum ſcimus fere in Alſatia vixiſſe, quamdiu a reliquo Auſtraſiae regno excludebatur; ita etiam ſcimus ex Fredegario, quod Primus, Neuſtriae regnum adeptus, Auſtraſiam deſeruit, et Pariſios *ſedem Patris ſui diligens aſſidue habitare diſpoſuit.* Quo autem minus dubites quin Secundus, dimiſſa Germania, ſtatim ac potuit, elegerit Galliam et patris ſui ſedem ſimiliter habitare; occurrit Vita S. Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis, ex qua emanauit prima Secundi Dagoberti notitia, narrans num. 35. quomodo ſanctus iſte Epiſcopus, Romam profiſciſcens ex Friſia, vbi honeſtum exilium fructuoſe egerat, et *Galliam perveniens, nota ſibi Regis Dagoberti moenia ſubiit; quem ipſe Rex viſum mox recognouit*, gratanterque profeſſus coram hominibus ſuis eſt, quod per ipſum ſeruatus eſſet adiutusque ad reditum. Vrbem quidem Metas ibi deſignari, potius quam Treuiros, perſuadet ipſius S. Sigisberti Vita, vbi expreſſe dicitur num. 17, quod *ſepeliri elegit in vrbe Metis*, *quae regni ſui ſedes fuerat:* ſed quis credet huic ſedi ſic affixum fuiſſe aut ipſum aut filium, vt Treuiros ſolis XII. leucis diſtantes atque ad eumdem Moſellam ſitos, non ſaepe deſcenderint? eodem plane modo, quo prior Dagobertus Treuiris aliquando fuit, licet alias veriſimilius ſit, cum

a Dagoberto I. ſciuiſſent diſtinguere,

de vtroque poterant aequaliter gloriari;

Metis

Metis praecipue habitaſſe, et ideo eodem direxiſſe filium ſuum triennem, cum eum ſuo loco conſtituit Auſtraſiae Regem. Pag. edit. IV.

17. Quod igitur ſpectat ad praeſentiam, Treuirenſibus ſubinde exhibitam, pares cenſeri debent vterque Dagobertus, auus ac nepos: quod ad beneficia iſtic poſita attinet, etiam pares, ac forte etiam ſuperior nepos, cui Horreenſem fundationem tribuimus; cum de auo aliud nihil ſciamus, quam quod Moguntiae exiſtens regni ſui anno XII, cum iam pridem Pariſiis ſedem ſtatuiſſet, fundos aliquos donauerit vetuſtiſſimo S. Maximini monaſterio. Scio magnifice iactari a Treuirenſibus priuilegium quoddam, ſub illius nomine, abſque nota anni, diei, aut loci; quo idem Rex confirmaſſet eccleſiae S. Petri cuncta praedia monaſteriaque, eidem S. Petro iam olim ſubiecta donataque, et ante omnia *Cellam S. Hilarii*, quae nunc appellatur *S. Maximini*, *quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa.* Sed huius priuilegii inſtrumentum, quod autographum eſſe nec ipſi credo Treuirenſes probaturos ſe ſperant, eadem fere ſuae ſuppoſitionis exhibet argumenta, quae priuilegium Horreenſe, cuius peccata Capitibus ſequentibus pergo denudare; et quaedam alia etiam abſurdiora continet, quae Nicolaus Zylleſius propalauit in defenſione Abbatiae Imperialis S. Maximini, quam merito negat vnquam fuiſſe appellatam *cellam S. Hilarii:* et a pag. 57. vſque ad 71. hunc lapidem pulſans, tot validiſſimis arietibus ipſum euertit conteritque, vt eius impoſterum erigendi ſpem omnem aduerſariis ademiſſe videatur. Loquor de inſtrumento ſcripto: nam de iure iuriſque poſſeſſione, ſicut ad me non attinet quaerere, ita nec volo cenſuiſſe videri, et nuper bene ſopitas controuerſias reſuſcitaſſe.

et magis forte de Secundo: quia quod a Primo credunt habere priuilegium, fictitium eſt.

18. Interim ex Scripto, cuius authentiam nemo poſt iſtam Zylleſii euictionem praeſumſit defendere, obiicitur nobis a Maſenio, indicata ſuperius, de S. Modoaldo difficultas, tamquam praecipua ratio, ob quam ſic pugnat pro Irmina, Dagoberto Primo aſſerenda: dum ſcilicet, inter alia loca multa S. Petro ſubiecta, nominatur *Monaſterium S. Mariæ, quod præfatus Pontifex Modoaldus in territorio S. Petri nuper a fundamento conſtruxit, et vocatur Horrea.* Ex hoc enim fundamento Ordulphus, Balduini Archiepiſcopi Treuirenſis ante annos trecentos Secretarius, ita de S. Modoaldo ſcripſit: *In Palatio Dagoberti Regis, quod vocatur Horreum*, (quaſi publicum Horreum nequiuerit ſacris virginibus recipiendis aptum eſſe, niſi idem regium Palatium fuerit) *eccleſiam in honorem B. Mariæ Virginis conſtruxit, ubi et congregationem Virginum inſtituit, quibus prefecit Matres, primo dilectam Deo Virginem Irminam, ipſius Dagoberti Regis filiam; deinde Modeſtam vita et*

Et hoc illud eſt, ex quo aſſeritur S. Modoaldus fundaſſe monaſteria.

 nomine

Pag. edit. IV.

nomine quamdam ſacratiſſimam virginem, alumnam coenobii S. Romarici, quæ fuit filia ſororis B. Modoaldi, contemporanea B. Gertrudis. Simili poſtea modo de Adela eiuſque monaſterio loquitur idem auctor. Aſt Adela in teſtamento ſuo ſic creditur ſcripſiſſe: *Cum pervulgatum notumque omnibus ſit, quemadmodum nos monaſterium in villa quæ dicitur Palatiolum . . . . jam dudum ad proprii monaſterii uſum extruximus, in eaque monacharum coetum . . . . adunavimus.* Irminam fundatricem ſuam ſimiliter credunt et appellant Horreenſes, talemque in Vita facit Theofridus Abbas Epternacenſis: qui vero S. Modoaldi Vitam conſcripſit Stephanus Abbas S. Iacobi Leodii, Theofrido aetate ſuppar, quaſcumque ſuo tempore ſuperſtites iſtius ſancti Praeſulis memorias ſcrutatus, nullam eius aliam fundationem inuenit, quam monacharum S. Symphoriani, apud quas et ſepultus eſt. Allegat quidem Browerus ad annum 645. Epitaphium, in S. Paulini eccleſia poſitum, his verbis: *Hoc eſt ſanctuarium Deo dilecti Trevirorum Archiepiſcopi Modoaldi, cujus Rex Dagobertus ſanctitatem ſicut in eius precepto de Treviris continetur, inter Ligerim et Rhenum magnifice extulit et dilatavit:* Sed ea aliam nobis cogitationem non ingerunt, quam quod iſtiuſmodi lapis occaſionem praebuerit poſteris, ipſius Praecepti exemplum non habentibus, iſtud fingendi quod modo in manibus eſt et confutatur a Zylleſio, vti diximus.

Horreenſe et Palatiolenſe,

19. Browerus, ad annum 708, Abbatiſſarum Horreenſium ſeriem deſcribens ex Trithemio, Ordulfum ſecuto et Irminae *Modeſtam, ſororis S. Modoaldi filiam, coenobii Romarici alumnam*, ſubſtituente; monuerat in margine primae ſuae impreſſionis, quod *ordinis* illius *ſucceſſio non eſſet certa.* Huic accedens Henſchenius lib. 2. cap. 12. Diatribae, et rurſum 17 Martii ad Vitam S. Gertrudis (quae Modeſtae, ſibi dum viveret familiari, dicitur poſt mortem apparuiſſe *in monaſterio Trevirenſi*) notauerat videri legendum *Avendenſi.* Vtrumque fruſtra hic haeſitaſſe Maſenius cenſet; in inſuper ſeruare nititur verba cuiuſdam Priuilegii, ſub nomine neſcio cuius Leonis Papae ſcripti, vbi dicitur, *Coenobium Horreenſe a Modwaldo Trevirorum Archiepiſcopo, ſubminiſtrante B. Modeſta, filia ſororis ejus . . . . . . ad divini cultus officium reſtauratum poſt deceſſum B. Irminæ, quæ prima hunc locum provehendum ſuſcepit: Vbi cum manifeſto dicatur ante Modeſtam præfuiſſe Irminam, et hanc conſtet Modoaldo fuiſſe ſuperſtitem,* ne quis ex hoc capite ſcriptum ſuppoſititium arguat, quas Modoaldi ac Modeſtae regimen in vnum conſlentur tempus; cenſet ipſe priuilegii verba ſic intelligenda, vt quod ibi dicitur feciſſe Modoaldus, id eſt reſtauraſſe monaſterium quod pridem Irmina conſtitue-

Et Horreenſi Abbatiſſam dediſſe Modeſtam,

neptem ſuam ex Auendenſi coenobio,

conſtituerat, id fecerit *non* quidem *per ſe*, *ſed per Modeſtam a ſe pie quondam inſtitutam.* Pag. edit. IV.

20. Receptibilisne haec ſit euaſio, vt Priuilegium iſtud credatur ſincerum ac genuinum Leonis II. aut III. diploma, viderit Maſenius: mihi ſane non videtur: atque vt hic adeo turpis anachroniſmus abeſſet, ipſum non modo interpolatum cum Browero, ſed prorſus fictitium eſſe arbitror, ab initio ad finem. Sic enim incipit: *Ego Leo Vicarius S. Petri Principis Apoſtolorum, meritis quidem impar, vice tamen ipſius dignitate Romani fungens Præſulatus.* Finit autem: *Quod tanta auctoritate ſubnixum ut in æternum ſtabile permaneat ac fixum, in nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, ſanctique prædeceſſoris Petri et omnium Electorum Dei; æterno ſervetur damnandus judicio, ſi quis Prælatus tanto hic commorantes exinaniverit privilegio. Fiat, fiat. Amen, Amen.* propter breve Leoni Papae affictum. Pag. edit. V.

Exiſtimo, quod figmenti huius fabricator Leonem II. intelligi voluerit, anno DCLXXXII. vix vndecim menſium Papam, quando iam mortuam arbitrabatur Irminam, fortaſſis et Modeſtam. Plane etiam mihi perſuadeo, quod idem ſuo hoc figmento credulum nimis ſcriptorem Ordulphum induxerit, ad Modoaldum Horreenſe fundationi admiſcendum: qui ſi reuera habuit in Auendenſi S. Romarici coenobio neptem, potuit ea per Irminam Treuiros adducta fuiſſe, monaſticae diſciplinae magiſterium nouo coetui ipſique Irminae adhuc iuuenculae praeſtitura, et ſic velut conſundatrix habita, titulum Abbatiſſae meruiſſe apud poſteros: ſed non potuit a S. Gertrude, ipſa quae haec obiit hora die XVII. Martii anno DCLIX. viſitata fuiſſe in monaſterio Horreenſi, necdum condi coepto. Rectius credentur duae fuiſſe Modeſtae,

21. Malim igitur opinari duas Modeſtas a poſteris in vnam perſonam confuſas fuiſſe, quarum vna ex Auendenſi monaſterio adducta Treviros, ſub S. Irmina monaſterium rexerit Prioriſſa, et in Horreo ſepulta nunc colatur vt Sancta. Quam ſi quis omnino velit Abbatiſſam Horreenſem dicere poſt Irminam, ei ego non repugnabo: quia nihil inuenio quod cogat Anaſtaſiam Irminae immediate ſuffectam aſſerere: aſſentiar autem etiam facilius, ſi non etiam ſuſtineatur quod ipſa fuerit S. Modoaldi neptis; quia hoc difficilius creditu facit huius aetas, quem ſcimus Concilio Remenſi interfuiſſe Epiſcopum, et hoc concilium celebratum fuiſſe anno DCCXXIV. demonſtratur in Diatriba pag. 195. Altera Modeſta, eademque veroſimilius S. Modoaldi neptis, Praelaturam geſſerit in fundato per Auunculum S. Symphoriani monaſterio, (quod quia ad- quarum iunior S. Irminae monaſterium,

Pag. edit. V.

S. Symphoriani rexerit ſenior eademque S. Modoaldi neptis.

huc vnicum erat Treueris cum moreretur Gertrudis, bene potuit *Treuirenſe* ſimpliciter nuncupari) et S. Gertrudem ibi habuerit a morte conſpicuam. Sed tunc vel Epiſcopus ciuitatis, cui ſuam illa narraſſet viſionem, non eſſet S. Clodulphus Metenſis, cuius fratri Anſegiſo nupta recenter erat S. Begga ſoror ipſius S. Gertrudis, vel potius ad vocem *ciuitatis* addenda vox *Metenſis*. Sane quam facile Crodulphus iſte potuit ob ſua quaedam negotia tunc fuiſſe Treuiris; tam facile labi potuit aut ſcriptor Niuellenſis in Belgio, exiſtimando eum qui Epiſcopus erat, et cui haec Treuiris narrabantur, fuiſſe ipſius Treuirenſis ciuitatis Epiſcopum; aut ſcriptae ab illo Vitae tranſcriptor, omittendo vocem *Metenſis*, de qua dubitabat an non eſſet per errorem ſcripta pro *Treuirenſis*.

C A P V T II.

DIPLOMA HORREENSE SVPPOSITITIVM CVM SAN-MAXIMINIANO INDVBITATO CONFERTVR: QVOD AD STYLVM ET FORMVLAS.

Verae chartae Dagobertinae genuinum ecgraphum,

22. Praemiſſis ſuppoſitiſque rationibus, quae noſtram de S. Irmina ſententiam firmant, et alienam refellunt; veniendum eſt ad totius fabulae principium et caput, ipſum ſcilicet Horreenſe diploma: quod non ſatis eſt veroſimiliori chronologiae dixiſſe contrarium (non enim chronologiae monumenta, ſed monumentis confirmanda eſt chronologia, vt ſolida ſit) verum oſtendi debet, ipſum tale eſſe, vt, quamuis characteres temporum omnes eſſent abſque errore poſiti, nequiret tamen haberi pro vero Dagobertini temporis ſcripto, ſed deberet poſt multa deinde ſaecula et ſcriptum et compoſitum credi. Hoc vt facerem occaſionem dedere Annales San-Maximiniani, ab Alexandro Wiltheimio accuratiſſime elaborati, et ex voluntate eruditiſſimi auctoris a me ſtudioſe perlecti: quos licet nunc demum, cum ſopita eſt diuturna inter Archiepiſcopum et Abbatem controuerſia, publicae luci dandos ſperem, hic tamen quid ex iis profecerim gratanter Lectori exponendum puto. Habet Imperiale iſtud coenobium, ſuum adhuc archiuum optime conſeruatum; in eoque originalia, et quae in ſuſpicionem ſuppoſitionis interpolationiſue vocari, ne queant diplomata tot antiqua, quot forte alibi extant nuſquam. Nam in San-Dionyſiano prope Pariſios monaſterio, quamuis multa ſint, tum

Dagoberti

PRIVILEGIVM DAGOBERTI I. R. FRAN. PRO MONASTERIO S. MAXIMINI TREVIR.

In nomine patris & filii et sp̄s sc̄i omnium xp̄ianorum nouerit industria qualiter ego dagobertus rex potentissimus cum consentienti consilio episcoporum meorum comitumque legatos de mea parte ad abbatem meum misi annuo direxi mandans ei ut diligenter inquireret mihique per seipsum dicaret quibus auctoribus illud monasterii sancti maximini constructum vel cuius imperio a pristinis temporibus esset subiectum hanc legationem abbas cum fratribus sollicite percipiens

Hactenus tres priores lineæ originalis membranæ, quæ ferme quadrata est: aliæ quindecim forma litterarum et linearum distantia, ac longitudine per [[definita paressunt.

post has sequitur subsignatio Regis et Cancellarii hac forma nisi quod penultimum verbum referri debeat ad priorem lineam

actum pridie nonas aprilis anno regni nostri XII mogonciæ feliciter amen

signum [D R B S] dagoberti regis heriveus cancellarius advicem ricolfi archicapilani recognovi



SPECIMEN PRIVILEGII HORREENSIS

sub eodem Rege ut prætenditur conscripti suæque fictionis evidentia indicia continentis.

Fragment. Sigilli Heinrici



in nomine sc̄e et indiuiduæ trinitatis dagobertus diuina preordinante prouidentia rex

INITIVM PRIVILEGII HENRICIANI

Anno MLXXXVII dati pro Basilica S. Servatii Trajectensis ex originali membrana quæ in Archivio Capituli asservatur.





in nomine sancte et indiuidue trinitatis et uictoriosissime crucis et sancte dei genitricis marie Henricus dei gratia

...dem litteris, sed paululum minoribus, exprimitur Signum Domini Henrici Quarti Regis et Imperatoris (Monogramma nominis, quod hic contractum vides, duos pollices per omnem dimensionem adæquat) Sigilli fragmen, quod restat, supra loco vacanti expressimus.

Pag. edit. V.

huc
renſ
cuan
non
erat
add
qua
Niu
Tre
ſcri
dub

S. Symphoriani rexerit ſenior eademque S. Modoaldi neptis.

D

2

Verae chartae Dagobertinae genuinum eegraphum,

br
ſa
lc
li
t
v
e

Dagoberti fundatoris, tum ſubſequentium primae ſtirpis Regum; nullum eſt tamen quod originale, pauca quae poſſint ſincera credi. In iſtis autem San-Maximinianis primum et antiquiſſimum eſt Dagobertinum, quod Zylleſius verbatim exhibet, cum ſigno et ſigillo Dagoberti I. ad verum expreſſis. Eo non contentus Wiltheimius, ipſam membranam curauit transferre in paris magnitudinis chartam, et veteres characterum formas in ea ſic excepit ad viuum, vti volebat totum tam venerandi monumenti contextum aeri inciſum expandere, et oculis ſui lectoris ſubiicere. Contextus ipſe talis eſt:

Pag. edit. V. AVCTORE D. P. ab Alexandro Wiltheimio accepimus, quod hic datur.

23. *In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. omnium Chriſtianorum noverit induſtria, qualiter ego Dagobertus Rex potentiſſimus, convenienti conſilio Epiſcoporum meorum Comitumque, legatos de mea parte ad Abbatem Memelianum direxi, mandans ei, ut diligenter inquireret, mihique per ſeipſum indicaret, quibus auctoribus illud monaſterium S. Maximini conſtructum, vel cujus imperio a priſtinis temporibus eſſet ſubjectum. Hanc legationem Abbas cum Fratribus ſolicite percipiens, perlectiſque in eodem loco quibuſdam vetuſtiſſimis chartis; inventum eſt ipſum monaſterium Conſtantini Imperatoris fuiſſe regale palatium, atque juſſu ejus dedicatum fore in honore S. Ioannis Evangeliſtæ a S. Agritio venerabili Archiepiſcopo. In quo videlicet templo, ut idem Pater noſtræ Regalitati certa relatione patefecit, Helena ſacra famula petente et ſavente, ſupradictus Imperator pauperes Chriſti congregavit, eiſque virum Dei Ioannem præpoſuit, ut in ſervitio Dei ſemper vacarent, et pro ſe orationibus inſiſterent: et inſuper illius loci habitationem aliæ perſonæ noluit ſubdere, niſi ſuæ ſucceſſorumque Imperatorum poteſtati. His rebus ita eſſe firmiter intellectis, regio more conſtituo atque firmiſſima juſſione præcipio, ut nullus umquam proterve illud monaſterium, in quo Abbas ſupradictus præeſſe videtur, audeat inire vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut aſſidue recordatio mei meorumque parentum maneret in prædicto monaſterio, ipſorum S. Maximini præbendariorum victualia ſub præmemorato Imperatore conſtituta, additis mea ex parte prædijs augere curavi: quorum nomina ſunt hæc: Kannis, Creſſiacum, Lunewich, Regiodola, Vallis-Polich, Budeliacum, Talevant, Loavia. Hæc loca ad Regiam Curtem, quæ dicitur Decima, pertinent: quam Curtem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, hoc eſt quidquid prædii viſu ſum habere, a fluvio qui nuncupatur Rubeca uſque ad ſilvam quae dicitur Sedes, S. Maximino Præſuli in perpetuam hereditatem contradidi. Inſuper etiam, cum conſilio et rogatu meorum Principum, catervis inibi Deo deſervientibus hanc legem firmiter ac perpetualiter in poſterum habendam,*

Pag. edit. V.

dam, decrevi; ſcilicet ut centenorum ibidem ſumma Monachorum ſemper integra maneat et inconvulſa; excepto ſi Imperatorum Principumve per ſecula ſuccedentium benevolentia prædiis augmentetur vel theſauris. Et ſi propter paganorum vel infidelium Chriſtianorum devaſtationem, eisdem Chriſti ſervitoribus penuria ultra modum ingruerit, et per theſauri effuſionem expelli nequiverit, Dei omnipotentis et mei meorumque ſucceſſorum habeant licentiam, alodium et familiam a fidelibus illic contraditam dandi et vendendi, antequam Dei deſtruantur ſervitia. Et ut iſtius chartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, et noſtro ſigillo eam inde firmavi. Actum pridie Nonas Aprilis. Anno regni noſtri XII. Moguntiæ feliciter. Amen.

Signum ✠ Dagoberti Regis

Heriveus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archicapilani.

VI. AVCTORE D. P.

quod ſub Ricolfo Archicapel. ſcriptum,

24. *Heriueus*, inquam, non *Henricus*, vti legit Zylleſius; de quo non attinet plura quaerere, cum Cancellarii titulus, qui nunc inter togatos ſupremus eſt, tunc inferioris ordinis fuerit. De Ricolfo Archicapellano iuſtius petitur notitia plenior, quoniam eius ſummum munus erat in recognoſcendis ſignandiſque priuilegiis, immo in tota Capella regia, id eſt, Clero ad palatium pertinente, ad quem ſpectabant etiam Cancellarii. Omnia vero circumſpicienti occurrit *Ricolfus Colonienſis Archiepiſcopus*, in ordine deceſſorum ſucceſſorumque ſuorum ideo fortaſſis relatus ad tempora Caroli Magni (cum alias eius aetas et acta in obſcuro laterent) quod ad illa tempora ſpectet *Richulfus Archiepiſcopus Moguntinus, ex Archicapellano Palatii et Conſiliario Caroli Magni*, vt aiunt Sammarthani, ordinatus ann. DCCLXXXV. idemque legationibus obitis, conciliiſque celebratus notiſſimus: quod in cauſa fuiſſe videtur, cum qui Colonienſis fuerat cum ipſo confundendi, etſi forſitan ſaeculo integro anteriorem. Expendant eruditi viri, an recipi huiuſmodi coniectura mereatur. Annus in priuilegio notatus Regni XII. fuit, in Auſtraſia videlicet, quo anno Moguntiae fuiſſe Dagobertum, veroſimile facit *pactio*, tunc *cum Auſtraſiis firmata*, de totius Imperii Francici diuiſione inter duos Dagoberti filios. Erat is annus Chriſti DCXXXIII. quando idem Dagobertus numerare poterat annum regni in Neuſtria et Burgundia quintum, monarchiae vero mortuo Choroberto ac filiis in ipſum deuolutae quartum: ratione cuius triplicis regni merito *Rex potentiſſimus* dicitur, et trifidum ſceptrum aſſumtum videtur, de quo plura alibi dicta ſunt. Dubitauimus fateor ad Vitam S. Baſini, IV. Martii, eſſetne Dagoberti I. an

eſſe Dagoberti I. probatur.

an II. diploma iſtud, quia tempus Memiliani Abbatis ignotum nobis erat, nec ex ipſo contextu eruere poteramus aliquid, vnde certior fieret coniectura. At nunc, poſtquam ipſos litterarum antiquarum ductus videre licuit, adeo mirabiles et implexos, vt niſi olim legiſſent maiores et legibilia exempla deſcripſiſſent, vix quiſquam eos aſſequi poſſet; omnino perſuaſi manemus, eſſe Primi, quandoquidem tempore Secundi cultior aliquanto ſcriptura fuerit vſitata. Accedit quod in San-Maximiniano obituario ad XIV. *Kal. Februarii* notetur *obitus Dagoberti Regis*, tamquam benefactoris: atqui non Secundus ſed Primus Dagobertus iſto die obiit: qui etiam cum eſſet ſtudioſus aemulator Conſtantini Magni, credi poteſt hac potiſſimum de cauſa motus fuiſſe, vt inquireret adeo curioſe, *quibus auctoribus monaſterium S. Maximini extructum fuiſſet;* vt ſcilicet, ſi, quemadmodum fama ferebat, auctores eius probarentur, Helena atque Conſtantinus, ipſi hoc nomine bene faceret. Qui autem Abbates, et quo ordine monaſterium iſtud rexerint, in praecitatis Annalibus ſperamus clarius deductum videre. Audiamus interim Horreenſis diplomatis tenorem, in Additamentis Tomi I. productum a Maſenio, hic autem neceſſario reſcribendum, vt vtriuſque ſtyli ad inuicem collatio huius prae iſto nouitatem manifeſtiorem faciat, et conſiderationibus reliquo hoc capite faciendis viam ſternat. Eſt autem talis. Pag. edit. VI.

25. *In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis, Dagobertus divina præordinante providentia Rex. Si eccleſiaſticis negotiis, et ſervorum et ancillarum Dei utilitatibus quæque neceſſaria providerimus, et de noſtris rebus aliquod beneficium conferre ſtuduerimus; id nobis ad temporalis noſtri regni ſtatum, et æternum promerendum præmium, incunctanter credimus profuturum. Comperiat ergo omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, præſentium et futurorum induſtria, quia rogatu dilectæ Conjugis noſtræ Reginæ Nanthildis, monaſterio in Treverica valle, in honore ſanctæ Dei Genitricis, ab Irmina filia noſtra conſtructo, et ſanctimonialium coadunatione decorato, ex rebus proprietatis noſtræ in pago Murlenſe, in Marca Burenſe, has villas Machera, Cornibe, Baldebruno, Hildenisheim, Waleheim, Speia [cujus termini incipiunt in Diſenidene, et ſic ubi agri coli poſſunt, et ſic uſque Entire, et inde in ripam Dinkolter, et inde ſurſum ripam uſque ad Aldenfalkenborne, et ſic uſque Spalden, et inde ad viam quæ ducitur Retwech uſque Richenheiden, et inde inter ſilvam de Cameric et Breitenwiſen, et ſic inferius uſque Beiheiden, et inde uſque Engelmannescuren et ad fontem S. Humberti, et ad Engelburne, et ſic uſque ad Altenbuche, et inde per rectam viam uſque ad Odenburne uſ-* Horreenſe autem diploma oſtenditur habere

Pag. edit. VI. *que ubi Bure terminatur, et inde in Giſenhelden uſque ad ripam quæ cadit ſuper molendinum, et inde uſque Engelgere, et ſic ſuperius uſque viam ſaxorum, et inde uſque Fredebertiſciben, uſque in Renum Bruniche,]* cum *terris cultis et incultis, vineis, molendinis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, viis et inviis, exitibus et regreſſibus, et quidquid habuimus, legali auctoritate, contradidimus: ea ſcilicet conditione, ut pauperes Chriſti, inde in reliquum temporalia ſubſidia habituræ,* æternæ vitae ſubſidia *nobis ſupplicationibus ſuis apud Deum poſſint præparare. Præterea fidelibus noſtris tam præſentibus quam futuris, notum fieri volumus, qualiter dilectiſſima filia noſtra Irmina allodium ſuum, quod in Laudunenſi Epiſcopatu, in his locis, Luduſa, Ancia, Balbengeis, Wartengeis, cum omnibus appendiciis, ad eadem loca juſte et legaliter pertinentibus, a ſponſo ſuo, Hermanno ſcilicet Comite, in dotem legali traditione ſuſcepit, pro remedio animæ ſuæ et prædicti ſponſi ſui, ad idem monaſterium, quod vocatur Horreum, cum XL. manſis in ipſa Treverica valle ſitis, et extra urbem iſtis villis, Ornava, Muntzenſeldt, Villarei, Rcutzourt, Winterſtorff, Rubera, per noſtram manum cum omni integritate contradidit; ea ſcilicet ratione ut ſanctimoniales inibi Deo ſanctæque Genitrici ejus perpetualiter famulantes, in eiſdem bonis nullius perſonæ, magnæ vel parvæ, violentiam patiantur; ſed victum et veſtitum inde ſemper abſque omni inquietudine conſequantur. Et ut hæc præſens traditio, tam ſua quam noſtra, ſtabiliorem in Dei nomine ſemper poſſit habere firmitatem; præceptum hoc inde conſcriptum manu propria ſubter firmavimus, et ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Actum anno DCXLVI. Incarnationis Dominicæ, Indictione IV, ſept. Kal. Sept. [per manus Grimoaldi Maioris-domus] anno regni Domini Dagoberti II. [Actum] Treviris in nomine Domini feliciter. Amen.*

Signum Dagoberti Regis ✠.

longe poſterioris aeui ſtylum. 26. Hactenus Horreenſe diploma: cuius, vt ipſi vidimus et teſtatur Maſenius, duplex, ſed eadem manu ſcriptum, ſeruatur exemplum; alterum paulo breuius (in quo ſcilicet deſunt loca, a Maſenio praetermiſſa, et hic [] incluſa) ſcriptum in obſoletiore pergameno, cui adhaeret ſigillum: alterum, quod in Diatriba exhibuit Henſchenius, quodque eadem prorſus manu ſcriptum in mundiori pergameno nec ſigillum nec ſigilli veſtigium exhibet, ſed habet illa quae ſecluſimus verba, et a Treuirenſibus aeque habetur pro Dagobertino; qui obſoletioris nitidiorisue pergameni differentiam dicebant, non ex eo prouenire, quod alterum altero

eſſet

eſſet poſterius, notabili longioris temporis interuallo; ſed quod poſtremum, velut deficiente ſigillo minus legitimum, parcius tritum fuerit legentium et examinantium manibus, quam primum, ſaepe in iudicio productum. Nunc legat, qui volet, temporis Henriciani diplomata, donationeſque ſub huius nominis Imperatoribus factas; comperietque tum exordium vbique ſimile huic Horreenſi, tum limitum accuratiſſime et ſigillatim nominandorum ſollicitudinem, tum locorum inibi expreſſorum nomina nominumque orthographiam, tum appendiciarum omnigenarum deſignationem, tum denique traditionis et confirmationis formulas aliaque innumera prorſus talia qualia in hoc Horreenſi diplomate videntur, et quae in progreſſu huius tractatus, ſparſim indicamus; variorum diplomatum falſorum exemplis, verorum auctoritatibus vſi, ne ſi vnum hoc Horreenſe ſaxum toto hoc diſcurſu volueremus, faſtidio eſſet lectori prolixitas quam econtra varietas oblectabit. Pag. edit. VI. et VII.

27. Henriciani aeui diplomata, tranſcripta vel impreſſa, inueniuntur tam multa, vt iis vel alicui eorum integre tranſcribendo immorari operae pretium non ſit; vnius tamen initium ac finem accipe ex Zylleſio part. 3. pag. 41. quod eſt Henrici III. Imperatoris de anno MLVI. *In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis Henricus, divina ſavente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si locis divino cultui mancipatis alicujus honoris et augmentationis ſublimentum præbuerimus divinitus nobis remunerari procul dubio credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, præſentium ac ſuturorum, ſolers comperiat ſagacitas, quomodo etc. . . . . Et ut hæc noſtra Imperialis donatio ſtabilis permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigillare precepimus . . . .* Henricus autem IV. ſequentem mox ibidem Bullam ſic finit: *Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum et ſtabile permaneat, manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Data anno Dominicæ Incarnationis MLXV. Indictione III, anno autem Ordinationis Domini Henrici Quarti Regis XII. regni vero IX. Actum Treviris in Dei nomine feliciter. Amen.* Similia ſunt omnia eius temporis diplomata, formulis eadem, verbis nonnihil variantia, quibus ſuum Dagobertinum adaptauit Horreenſis chartae fabricator.

28. Quod attinet ad formulam inſtrumentorum publicorum, *In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis* ſcribendorum; eo non modo non obtinuit ſub primae ſtirpis Regibus, ſed neque ſub Carolo Magno coepit. *In nomine Patris et Filii et Spiritus ſancti* ſcripta ſunt, quotquot Inuocatio ſanctae et indiuiduae Trinitatis

 vſpiam

Pag. edit. VII.

vſpiam extant ante Carolum indubitata diplomata et ipſius etiam Caroli. Si qua aliter inchoata oſtenduntur, fidem non faciunt, vtpote aliis quoque indiciis ſuam falſitatem prodentia. Sic ad calcem Monumentorum Paderbornenſium vnum ponitur datum eccleſiae Oſnabrugenſi, ſub ſigillo vetuſtate detrito et *data* XIV. *Kal. Ian. anno* III *Chriſto propitio Imperii .... Indictione* XI. *Actum Aquis palatio publico in Dei nomine feliciter. amen.* Aſt aliud quod ibidem ſubiungitur, ſub data anni ſequentis *Aquisgrani palatio*, praemiſſa *Sanctæ et individuæ Trinitatis* inuocatione, ſi cum priori conferatur, multis modis ſtylum praefert aetatis poſterioris, et inſignes complectitur nugas, de obligatione ſuſcipiendae in Graeciam legationis, impoſita eccleſiae illius Epiſcopo, *ſi forte contingat ut Imperator Romanorum vel Rex Græcorum conjugalia foedera inter filios eorum contrahere diſponant*, eo quod *in eodem loco Græcas et Latinas ſcholas in perpetuum manere ordinavit* Carolus, ideoque *confiaat numquam ibi defuturos Clericos utriuſque linguæ gnaros.* An pro *Aquis palatio* Carolus vnquam ſcripſerit *Aquisgrani palatio*, diſputent alii, et multa quae circa contextum praetenſi huius diplomatis quaeri poſſent: vel ſola ſigilli annularis forma, longe alium Caroli vultum exprimens, quam eum Eginhartus in Vita deſcribat, ſufficit fictioni conuincendae. Sed hac de re commodius agetur infra, propoſito vero atque germano eiuſdem ſigillo ex San - Maximinianis tabulis.

non niſi in fictitiis diplomatis inuenitur,

29. Poſſem aliorum Carolo Magno attributorum, et ab inuocatione Trinitatis coeptorum diplomatum exempla proferre, ſimul et eorum retegere vitia: ſed credo fidem mihi habendam, ſi dixero examinaſſe me plura; et cum nullum non vitioſum inuenirem, quod tali inchoaretur initio; ſtatuiſſe omnino verum eſſe, quod Carolus Magnus ſolitus fuerit ſua diplomata aliter, vt dixi, inchoare. Ludouicus Pius, Caroli filius, primus mihi fuiſſe videtur, qui mutata formula ſcribere coepit, *In nomine Dei et Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti;* Ludouicum patrem auumque Lotharius Imperator et Ludouicus Iunio ſecuti, idem vſurparunt, vel ſcripſerunt, *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni*, vel ſimile quid. Aſt vero Ludouicus, Ludouici pii filius alter, Germaniae Rex, eiuſque frater Carolus Caluus poſtea Imperator, elegerunt, et quidem quantum cenſeo primi, ſcribere *In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis.* Secutus exemplum eſt Carolus Craſſus; exindeque ea formula obtinuit adeo vniuerſaliter, vt etiam qui pro temporibus multo anterioribus ſupponenda diplomata componere praeſumebant, nihil ſe acturos plerumque crederent niſi ſic inchoarent, neſcientes aliud aliquid in vſu vnquam

vſque poſt Ludouicum Pium.

quam fuiſſe. Idem Horrenſis diplomatis, fabricatori contigit: qui dum etiam annos Indictionis Romanae numerandos eſſe putauit, ſatis oſtendit ignotum ſibi quoque eorum numerandorum principium eſſe. Numerabant illos Imperatores Romani poſt Conſtantinum et ſub iis Romani Pontifices; ac denique Longobardorum Reges in Italia, eundem vſum amplexi, tenuerunt. Francis primae ſtirpis ignotae Indictiones fuere; nec in ſecunda ſtirpe receptus earum vſus prius fuit, quam Carolus Magnus, Romanus Imperator creatus, congruum duxit Romanorum Imperatorum eatenus ſeruatam conſuetudinem ſequi. Idem annos ſui Imperii numeraturus, addere coepit *Chriſto propitio:* neque contentus finire apprecando *feliciter*, ſcripſit *in Dei nomine*, aut *in Chriſti nomine feliciter. Amen.* Quae ſi inuenias in chartis, maiorem vetuſtatem et nomina Regum primae ſtirpis ferentibus, ſcito cauendum eſſe, ne eas pro genuinis ſincerisque recipias.

Pag. edit. VII.

Indictionis annos Carolus M. cum Imperio recepit.

30. De anno Chriſti incarnati quaeſiturus, quandonam is primum acceſſerit diplomatis Francicis; ſuſpicor initium aliquod ei rei datum poſt mortem Theodorici vltimi anno DCCXXVII. ſub Carolo Martello; qui neque defuncti filium curauit coronandum, vt is nudum ſaltem titulum regni gereret; neque ipſe, qui poteſtatem regiam vſurpauerat pridem, titulum quoque voluit vſurpare. Non habentes igitur Regem, cuius annis ſignarent Acta publica, et videntes apud Hiſtoricos aeram Chriſti, eo commodiorem, quo poſſet ad omnes Chriſtianos extendi, coeptam vſurpari: quid poterant aptius facere, quam ſimilem annos numerandi modum aſciſcere? Itaque ſi aliud nihil obſtaret, hanc grauate admitterem, pro ſinceris Synodi Ratisbonenſis Acta, ſic ordientia: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ego Karlomannus Dux et Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini* DCCXLII. II.*Kalend. Maji, cum conſilio ſervorum Dei et Optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt cum Presbyteris ad Concilium et Synodum pro timore Chriſti congregavi* ..... *Itaque per conſilium Sacerdotum religioſorum et optimatium meorum ordinavimus per civitates Epiſcopos, et conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifatium etc.* Sed cum haec omnia excedant poteſtatem ſecularem, et Principem laicum faciant conuentui eccleſiaſtico praeſidere, eaque ordinare quae diſciplinam et correctionem cleri ac monachatus concernunt, abſit vt ea habeamus pro genuinis: multo minus Acta Synodi Sueſſionenſis, quae *In Dei nomine et Trinitatis anno* DCCXLIV *ab incarnatione Chriſti, ſub die* VI *Nonas Martij et luna* XIV, *in anno* II. *Childerici Regis Francorum*, promulgare fingitur Karlomanni frater *Pipinus, Dux et Princeps Francorum*, circa eamdem materiam aliaque

Annus Chriſti, forte ab anno 717 ad 743 notari coeptus, quia Rex nullus erat,

non ſatis probatior ex Actis Synodi Ratisbonenſis aut Sueſſionenſis.

Pag. edit. VII. pure eccleſiaſtica. Extant ea quidem in vulgatis Conciliorum collectionibus, aeque ac alia ſpuria non pauca, ſuiſque Annalibus haud indigna Baronius cenſuit: ſed, quod ſalua tanti ſcriptoris reuerentia dictum ſit, ſeueriori fuerant examine ponderanda, nec propter eam quam praeferunt ſpeciem vtilitatis, ſtatim recipienda.

31. Interim cenſeo annum Chriſti, ſi fuit coeptus notari a Francis tempore ſeptennii inter Theodorici mortem et Childerici coronationem medii (quod vellem exemplis certis doceri poſſet,) rurſum plane ceſſaſſe ſub Childerico, quamdiu ille Regis titulum geſſit; proinde ſicut Sueſſionenſium Actorum fictio ſe prodit per lunam, principio annotatam, praeter omnem publicorum Actorum formam; ſic et ſuſpectam ſe reddit per annum Chriſti, anno Regis adiunctum. Poſtquam vero Francorum Regnum a Merouingicis ad Carolingos translatum fuit, iamque per annos regni ipſorum ſignarentur Acta, ſatis id fuit Pippino Regi, Carolo, Ludouico, Lothario Imperatoribus: nec eorum quiſquam inuenitur annum Chriſti notaſſe, niſi in iis ſcriptis, quorum mala fides multis etiam aliis argumentis ſe prodit. Talia ſunt plurima quae alias legimus apud Alexandrum Wiltheimium ex Chartulario tranſcripta coenobii Gorzienſis, in quorum vno poſt *ſignum Hludovici ſereniſſimi Regis* ſunt ſubſcripta haec verba: *Ego Durandus ad vicem Helizaar recognovi. Data* X *Kalendas Aprilis, anno ab incarnatione Domini* DCCCXV., *Indictione* VIII, *Epacta* VII, *Concurrente* II. *anno vero* II *regni Hludovici Imperatoris. Actum Aquisgrani palatio regio feliciter. Amen.* Vides non ſolum expreſſos annos Indictionis et Chriſti, ſed etiam numerum Concurrentis et Epactae: quarum tamen nullus vnquam vſus fuit in huiuſmodi ſcripturis regiis, immo nec in politicis ac publicis vllis, quod ego quidem ſciam. Notabile porro eſt, quod omnia diplomata Gorzienſis iſtius Chartularii ſic ſint interpolata, vt etiam in iis quae ante Carolum Magnum condita deſcribuntur, inuenire poſſis annos Chriſti notatos, et Concurrentes atque Epactas vbique ſignatas, quaſi per haec ſalua eſſent omnia ad fidem obtinendam.

[Margin: et VIII. AVCTORE D. P. — Talis anni numerum neque Carolo Magno, neque Ludovico Pio, aut Hlothario Imperat. vſurpatum.]

32. Aſt nihil eiuſmodi habent ſincera Ludouici Pii ſcripta in San-Maximiniano Archiuo et Annalibus inde collectis, quae omnia *Durandus Diaconus ad vicem Heliſachar recognovit, anno, Chriſto propitio, Imperii Domini* Hludovici, piiſſimi Auguſti III, IV, V, VI et XI. Indictione IX, X, XI, XII et II. Eadem teſtandae recognitionis forma, ab eodem Durando vicem Helizachar Archicapellani gerente plerumque vſurpata, inuenietur, tum in duobus inſtrumentis Benedicto Andegavenſi expeditis Salmantiaci in agro Laudunenſi atque Compendii, et a prae-

a praelaudato Wiltheimio tranſcriptis, tum in altera apud Beslium de Regibus Aquitaniae in probationibus pro anno Imperii IV. ex Tabulario Lemouicenſi pag. 18. tum alibi ſaepius. In quibus omnibus cum ſemper vnus idemque inueniatur modus inchoandi, *In nomine Dei et Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti*, vnus item idemque ſignandi et finiendi modus iam expreſſus, et nomen ſemper inchoetur per H. quod et Regium monogramma, et ſigillum principaliter repraeſentat; non poteſt mihi non eſſe ſuſpectum, vnum quod prae aliis omnibus Zylleſius protulit, in quo ſemper ſcriptum *Ludovicus* abſque H. idque ſub inuocatione *Sanctæ et individuæ Trinitatis*, abſque nota *Indictionis*, et Durandus (*Donandum* perperam legit Zylleſius) Diaconus recognouit, non ad vicem Heliſacharis vt alias, ſed quaſi propria auctoritate. Interim tam eſt verum, quod ante Caroli Magni nepotes nullus Francorum Regum aut Imperatorum annos Chriſti notauerit, vt nec nepotum praecipuus Hlotharius eamdem inueniatur vſurpaſſe, cuius rei exemplum videbitur infra num. 51. vbi dabitur integrum de villa Bettinga priuilegium, etiam aeri inciſum. Pag. edit. VIII.

33. Primus inter eos ſub quorum poteſtate Treuiri fuere, qui ſignate annum Chriſti expreſſerit, (quantum hactenus quidem ſcrutando cognovi) fuit Lotharius Hlotharii Imperatoris filius tertio genitus: cui attributa a ſuo patre pars regni, Lotharingiae appellationem a nomine eius obtinuit. Hic autem Lotharius reſumſit veterem inchoandorum diplomatum formulam, *In nomine Patris et Filii et Spiritus ſancti*, et in favorem San-Maximiniani monaſterii *Chartam ſcribi et annuli impreſſione muniri* iuſſit, cuius ectypo infra exhibendo inuenies haec verba ſubiecta *Ego Grimlandus ad vicem Adventii Archicapellani recognovi.* (Erat is Adventius Eccleſiae Metenſis tunc Epiſcopus) *Data Metis civitate*, XVII. *Kl. Maii*, *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCLXVIII, *Indictione I. anno Sereniſſimi Regis Lotharii* XV. *in Dei nomine feliciter. Amen.* Lotharii Regis Fratres Karolus et Ludouicus annis Chriſti notandis iterum abſtinuerunt: in Germania reſumta citius conſuetudo eſt illius notandi, et in perpetuum ſtabilita: in Francia ante annum Chriſti MLX. nemo invenitur ex Regibus vſque ad Philippum I. annos Chriſti notauiſſe, ne quidem in San-Dionyſiano chartulario, cui tamen Indictionis annos ferme vbique inſartos reperias. Vnde colligi datur, vetuſtiorum Regum chartas ibidem nunc aſſeruatas, vel ante ipſius conſuetudinis inductae tempus fuiſſe tranſcriptas et interpolatas; vel earumdem ſcriptorem interpolatoremque de induſtria abſtinuiſſe ſignandis Chriſti annis, gnarum quam id eſſet ab antiquioris temporis vſu alienum: Indictiones autem notauiſſe,

Primus apud nos ſcribere coepit Lotharius Rex:

quod Franci circa 1060. etiam receperunt.

Pag. edit. VIII.

notauiſſe, quod putaret eas etiam a primis Francis fuiſſe obſeruatas, vtpote inſtitutas a Conſtantino primo Imperatore Chriſtiano.

Praedictis accedit alia conuictio contra dipl. Horreenſe,

34. Haec porro de initio notandorum in diplomatis Regiis annorum Chriſti et Indictionis, non ideo tam accurate deſcripta hic ſunt, vt Maſenii obiectioni fiat ſatis: ſed ad maiorem et euidentiorem lectoris inſtructionem: cui de hac veritate propter multitudinem vitioſorum diplomatum, tales annos notantium, forſitan poſſet oriri dubitatio, an non aliquando antiquis iſti Reges tales annos notauerint; cum conſtet Dionyſium exiguum, Chriſtianae Aerae inuentorem primum, floruiſſe circa annum DXXXIII. et S. Willebrordum ad ſuum Kalendarium propria manu, ſignaſſe ſui aduentus in Franciam, ordinationis in Epiſcopatum, et memoriae iſtis deſcriptae annos ab incarnatione Domini DCXC, DCXCV. et DCCXXVIII; atque huiuſmodi temporariam tabulam deſcribi iuſſiſſe vſque ad annum DCCXCVII. Venerabilem denique Bedam, qui anno DCCXXXV. e viuis abiit, ſcimus ſuae hiſtoriae Anglicanae annos Chriſti intexuiſſe, tamquam rem ſuo tempore vſitatam ſaltem apud eruditiores monachos. Propius ad arguendam Horreenſis ſubſcriptionis falſitatem faciunt haec verba, alteri exemplarium inſerta, *per manus Grimoaldi Maioris - domus:* quia Grimoaldus B. Pippini Senioris filius, SS. Gertrudis et Beggae frater, non geſſit titulum Maioris-domus in Auſtraſia ante obitum patris, id eſt non ante annum DCXL. In Neuſtria vero, *cum Regina Nanthilde, quam Dagobertus reliquerat, regebat* Palatium *Ægа*, tamquam ibidem Maior-domus. Accedit ex illius ſaeculi et ſequentium vſu, tum ipſam hanc formulam, *per manus* Pontificiorum diplomatum eſſe, non Regiorum; tum munus non fuiſſe *Maioris - domus*, ſed *Archicapellani*, vel *ad vicem* huius, *Cancellarii*, id eſt *Secretarii*, diplomata recognita ſubſignare. Denique Rex Dagobertus in San-Maximiniano diplomate de ſe ipſo non niſi in numero ſingulari loquitur; nec vllum hactenus diploma reperi, ſatis ſincerum, quod perſuadeat antiquiorem Regem aliquem Francorum, vel ipſummet Dagobertum aut filios eius, Sigibertum et Chlodouaeum, plurali numero vſos fuiſſe in diplomatis ſcribendis; adeo vt ea loquendi forma credi poſſit primum ſuum initium ſub Dagoberti nepotibus habuiſſe, ſi tamen ſatis certa ſunt etiam illa inſtrumenta, quae ſub eorum habentur nominibus.

ex Grimoaldo Maioredomus,

et vſu pluralis pro ſingulari.

CAPVT

CAPVT III.

Pag. edit. VIII.

HORREENSIS MEMBRANAE IMPOSTVRA EX IPSA CHARACTERVM FORMA DIIVDICANDA PROPONITVR.

35. Nunc ego attentum, non tam lectorem, quam ſpectatorem depoſco, vt ipſo oculorum arbitrio dignoſcatur diſcrimen ingens, inter eam quam Horreenſe diploma mentitur aetatem, et quam ipſa litterarum ac Regii monogrammatis forma indicant. Incipio a forma litterarum: ac primo exhibeo San-Maximinianae membranae initium ac finem, qualiter ea ex autographo, non tam deſcripſit quam depinxit accuratiſſimus quem ſupra laudaui patriarum antiquitatum ſcrutator Alexander Wilthemius. Tum Horreenſis membranae initium cum parte ſubſcriptionis, qualiter ea ad me miſit Henricus Turck p. m. tunc cum Treuiros acceſſimus et Horreenſes chartas coram vidimus, noſtrae ibidem Societatis Rector: qui aſſumto ſecum Ioanne Dirking, noſtrae item Societatis tunc Graecarum litterarum profeſſore, nonnullum delineandi vſum habente, cum bona Abbatiſſae D. Irminae Piſpordiae gratiae, id ſolum curauit exprimi, quod breuitas conceſſi ſibi temporis permittebat, et intento meo ſatisfore iudicabatur. Hac de re praenominatus eius ſocius ad me ſcribens, *Conatus ſum*, inquit, *ſingula perquam accurate primum ad feneſtram vitream, vt litterae per ſupra poſitam membranae chartam tranſparerent delineare ſingula: tum, ſeparata a pergameno charta, vnumquemque characterem ſigillatim preſſiore calamo ſum remenſus: quos ſi aere incidendos curare velis, ſecure id facere poteris. Admiratus enimuero etiam ſum diploma, mille annis antiquius* (ſic enim credebat ipſe, nec ſciebat habere me, cur diſſentirem, rationes) *adeo illaeſum integrumque perſtitiſſe, litteris omnibus tam perfectis ac viuidis. Sigillum tamen cereum, fugiens erat et obtritum, ideoque illud non potui repraeſentare ſatis diſtincte: ſimilis nihilominus eſt effigies illi quam ruditer delineaui.* Sed, o! quam diſſimilis a vero veri Dagoberti ſigillo! Et tamen bonus Maſenius, non dubitans de Horreenſis membranae veritate, nihil ſe peccaturum credidit, ſi pro obſcuris illis Horreenſis cerae et quidem longe minoris ductibus repraeſentaret formam San-Maximiniani ſigilli, tamquam ſi illud ipſum etiam Horreenſi membranae impreſſum inueniretur. Maiorem a nobis inibit gratiam, qui Horreenſe

Ectypa chartarum San-Maximiniana,

et Horreenſis qua fide accepta.

Pag. edit. IX.

In hac diuerſum a priori ſigillum,

Pag. edit. IX.

ſigillum, ſic vti nunc inuenitur extritum exprimet accurate, quomodo inferius expreſſum videbitur Henricianum vnum in tabula 5. nullo addito ductu qui in cera non appareat.

et Monogramma:

36. Monogrammaticum porro ſignum nominis Dagobertini, quam eſt in San-Maximiniano diplomate ipſi nomini ac primae ſtirpis Regum tempori congruum, tam ab vtroque diuerſum ſubiungitur Horreenſi; vbi coniectando difficulter inuenias litteras ipſius nominis, difficilius autem eaſdem colligas; formam vero notes quadratam, quae poſt Carolum Magnum coepta vſurpari, ad ſimilitudinem iſtius Horreenſis vix demum peruenit ſaeculo XIII. aut XIV. Sed haec infra plenius declarabuntur: prius enim agendum eſt de ipſis litteris, tum iis quibus proponitur *ſanctæ et individuæ Trinitatis* inuocatio, *et ſignum Dagoberti*, ex parte repraeſentatur; tum quibus haec verba exprimuntur, *Dagobertus divina præordinante providentia Rex*, quibus etiam reſpondet reliquus praetenſi iſtius diplomatis contextus. Poſtremae, vt non ſunt toto genere diuerſae, ita ſub eadem Teutonici characteris ſpecie ab hodierni vſus ductibus adeo parum recedunt, ſi ſolam litteram *r* excipias, vt annorum quadringentorum aetatem aegre eis auſis coniectando tribuere. Priores ac caeteris longiores, et quadam affectatae antiquitatis barbarie implexae, ſpeciem habent vetuſtatis maioris; praecipue vero longiſſimae illae et vnciales litterae, quae tres in principio, et plures in fine ad ſubſignationem, fuerunt adhibitae. Sed has alieno tempori ſuppoſitas eſſe, ipſe ille enormis exceſſus longitudinis probat, qui in San-Maximiniano nuſquam notatur, et primum initium videtur habuiſſe a Carolo Magno.

diuerſa quoque litterarum forma;

37. Ago autem de forma litterarum, eo tractu vſurpatarum qui olim Auſtraſiae nomine cenſebatur, potiſſimum Treuiris et viciniis prouinciis; quoniam quaeſtio eſt, de inſtrumento, quod Treuiris ſcriptum fuiſſe praetenditur. Vt ergo demonſtrarem in publicis priuatiſque ſcripturis, Dagoberti I. aeuo, haud alias fere litteras vſurpatas, quam quibus San-Maximinianum diploma exaratum cernitur, quaeque ſuccedentium ſibi ſaeculorum fluxu paulatim euaſerint molliores planioresque; vtriusque generis quaerenda fuerunt exempla. Et priuatae quidem ſcripturae nullum certius exemplum optare debui, quam quod tot annis fuit in manibus noſtris, quodque media ſui parte pridem habetur viginti quinque aeneis inſculptum laminis, Hieronymiani martyrologii vetuſtiſſimum ecgraphum. Hoc enim quin vere ſcriptum ſit Epternaci, per S. Willibrordum fundato et tribus ab ciuitate Treuirenſi leucis diſſito monaſterio, dubitare non poſſumus, quando animum aduertimus ad verba

quam genuinam in San-maximiniana inueniri, non in Horreenſi,

probat ſpecimen ex Martyrologio Epternaci deſcripto,

verba in Praefatione Generali ante Ianuarium cap. 4. §. 4. a Bollando transſcripta (prout illa eadem antiqua manu ſed charactere paulum minori in margine Codicis ipſius legebantur ad Kalendarium Martyrologio ſubiectum, tamquam anno Incarnationis DCCXXVIII. appoſita): *Clemens Willibrordus . . . . . . anno* DCXCV. *ab Incarnatione Domini, quamvis indignus, fuit ordinatus Epiſcopus in urbe Roma, ab Apoſtolico viro Domino Sergio Papa.* Vnde enim, quamuis indignus, adſcribi potuit priori exemplari, niſi ab ipſius S. Willibrordi manu? Vbi autem niſi Epternaci? cum extremos vitae ſuae annos, atque adeo etiam annum Chriſti DCCXXVIII. Epternaci et circa Treuiros egerit Apoſtolicus Praeſul. Pag. edit. IX.

38. Quod ſi priori exemplo, tali anno et loco id adſcriptum probatur; conſequens eſt, vt eodem quoque loco tranſcriptum fuerit hoc de quo agimus ecgraphum, eo ſolo diſcrepans ab exemplo Willebrordiano, quod hoc in Anglia ſcriptum anno DCLXXXIV. (vt indicat Paſchalis tabula Kalendario adiuncta ab iſto anno incipiens et ad annum DCCXCVII. duntaxat pertingens) additionibus quibuſdam partim in fine quorundam textuum et partim in margine auctum fuerit Epternaci, manu haud dubium diuerſa; iſtud vniformi prorſus tam in textu quam additionibus calamo exaratum ſit. Quo autem tempore? id tuis ipſe oculis aeſtima lector, et vide num ex mollioribus aliquanto tractibus litterarum *c*, *d*, *e*, *s*, *u* poſſis iudicare, quod plus quam centum annis a primo Dagoberti aeuo deflectat codicis huius ſcriptura. circa annum 740.

39. Itaque exhibeo tibi, poſt ſpecimina ex San - Maximiniano et Horreenſi diplomatibus accepta, aliudque XI. Saeculi, in ſpecimen characteris circa Treuiros priuatim Saeculo VIII. vſurpati, ex iam dicto Martyrologii Willebrordiani ecgrapho, Epiſtola praeuias Chromatii et Heliodori Epiſcoporum ad Hieronymum Presbyterum, et Hieronymi ad illos: quarum et veritatem ex ſententia Caſſiodori contra cenſuram Baronianam egregie vindicauit, et contextum eruditiſſimis annotationibus illuſtrauit Franciſcus Maria Florentinius, in laudatiſſima Martyrologii Hieronymiani editione. His addo ex ipſius San - Maximiniani monaſterii, ad ciuitatis Treuirenſis muros ſiti, membranis vetuſtis, partem cuiuſdam, vt coniicimus Diptychi, X. Saeculo veroſimiliter ibidem deſcripti, quando ſcilicet adhuc viuebant, quorum iſthic nomina recenſentur, videlicet *Otto*, Magnus ille et primus huius nominis Imperator; *Athalheit*, vxor eius ſecunda, poſt annum DCCCCXLVII. ducta, *Otto* II. Magni filius et ſucceſſor, tum *Mahtild*, Magni filia ex primo thoro ac poſtea Abbatiſſa Quedlinburgenſis, cuius forte ſoror fuerit pro- et diptychon San - Maximinianenſe ſcriptum Saeculo 10.

 xima

Pag. edit. IX.

xima *Walburg:* ſequuntur alii ex Saxonica nobilitate aulaque Ottoniana primarii viri feminaeque. Quod ne per meram coniecturam dici putes, ſuccurrunt Epiſcoporum, de quorum aetate dubitari non poteſt, coaeuorum nomina; et ſunt, *Bruno*, *Archiepiſcopus* Colonienſis, Magni frater; *Wicfribt*, *Epiſcopus* Virdunenſis, *Gerbardus Epiſcopus* Tullenſis, Sanctus; *Willebelm Epiſcopus*, non Moguntinus Magni filius (hic enim ſcribi debuiſſet Archiepiſcopus et aliis praeponi) ſed Mimigardifordenſis ſeu Monaſterienſis; *Everacear Epiſcopus* Leodienſis, alias *Everaclus* et *Heraclius*, quorum aetatibus computatis, oportet haec ſcripta eſſe intra annum DCCCCLXIII. quando conſecratus eſt Gerardus; et annum DCCCCLXV. quando obiit Bruno. Reliquorum hic nominatorum diſtinctior notitia nulla offertur, quae potiſſime optanda eſſet circa Abbatiſſas. Huius autem Diptychi et Martyrologii illius characteres inter ſe comparans, ſicut facile iudicabit hoc iſto eſſe annis ducentis antiquius; ita vtrumque conferens cum ea littera qua ſcriptus eſt contextus Horreenſis diplomatis, haud difficulter perſuadeberis, Horreenſem ſcriptorem quoad litteras minuſculas, imitatum eſſe ſcripturam quamdam aetatis inter vtrumque mediae.

ad quod et ad alia Seculi II. ſcripta propius accedit Horreenſe.

40. A priuatis ad publicas ſcripturas tranſire volenti, eo minus parabilis fuit earum copia, quo ſollicitius ipſae cuſtodiuntur. Itaque primo aliam nullam habui, cum qua Horreenſe diploma compararem, quam Henrici IV. Priuilegium, pro eccleſia S. Seruatii *datum Aquisgrani Palatio, anno Dominicæ Incarnationis* MLXXXVII. *Indictione* X. *anno Regni ejus* XXXII. *Imperii* IV. *Henrico Epiſcopo Leodienſi, Godeſcalco Trajectenſi, Præpoſito Dudekino Decano.* Sed et in hoc non pauca ſe offerebant, quae fidem ipſius originalis nobis ſuſpectam reddebant, cogebantque dubitare, ne totum et ſcriptum et confictum eſſet Saeculo XIII. Tamen, quia certius exemplum non ſuppetebat; illius qualiſcumque ſeu veri ſeu falſi diplomatis primam lineam praedictis ſpeciminibus chartae San-Maximinianae et Horreenſis ſubiunxi, vt ex eius conſideratione quadamtenus appareret, tantum fere a San-Maximiniana recedere Horreenſem, quantum ad Traiectenſem accedit. Verum vbi haec ſic aeri inciſa conſpexit Reuerendiſſimus Abbas S. Maximini Maximinus Gulich, et conſiderauit, quantum monaſterii ſui diplomatibus antiquis, accuratiſſime in hunc diem conſeruatis, auctoritatis poſſet accedere, ſi plura huiuſmodi ſpecimina ex archiuo ſuo depromerentur; eius denuo ſcrutandi facultatem ampliſſimam Wilthemio noſtro dedit, quam eatenus concedere recuſarat; eique permiſit, vt omnium quas vellet chartarum forma-

Pag. edit. X.

formaret ectypa, eadem ratione quas primum Dagobertinum expreſſerat, nobisque tranſmitteret. Pag. edit. X.

41. Hinc nata eſt igitur ſecunda, et totum autographorum latitudinem adaequans tabula, quae exhibet primo Caroli Magni Priuilegium, pro monaſterio S. Maximini datum *Patresbronnæ*, *fiſco Regio*, leucis quidem quadraginta aut pluribus Treuiris diſſito, ſed tamen ad idem Auſtraſiae regnum adiecto ipſius Caroli armis per Saxonum ſubactionem: in quo Priuilegio videre eſt vnciales litteras, quae nulla vero in Dagobertino ſunt, initio ac fine vſurpatas, quod deinceps in vſu ſucceſſorum permanſit. Reliquarum litterarum forma, quam parum a Dagobertinis characteribus diſcrepat, tam certo noſtram aſſertionem confirmat, de ſimilis ſcriptionis ſpecie, iam inde ab initio Auſtraſienſis regni vſque Carolum et deinceps, in ſcripturis publicis vſurpata, ſub modica leniorum paulatim ductuum declinatione. Idem probat haud multum abſimile Lotharii Regis, eius a quo Lotharingiae factum eſt nomen, diploma alterum, in eadem tabula delibatum, ſcriptum *Mettis civitate*, proxima Treuiris ad eamdem Moſellam metropoli, anno Dominicae Incarnationis DCCCLXVIII. *Advencius Archicapellanus* in Lothariano notatus, Metenſis eccleſiae ac ciuitatis regiae Epiſcopus fuit, ab anno DCCCLV. vltra DCCCLXX. Qui Carolinum ipſe per ſe *relegit Rado*, idem quod Advencius officium exercuit, neſcio an etiam cum eodem titulo: nam in aliis pluribus, per alios eius vice notatis, ſimpliciter dicitur *ad vicem Radoni* vel *Radonis*. Exemplum habes in nuper editis monumentis Paderbornenſibus ad calcem, et plura apud Labbaeum in Hiſtoria Cancellariorum Franciae, pag. 87. quia etiam notat, eum in Chronica monaſterii S. Vincentii prope Capuam, *Archicancellarium* dici, et in epiſtola quadam Hadriani I. ad Carolum Magnum *Protonotarium atque Abbatem:* vtique *Abbatem Nobiliacenſem* ſeu Vedaſtinum Atrebati in Belgio, cuius praeceptum ſecutus Alcuinus Vitam S. Vedaſti emendare ſtuduit, vti ad eamdem praefatur; cum ſcilicet multa iam canitie venerabilis Rado, inſtitutus eſſet Abbas anno DCCXCV.

Vnciales litteras in principio primus Carolus Magnus vſurpavit,

aliique poſt eum:

quorum hic dantur ſpecimina,

42. Duo haec Caroli et Lotharii diplomata, quam nobis ſunt indubitata, tam falſa videntur alia duo, ipſorum parentibus Pippino Regi ac Hludovico Pio Imperatori attributa apud *Zylleſium*; omnino enim ſuppoſita dixeris pro veris eorumdem priuilegiis, quorum perierunt originales membranae, neque notitia vlla indubitabilis ſupereſſet, niſi paternarum perceptionum meminiſſent filii in ſuis: quae vnicum credo fuiſſe aliorum reſingendorum fundamentum. Pippinianum certe quod oſtentatur priuilegium, litteris quidem ad aeui ſui ſimilitudinem ſatis apte eſ-

omiſſis Pipini et Ludouici ſuppoſititiis chartis.

 forma-

Pag. edit. X. formatis expreſſum eſt; ſed prorſus deficit ab regiorum diplomatum ſtylo, ſignanterque in fine ac principio: nec tantum caret ſubſcriptione regia cum monogrammate (quod etiam Lothariano vero priuilegio accidit) vnde ſolum colligimus Rege iubente quidem ſed abſente expeditum; verum etiam impreſſum habet ſigillum prorſus fictitium, cum circumſcripto + PIPINVS IMPERATOR, quod neſcio quomodo alicui in mentem veniſſe potuerit. Hludovicianum cur admitti pro genuino non poſſit, dixi ſupra num. 33.

43. Ne vero de ipſo quoque Carolino dubitet aliquis, corrigendus eſt Zylleſius, et pro *anno regni quadrageſimo*, legendum *vndecimo*. Nam quod Zylleſius credidit eſſe xl. reuera eſt xI. prout demonſtrari poteſt ex ſaepius recurrente littera I. et verticem longe aliter inflexum habente. Annus autem Caroli XI. pro menſ. Auguſti, quo datum eſt Priuilegium, eſt annus Chriſti DCCLXXIX. Eadem correctio videtur adhibenda Marquardo Frehero, in Monumentis Lupodunenſibus referenti pag. 23. donationem, quam Erkanbalt Presbyter fecit monaſterio Laurishamenſi, *Anno* XL. *regni Domni Karoli Regis noſtri* glorioſi, vbi ſolus Regis titulus parum idoneus foret, niſi annus XI. legatur. Is certe annus in hoc San-Maximiniano Priuilegio legi debet, vtpote ſcripto Padresbronnae in Saxonia, quo Carolum excurriſſe anno regni XL. non patiuntur hiſtorici, quotquot eius geſta per annos explicarunt. Annus enim regni eius primus (initium ſumens vel ab obitu Pippini patris, qui accedit anno DCCLXVIII. xxiv. Septembris, vel a Coronationis die quae fuit IX. Octobris) ad ſequentis anni DCCLXIX. autumnum extenditur; adeoque Auguſtus menſis, quo datum fuit diploma iam dictum, ſi ad annum regni XL. differatur, dicendus erit ad annum Chriſti DCCCVIII. pertinere. Atqui anno iſto (vt expreſſe ſcribit auctor annalium, a du Cheſne ex MS. Thuano editorum, et ab anno DCCXLI. ad DCCCXIII. deductorum): *Imperator, ædificatis per legatos ſuos ſuper Albim fluvium duobus caſtellis, præſidioque in eis contra Slavorum incurſiones depoſito, Aquiſgrani hiemavit, Natalem Domini et ſanctum Paſcha ibidem celebravit*, vtique die XVI. Aprilis, ſicut prius Paſcha Neomagi actum erat XXVI II. Martii. Nec ante annum DCCCX. Imperator reuiſit Saxoniam.

Ex illis Carolinum, in Auguſto datum, anno regni, non 40, ſed 11.

44. At vero anno DCCLXXVII. Chriſti et regni anno IX. adhuc currente, Carolus, cui eo tempore annuae fere erant expeditiones in Saxoniam, ibidem fuit, et *Maji campus in Saxonia ad Pedebrunna* eſt celebratus, vt habent annales vetuſtiores ab anno DCCVII. ad DCCXC. ducti; ſiue vt Annales Petauiani, ad DCCCVI. protracti, explicant: *Habuit*

Pag. edit. X.

Habuit Carlus conventum Francorum, id eſt Magis-campum, in Saxonia, ad Padresburnon, et ibi paganorum Saxonum multitudo maxima baptizata eſt. Et iterum anno DCCLXXIX. Chriſti, regni vero XI. (eo ſcilicet de quo agimus, et quo datum eſſe San-Maximinianum priuilegium aſſerimus) fuit *Mai campus ad Dura: et Franci cum Carolo Rege eorum in Saxoniam jam abſque bello:* ſiue, vt poſterius citati Annales habent, *Carolus Rex iterum in Saxonia usque ad fluvium Wiſeraba: et Saxones pacificati dextras et obſides dederunt.* Eginhartus, in ipſius Caroli aula enutritus, eiusque geſta per annos digerens, rem totam clarius et diſtinctius explicat his verbis: *Rex . . . . animo ad Saxonicam expeditionem intento Duriam venit, habitoque juxta morem generali conventu Rhenum trajecit, et usque ad Lippiam cum exercitu pervenit. Cui cum Saxones in quodam loco, qui Bucholt vocatur, vana ſpe ducti reſiſtere tentarent, pulſi fugatique ſunt. Rex Weſtphalorum regionem ingreſſus omnes eos in deditionem accepit. Inde ad Wiſeram veniens, caſtris poſitis in loco nomine Meduſulli, ſtativa per aliquot dies habuit. Ibi Angari et Oſtfali venientes et obſides dederunt et ſacramenta juraverunt. Quibus peractis Rex trans Rhenum ad Wormaciam civitatem in hiberna ſe recepit.* Aeſtatem ergo in Saxonia adeoque et Auguſtum menſem, quo diploma datum, tranſegit Carolus; et dubitabimus credere eodem tempore in itu et reditu vel ſaltem alterutro fuiſſe Paderbornae, vbi ante biennium comitia celebrarat, et fiſcum ſeu palatium ſuum habebat? cum ſolis ſex vel ſeptem leucis vrbs illa diſtet a ripa Wiſerae.

quando ad Wiſeram vſque venit, in aeſtate anni 779;

Pag. edit. XI.

45. Cauſam tamen dubitandi de praeſentia Caroli Paderbornae anno regni eius XI. forte praetexet aliquis ex praelaudato Eginharto, ipſiusque Caroli Epitaphio, ad finem Vitae relato, quo dicitur, quod *regnum Francorum nobiliter ampliavit, et per annos* XLVII. *feliciter rexit: Deceſſit* vero *anno ab Incarnatione Domini* DCCCXIV. *Indictione* VII. V. *Kalendas Februarias*: quae videntur non poſſe ſubſiſtere, niſi primi anni DCCLXVIII. tres vltimi menſes pro anno computentur, itemque vltimi anni DCCCXIV. vnicus menſis pro anno, ſic enim inueniendi ſunt XLVII. qui in rigore loquendo ſolum fuerunt XLV. et menſes IV. Hinc porro ſequeretur, talem numerandi modum ab ipſomet Carolo ſeruatum in publicis actis, adeoque annum regni XI. dicendum eſſe Chriſti DCCLXXVIII. quem non in Saxonia, ſed in Hiſpania a Carolo traductum eſſe conſtat: et ſic nec iſto quidem, quem dicimus, XI. regni anno diploma praedictum potuiſſet eſſe Paderbornae ſignatum. Ad huius nodi-ſolutionem volo primum manere extra controuerſiam, quod paſſim omnes tam Reges quam Pontifices et Epiſcopi, a die ſuae euectionis commu-

et ſolum in Octobri incipiebat 12 annum regni,

Pag. edit. XI.

communiter numerarint, vti etiam nunc numerant, annos regni, Pontificatus ac Sedis ſuae, nulla habita ratione anni ciuilis vel eccleſiaſtici, ſuum ſeorſim principium habentis: et ſicuti diei illius tamquam Natalis ſui annuam laetitiam celebrabant, et Romani Pontifices etiam nunc celebrant, gratulatione publica; ita et in eo mutaſſe ac mutare numerum anni publicis Actis inſcribendi. Quid igitur Carolus? Dico eumdem morem ipſum tenuiſſe, et annos regni ab Autumno in Autumnum numeraſſe, quamdiu ſolum Regis titulum geſſit. At vero cum in Natali Domini, Kal. Ianuarias anni DCCCI. praecedente, Imperator Romae coronatus eſſet ac ſalutatus; nobiliorem iam Natalem nactus, quem deinceps teneret, vt is cum annis Imperii, quorum tunc primum auſpicabatur, pari progrederetur paſſu, et ſolum ſemel in vnoquoque anno communis formula notarialis mutaretur; tres menſes, ex anno XXXIII. Regni iam decurſos et eatenus notatos, dimiſit pro anno integro, et annum Regni XXXIV. cum anno I. Imperii coniunxit.

licet poſtea annum I. Imp. coniungens cum 35. regni, vtrumque ab anni 801. initio ſit exorſus,

46. Idem quin fecerint quotquot annos regni, pridem numerari coeptos, poſt acceptam Imperii coronam nouo illi annorum numerandorum initio conformare debuerunt, nequaquam dubito; ſed non vocat omnia ſingulorum percurrere diplomata, vt ex iis haec veritas comprobetur. Pro omnibus ſit nobis Otto primus. Hic anno Chriſti DCCCCXXXVI. exeunte Iunio, heres et Rex coram omni populo declaratus a patre, mortem inſtantem praeueniente; in diplomatis apud Zylleſium, anno DCCCCXL. III. Nonas Iunii, et anno DCCCCXLIII. Kal. Februarii, annos regni ſui numerat IV. et VII. tamquam adhuc durantes vſque ad finem Iunii. In eo autem quod apud eundem Zylleſium legitur datum Veronae, III. Kal. Aprilis anno DCCCCLXX. quando adhuc currere debebat annus Regni XXXIV. numerat annum XXXV. Scilicet ſub initium anni DCCCCLXII. Romae coronatus Imperator, exindeque incipiens annum Imperii primum nominare; abrupto regni anno XXVI. qui ſolum dimidius effluxerat; incepit numerare annum XXVII. vt eſſet idem initium annorum regni et Imperii: et ſic cum anno regni XXXV. coniungitur annus Imperii IX.

quod idem feciſſe inuenitur Otto I.

47. Atque haec ſufficiant, vt in San-Maximiniano Caroli Priuilegio annum regni XI. poſſe ac debere intelligi, adeoque ipſum nulli dubitationi eſſe obnoxium, manifeſto pateat. Nunc reliqua quae ſententiam confirmant argumenta, ex eodemmet inſtrumento ſumenda, percurram paucis. Ac primo circa titulum teſtimonium feret Eginhartus, in Annalibus ſic loquens: *Cum die ſacratiſſima Natalis Domini ad Miſſarum ſolennia baſilicam B. Petri Apoſtoli fuiſſet ingreſſus* Carolus, *et coram*

Eadem priuilegii Carolini aetas probatur ex formulis,

coram altari, ubi ad orationem ſe inclinaverat, aſſiſteret; Leo Papa coronam capiti ejus impoſuit, cuncto Romanorum populo acclamante, Karolo Auguſto, a Deo coronato, magno et pacifico Imperatori Romanorum, vita et victoria: ac deinde, omiſſo Patricii nomine, Imperator et Auguſtus appellatus eſt. Itaque non iam amplius exorſus eſt diplomata ſicut in San-Maximiniano vides; ſed hac vel ſimili phraſi, qua datum legitur in Monumentis Paderbornenſibus Oſnabrugenſe priuilegium, *Karolus Sereniſſimus Auguſtus, a Deo coronatus, Magnus Pacificus, Romanum gubernans Imperium, qui et per Miſericordiam Dei Rex Francorum et Longobardorum.* Deinde pro eo quod antea dicebatur *Signum Karoli glorioſiſſimi Regis*, poſtea notabatur *Signum Karoli piiſſimi ac glorioſiſſimi Imperatoris:* et vbi ſimpliciter ſcribebatur *Data menſe Auguſto* v. g. XI. *anno regni noſtri*, cum pompa multo maiori in praedicta Oſnabrugenſi charta legitur, *Data* XIIII. *Kal. Ianuarii*, *anno* III. *Chriſto propitio et* XXXVI. *regni noſtri in Francia*, *atque* XXX. *in Italia Indictione* XI. Vbi annus XXX. regni Italici, qui ante Maium iſtius anni nominandus fuiſſet, ſimiliter vt annus regni ad initium anni Imperatorii retractus inuenitur. Sed nota, quod diſtinctio annorum Francici atque Italici regni ſeorſim numerandorum; non fuerit e Carolo vſurpata ante ſuſceptam Imperii coronam, ſaltem in diplomatis cis Alpes conditis, quare non mireris Italici regni annum in San-Maximiniano priuilegio non exprimi.

Pag. edit. XI.

aliis quam quibus poſtea Imperator eſt vſus.

48. Quoad vultum in ſigillo expreſſum, cum apud Zylleſium nullam formae venuſtioris gratiam, quae etiam ſeni Carolo fuit, rugiſque exaratam frontem viderem; non fui auſus talem exprimere, qualem forſitan Zylleſius ſibi imaginabatur, iuxta errorem quo credebat anno Regni XL. ſcriptum Priuilegium; ſed curaui a peritiſſimo pictore eumdem ab originali quam fideliſſime exprimendum, eo ſucceſſu vt Wilthemius iudicauerit non poſſe maiorem ſimilitudinem optari. Eſt autem vultus, amabilis maieſtatis plenus, ac propter raſam ad cutem barbam propemodum iuuenilis. Neque vero credendum vllo modo eſt, barbam aliquando aluiſſe Carolum: nam quomodo alias de ea nihil notaſſet Eginhardus? Hic autem huiuſmodi Caroli ſtaturam deſcribit in fine Vitae apud nos num. 27. *Corpore fuit amplo atque robuſto . . . . . . apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naſo paululum mediocritatem excedente, canitie pulchra, facie læta et hilari: unde formæ auctoritas tam ſtanti quam ſedenti plurima acquirebatur: et quamquam cervix obeſa et brevior, venterque projectior videretur, tamen hæc ceterorum membrorum celabat æqualitas.* Quod ſi haec fuerit iam cano et ſeni in vultu

Eiuſdem in veris Sigillis vultus barba ſemper raſa,

Pag. edit. XI.

decor amoenitaſque, quanto magis in ipſo virilis aetatis flore? Marquardus Freherus apud Ducheſne tom. 2. fol. 231, ſummi et eminentiſſimi, non ſolum in Auguſtana republica, ſed in omni regno litterario viri (Marcum Velſerum intelligi credo) epiſtolam ad ſe datam recitat, qua *barbam non paviſſe Carolum confirmat veteri moneta Carolina, puro mento*, et addit: *Non nego fieri potuiſſe, ut interdum tonſoris negligentia mentum et labra pili nonnihil inumbrarent: hac enim ſpecie Romae in muſivo opere illius ætatis conſpicitur: ſed prolixam et ſqualidam barbam abominor.*

qui in adulterinis aliquibus iuxta vulgi opinionem plene barbatus.

49. Talem tamen vulgo iam ei attribuunt pictores ſculptoresque, et talem exhibent ſigilla quaedam ex archiuis monaſteriorum S. Dionyſii et S. Germani de pratis pro anno Regni quinto, quae ſequitur et allegat Iacobus de Bie inter effigies Regum Francorum aeri inciſas; talemque pro anno regni XXXVII. refert Oſnabrugenſe diploma ſecundum, in monumentis Paderbornenſibus, cuius vitia ſupra notaui. Quae omnia non eſſe vera authenticorum diplomatum ſigilla, non tantum ex ſilueſcente barba notes, ſed etiam ex longiori colli ſpatio quam Eginhardi deſcriptio ferat; itemque ex vertice turbinato potius quam globoſo. Idem Iacobus de Bie alio in opere, cui Franciae Metallicae titulum fecit, a Faramundo exordiens, nummos Francorum Regum proponit; ſed tales omnes, vt praeter paucos Caroli VII. ne vnus quidem inter omnes ſit, qui verae antiquitatis ſpeciem aliquam praeferat. Nam ſi excipias formam Romani ſagi, Francis perperam iniecti caeterae veſtes profanae ac ſacrae, viriles ac muliebres, vrbanae atque caſtrenſes, ipſarumque loricarum ac caeterae armaturae equeſtris formas, vbique tales videntur, quales ex more vſus hodierni pleraeque pingerentur; adeo vt neque Romanis Pontificibus tiarae triplicis, et altius faſtigiatae mitrae Epiſcopis, nec lilia per togam ſparſa fecialibus, nec denique annus Chriſtianae Aerae iam inde ab anno DCCLIII. conſtanter ſubſcriptus deſideretur. Quare nihil dubitem affirmare, exempla iſtarum expreſſionum, ſibi perfectiſſime quoad elegantiam, veſtitum, characterem ſimilium, ſi qua vere habentur aurea, argentea, aeneaue, nouiſſima quaedam eſſe inuenta, et indigna quae veris hiſtoriis admiſceantur; ideoque parum curandum, quam macilentus iſtic Carolus, quamque barbatus conſpiciatur.

Pag. edit. XII.

50. Carolino Priuilegio in hunc modum defenſo et explicato, ſubiungo Hlotharii Imperatoris Priuilegium, ſicut priuato cuidam ſubdito datum, ſic in minori membrana minori charactere expreſſum quam priora, minori etiam ſigillo (quantum ex veſtigio colligere licet) conſignatum: cuius formam quoad linearum menſuram, non fuit operae pretium obſeruare curioſius. Itaque primam vltimamque lineam, exhibeo

hibeo in tres partes diuiſam: eam vero, qua Regis atque Notarii Regii ſubſignatio continebatur, biſariam ſecui, vt maiori tabulae ſecuturae commodius praeponatur. Ad meliorem eius intellectum nota, Hlotharium Imperatorem numeraſſe annum in Italia primum poteſt DCCCXVII. quando ab Ludouico patre dictus menſe Iulio eſt Imperii conſors; primum vero in Francia, ipſum quo ſuus pater in Iunio obiit annum DCCCXL. vnde ex anno qui hinc III. inde XXV. eſt, annus Chriſti DCCCXLIII. exurgit pro menſe Martio, quo fuit hoc Priuilegium Aquisgrani ſcriptum. Tenorem reliquum, quoniam alibi impreſſus nuſquam extat, a Wilthemio noſtro deſcriptum ex autographo, quod in archiuo quoque S. Maximini ſeruatur, hunc habe: *Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat induſtria, quia Matfridus fidelis miniſterialis noſter, ad noſtram accedens Majeſtatem, deprecatus eſt, ut cuidam fideli noſtro, Fulcrado nomine, quaſdam res noſtræ proprietatis, in pago Eiflenſe conſtitutas, concederemus ad proprium. Cujus petitionem propter ſuæ fidelitatis meritum libenter acquieſcentes, hos excellentiæ noſtræ apices decrevimus fieri, per quos in memorato pago, in villa quæ Bettinga nominatur jam fato Fulcrado manſum in dominicatum unum, ad quem pertinere noſcuntur alii manſi* VIII. *quos ipſe prius beneficiario poſſedit munere, cum eorum pertinentiis, ſcilicet cum eccleſia, domibus ceteriſque ædificiis, terris cultis vel incultis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, ad molendinum exitibus et regreſſibus, mancipiis utriusque ſexus et ætatis ad eos pertinentibus, nec non et cum reliquis appendiciis, concedimus ad proprium, et de noſtro jure in jus ac dominationem illius transfundimus; ita videlicet ut quidquid ab hodierna die et deinceps ex eis facere, ordinare, atque diſponere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem, ſicut et de reliquis hereditatis ſuæ rebus, ita dumtaxat in noſtra inviolabiliter perſeveret fidelitate. Et ut hæc noſtræ largitionis auctoritas firmior habeatur, manu propria ſubter firmavimus, et annuli impreſſione adſignari juſſimus noſtri.*

Pag. edit. XII.

Hlotharii Imp. Priuilegium,

51. Hactenus dictum Hlotharii Imperatoris Priuilegium, poſt quod ſequuntur in vltimo folio expanſo duo alia priuilegia Ottonis I. et Henrici III. ex quibus Henricianum quidem in Zylleſio legi totum poteſt acque ac Carolinum et Lotharianum praegreſſa: Ottoniani tenor huiusmodi eſt: I. N. S. E. I T. *Otto* D. F. C. I. A. *Noverit omnium ſ. n. t. p. q. ſ. induſtria, quatenus nos . . . . . pro ſtatu et incolumitate Regni vel Imperii noſtri filiique noſtri chariſſimi Ottonis, quamdam villam de proprietate almi Confeſſoris Chriſti Maximini, in comitatu vel ſubur-*

aliaque duo Ottonis I. et Henrici III. producuntur,

Pag. edit. XII. *ſuburbio Trevirorum ſitam, Ad-valles nominatam, quam anteceſſor noſter divæ memoriæ Dagobertus Rex Francorum, pro ſuæ animæ abſolutione, uti ſingulis Kalendis pro eo vigiliæ agerentur, monachique Deo et S. Maximino famulantes in eiſdem Kalendis inde paſcerentur, ſed et æſtivo tempore poſt meridianam quietem, ob ejus memoriam, inde vini vel potus clementiâ reficerentur, regali munificentia obtulit; multis retro temporibus ab anteceſſoribus noſtris in beneficium datam; monachis Deo ſanctoque Maximino famulantibus, in cœnobio, quod in ſuburbio Trevirorum ſitum eſt, ex toto et integro Imperiali benevolentia concedimus et remittimus: et ut calices aquæ, quos hactenus ob paupertatem, pro calcibus vini quos Dagobertus Rex inſtituit, accipiebant, in antiquum et priſtinum ſtatum redeant et mutentur, volumus et firmiter jubemus: ita ſane noſtra Regia vel Imperatoria auctoritate jubentes, ut prænominata villa cum integritate, ſicuti a prædicto Rege Dagoberto ſancto Confeſſori Chriſti oblata eſt, monachis prælibati cœnobii perpetualiter deſerviat; nullusque ſucceſſorum noſtrorum eam hinc auferre aut in beneficium dare præſumat; ut nobis in Regni negotiis occupatis, monachos eo devotius pro noſtra ſalute Dominum exorare delectet. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum et ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi et annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam et propria manu ſubtus firmavimus.* Si plus quam vnius Dagoberti memoria in San-Maximinianenſi obituario recoleretur, dubitare poſſemus, primine an ſecundi Dagoberti ea donatio fuerit, quam Otto renouauit: nunc, quia vnius eiuſque primi mors ibidem recolitur, tutius eſt ad eumdem primum etiam hanc liberalitatem referre, et credere, aliquantis poſt primam dotationem annis hoc ei auctarium acceſſiſſe. Qui autem Ottonis Archicapellanus fuit, cum iſta firmarentur, Willihelmus; fuiſſe videtur ipſiusmet Imperatoris filius naturalis, anno DCCCCLIV. factus Moguntinus Archiepiſcopus.

52. Porro diplomata iſta Ottonis et Henrici eatenus ſolum delibavimus, quatenus ſatis eſt, vt a primo Dagobertino vſque ad vltimum Henrici quarti, gradatim molliores conſiderans characteres, omnino conuincatur, verum eſſe quod principio demonſtrandum aſſumſi, eum qui Horreenſem chartam ſcribere praeſumſit, non habuiſſe prae oculis ſcripturam aliquam Dagobertinam, ſed longe recentiorem aliam, aetatis ſcilicet Henricianae. Nam vt non loquar de mollitie litterarum, quibus exprimitur *Dagobertus divina præordinante providentia Rex;* criſpati illi characteres, quibus ex parte *Signum Dagob.* etc. exprimuntur, initium habuerunt (vt vides) primum in Otthone, ſub quo nonnullae litterae vno

euinciturque Horreenſis charta habere characteres Saeculi II.

criſpan-

criſpantur flexu; qui flexus in Henricianis maiuſculis geminus, nec in illis tantum ſed etiam in minuſcularum apicibus inuenitur. Denique (ſi genuinum eſt Traiectenſe diploma) vndoſa illa litterarum forma ſic placere coepit ſub Henrico quarto, vt maiuſculae omnes, totae et vniformiter criſpae, adhibitae ſint: qui etiam Henricus maiuſculis ſuis vſus ad ſolam inuocationem initialem, communibus deinde litteris, quibus contextum reliquum, primam diplomatis ſui lineam, conſequenter abſoluit, prout etiam fit in Horreenſi membrana. Neque te moueat in Carolino ac Lothariano maiuſcularum quarumdam ſubobſcura et irregularis criſpatio: hanc enim abeſſe ab originalibus, atque ſoli ſenilis manus ſuae tremori adſcribendam monuit Wilthemius, ſtatim ac perfectam caelaturam vidit; quod hic monere maluimus, quam abſque praeſenti originali quidquam mutare in tabula, iuxta ecgraphum nobis miſſum caelata. Pag. edit. XII

53. Vnum eſt in quo Dagobertinum ſtylum tenuiſſe, caſu potius quam conſilio, videtur Horreenſis impoſtor, quod notas temporis ſeu datae, quas omnes omnino Imperatores (vti apud Zylleſium licebit, ſucceſſiue videre) poſt ſuam et recognoſcentis ſubſignationem, pro infima totius diplomatis linea reſeruabant, praemiſerit regiae ſubſignationi ſigilloque, prout aliis fortaſſe minoribus Principibus, Magiſtratibusue poſt X Saeculum in vſu fuit; cum iam non ipſi membranae apprimerentur ſigillares bullae, ſed appenderentur. Vtinam vero ei qui Pſeudo-Dagobertini exempli exiguum, quod dedi, ſpecimen ad nos miſit, totam finalem clauſulam regiamque ſubſignationem expreſſam dare licuiſſet; vix enim dubito, quin alia quoque nouitatis indicia inibi deprehendiſſem. Nunc ſolum hoc dicere poſſum, praeter omnem omnino vſum, vel Regum Francorum primae ſecundaeque ſtirpis, vel Romanorum Imperatorum, vſque poſt Fridericum Aenobarbum, fuiſſe, quod expedirentur diplomata ſub ſolius Regis vel Imperatoris ſignaculo, ſic vt non adderetur Cancellarii, Notarii, Archicapellani vel Archicancellarii recognoſcentis auctoritas: qui etiam eo loco, quo vel iuxta quem apponi ſigillum debebat, ſuum aliquod proprium ſignum calamo ducere plerumque ſolebant. Tale quid, perplexiſſima confuſarum in orbem tricarum congerie, ſub Dagobertino ſigillo notauit Wilthemius; notauit etiam in Carolino Privilegio aliiſque prioribus ac poſterioribus ſimile lineolarum rectarum contortarumque chaos, neque dignum credidit in quo exprimendo ſe fatigaret. Aſt quia in Hlothariano, Ottoniano, Henricianoque diſtinctius apparebat Notariale iſtud ſignum ipſum, in illis expreſſit. Hoc vero in Hlothariano notas aliquas videtur complecti, ex earum genere quas Gruterus vulgauit ſub nomine Tironis et Senecae. Certe, particula coniun- et XIII. et imperite ficta eſſe abſque ſigno Notariali.

 ctiua

Pag. edit. XIII. ctiua *et*, poſt verbum *recognovi* maximis expreſſa litteris, credere iubet, ſequentibus ductibus implicari *ſignavi*, *regiſtravi*, vel quid ſimile: et eodem forte, ſiue ad indicandum Regiſtri Regii vel Protocolli locum, ſpectant ſub Dagobertino littera *m*, ſub Carolino $\frac{d}{r}$ Itaque omnia haec curaui ſubiicere oculis curioſi lectoris; licet in iis, quae Luidolfus et Eberhardus Cancellarii ſub exiguo formae diſcrimine vſurpauere in Ottoniano Henricianoque diplomate, nulla ſit ſpecies alicuius ſignificatiui ductus. Iſta enim quamuis nihil fortaſſe ſignificent, oſtendunt tamen originem, vſum et antiquitatem eorum ſignorum, quae publici Notarii etiam nunc pro ſuo quique ingenio propria ſibi ſat curioſe formant, praeſertim in Italia, et vna cum nominis ſubſcriptione, confectis a ſe inſtrumentis vel typo imprimunt vel calamo appingunt. Interim nihil huiusmodi in Horreenſi charta vidimus; vt eam etiam hinc iudicemus illegitimam, ſcriptam ab homine ſtyli notarialis, qui ſub primae ſecundaeque ſtirpis Regibus obtinuit, imperito.

CAPVT IV.


MONOGRAMMATICVM CHARTAE HORREENSIS SIGNVM, QVAM SIT A DAGOBERTINO REMOTVM, OSTENDITVR.

54. Quamuis ipſo oculorum arbitrio ſatis pateat vnicuique, Regiorum monogrammatum vſum aliquem habenti, quam nullam vetuſtatis grandioris ſpeciem praeferat *ſignum Dagoberti Regis*, prout eſt chartae Horreenſi appictum; nec Maſenius illud dignum cenſuerit, quod, aeque ac alia diplomatum a Browero allegatorum monogrammata, curaret exprimendum; operae pretium tamen eſſe videtur, ad iſtius impoſturae euictionem clariorem, monogrammaticorum iſtorum ſignorum vſum atque originem breuiter explicare, eorumque formas ſimul et aetates diſtinguere, donec ad ea deueniatur ſigna, quae quam ſunt Horreenſi affinia magis, tanto a ſigni vere Dagobertini diſpoſitione ac ſimplicitate recedunt longius, ac tandem nihil minus exhibent, quam, quae iuxta primam monogrammatum inſtitutionem praecipue repraeſentari debebant, regii nominis litteras, ſaltem initiales. Sciendum igitur, morem apud Chriſtia-

Pag. edit. XIII.

Forma crucis in ſubſignationibus vſitata.

Chriſtianos antiquiſſimum fuiſſe, in ſignandis contractibus et aliis quibusque inſtrumentis, formare Crucem ✠, cui is qui ſubſignabat, ſua vel aliena manu, prout litterarum erat peritus aut rudis, proprium adſcribebat nomen. Huiuſmodi ſimplici Cruce Reges ac Principes non contenti, eamdem inſtruxerunt ornaueruntque nominis ſui litteris, ipſi Cruci adnexis. Haec vero cruciformia monogrammata, cum ſint omnium antiquiſſima (vt apparet ex Dagobertino San-Maximinianenſi et Carolinis vbique obuiis) datur fundamentum opinandi, quod omnes ante Carolum Magnum Reges ac Principes, ipſeque Caroli pater Pippinus, ſi quando ſunt monogrammatis vſi, eandem formam tenuerint, vt hic vides.





Primum acceſſerunt litterae nominum regiorum:

Primum eſt Carolorum Magni, Calui, Craſſi; alterum Arnulfi Imperatoris, et in vtroque medius pro centro rhombus, ſupplet locum vocalium, in ipſo nomine occurrentium, prout etiam in Dagobertino videre eſt.

55. Similem formam, et quidem magis ordinatam ac diſtinctam ſeruauerunt Principes Capuani, Beneuentani, aliique in Italia ſanguinis ac nominis Longobardici, prout apud Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano pag. 648. videre licet, et apud Ferdinandum Vghellum tom. 8. niſi quod hic, ſumtibus parcens, rem expreſſerit per litteras ordinarias et diſſolutas, in modum Crucis diſpoſitas, quas originaliter colligatas haberi non dubitamus; hoc ſcilicet modo:





quae

Pag. edit. XIII.

quae ſic leges ATENOLFVS, ROBBERTVS. Tantum notabis huiusmodi ſigna, et caetera de quibus conſequenter hic ſermo erit, multo grandiora plerumque inueniri quam exprimenda curauimus, nec ita aequaliter formatas litteras. Cum enim ipſa, non ex originalibus membranis, quae ad manum non erant, ſed ex libris editis aſſumeremus; credidimus ad cognitionem originalis formae ſufficere poſſe qualemcunque menſuram; ad vſum autem impreſſionis ordinandae multo fore concinnius, ſub vna eademque dimenſione et ſimili figurarum ductu repraeſentare omnia.

quod pauci poſt Carolum M. ſeruarunt.

56. Poſt Carolum Magnum paulatim euanuit diſtincta illa Crucis forma, quam illius monogramma praefert; nec alii fere ea ſunt vſi, quam quos ſupra dixi homonymi eius duo Caluus atque Craſſus, et ſupra indicatus Arnulphus. Nam quod eſt apud Ioannem Beslium de Regibus Aquitaniae pag. 18. *Hludovici Pii* monogramma, ſuſpectum redditur ex formula ſubſcriptionis, quae integra magis, et cum alio atque indubitato eiuſdem Hludovici monogrammate, reperitur ſub altero diplomate, ibidem immediate ſequenti. Securius credas verum eſſe *Hlotharii Regis* Franciae ſignum, quod idem habet in hiſtoria Comitum Pictauienſium Ducumque Aquitanorum pag. 259. pro anno regni illius X, qui fuit Chriſti DCCCCLXIII et tale ſignum vſurpaſſe potuit imitatione aliorum ex prima ſtirpe eiuſdem nominis Regum. Ipſum hic vide vna cum ſuſpecto Hludouiciano.




Pag. edit. XIV.

Hludouicus Imp. coepit ſigno quadrato. u. i.


57. Caeteri Reges atque Imperatores quadratam monogrammaticis ſuis ſignis figuram praeelegere, nulla deinde vel exigua habita ratione Crucis, vſque ad S. Henricum. Initium huic formae fecit praenominatus *Hludovicus Pius* Caroli Magni filius, eo quod ad primam nominis litteram, ſcilicet H (quam tamen Notarii, nomen ipſum extendentes, in diplomatis frequentius omiſere) caeterae litterae aptius quam ad Crucem

appin-

appingerentur. Itaque ſignum ſuum tum ipſe, tum filius eius Imperator Hlotharius, ſic compoſuere. Pag. edit. XIV.





58. Similia fere fuerunt monogrammata Pipinorum in Aquitania; quale vnum ex praecitato Beslio infra dabimus in Italia quoque quadrata forma Regibus placere coepit, ſed ad primam nominis litteram minus adſtricta. Nam Karlomannus apud Vghellum tom. 2. col. 184. iuxta exemplar Vaticani Archiui anno DCCCLXII. Papiae ſcriptum; et *Berengarius* item Italiae Rex, anno DCCCXCIX, apud eumdem Vghellum tom. 3. col. 37, his ſignis vſi indicantur, ita tamen vt in poſteriori haud facile inuenias omnes litteras, Berengarii nomen conſtituentes. quod etiam ad Italos tranſiit.

59. *Ottonibus* Imperatoribus facilius id fuit, immo facillimum; quare monogrammata ſua, apud auctores varios, alterutro fere horum modorum formauere, vtentes nunc quadratis, nunc rotundis vocalibus O; easdem nunc ſubſternendo litteris T ſimul per mo- Eamdem formam ſecuti Ottones

Pag. edit. XIV. dum H connexis, nunc inter eaſdem locatas per lineolam perpendicularem colligando.



60. Haec et his ſimilia trium Ottonum ſigna, vſque adeo nota et obuia ſunt; vt hoc ipſo quo formam aliam praetendunt monogrammata, *ex ſolis nominis litteris;* iis, quae Ottoniana eſſe dicuntur diplomatis appicta, ſuſpecta eſſe omnino debeant. Talia autem imprimis nobis ſunt haec duo.



Primum reperitur inter Ottonis Magni diplomata, ab Henrico Meibomio collecta, apud quem cum pluries referatur verus vera forma de litteris OTTO, penultimo tamen loco ponitur iſtud *Signum Domini Ottonis Magni ✠ et inuictiſſimi Imperatoris noſtri.* Mirum eſt porro, quomodo eadem fictio inueniatur ſuppoſita diplomatis, Ottoni II et III attributis, apud Vghellum tom. V. col. 664. et tom. I. col. 495 et 900. Nihilo minus, ob ſimilis ſigni abnormitatem, etſi aliae multae rationes non adeſſent; mereretur pro ſuppoſititio haberi diploma, quod Treuirenſes apud Browerum oſtentant ſub nomine Ottonis III, quaſi is anno DCCCCXCIII, Egberto Treuirenſi Archiepiſcopo reſtituiſſet Abbatiam Traiectenſem, quam Henrico Praeſuli Treuirenſi Otto Magnus abſtulerat, et tale eſſe cenſuit Kyriander parte III. commentarii ſui de Auguſta Treuirorum: quid

quid enim monſtroſius fingi poteſt, quam quod ſuperius ſecundo loco expreſſum vides ſignum. Pag. edit. XIV.

61. Hactenus quoque ſolas nominis litteras implicare in monogramma vſus ferebat. Primus S. *Henricus*, qui dum Rex ſolum diceba- tur aliud non expreſſerat quam litteras HEINRIC, ſicut infra vides, colligatas; poſtquam coronatus Imperator ſupremum in republica Chriſtiana titulum tulit, cenſuit conſueto ſuo monogrammati addendum aliquid, quo id ipſum declararetur. Itaque litteram X, qua Chriſti nomen inchoatur, quamque primus Chriſtianus Imperator Conſtantinus labaris ſuis inſeruit, in praedicto ſuo ſigno abſoluit, alia linea tranſuerſim ſecans eam lineam, quae prius formabat litteram N; et alias adiecit litteras, quibus integre legendis dici videtur, DEI GRATIA IMPERATOR. AVGVSTVS, prout expreſſe, et ad longum legitur circum oram ſigilli Imperialis, apud Zylleſium expreſſi. Hic ſatis eſt monogramma poni, primum quo Rex, alterum quo vſus eſt Imperator.


S. Heinricus Imperator factus, litteris nominis addidit X.






62. Henricum excepit CHVONRADVS, cuius monogrammatica Signa, in Chronico Epiſcoporum Mindenſium, inter Scriptores Germanicos a Piſtorio editos haec reperi.

quem imitati Chuonradus.






 Primum,

Pag. edit. XIV.

Primum, quod Regis eſt, habetur pag. 743. cum anno MXXV; eſtque ſimplicius quidem quam ſecundum, quod eſt Imperatoris et habetur pag. 741. cum anno MXXXI; plus tamen aliquid in eo etiam notes, quam ſolas nominis litteras, quarum V et A videntur formari per X litterae H impoſitum: poſterius imitatur in multis imperatorium ſignum S. Heinrici. Similiter *Heinricus*, cognomento *Niger*, huius nominis Rex tertius, Imperator ſecundus; eiuſque Succeſſor *Heinricus*, *Senior* Baronio dictus reſpectu cognominis filii, Regum ea appellatione quartus, Imperatorum tertius, ſuſcepta corona imperii, Signum quoque ſuum ductibus aliquanto pluribus ornauerunt, quam cum ſolo Regni titulo eminerent; vt vides.

et Heinrici duo decuſſatas cruces adhibuere.



Deceſſorum tot ſuorum homonymorumque veſtigia ſequens *Heinricus* Rex V. Imperator IV. ſimilis formae monogramma vſurpauit. At *Fridericus*, *Ænobarbus* dictus, notabiliter deflexit; nec facile dixeris, quid ſpectauerit, quando in ſimilitudinem litterae N. totum ſuum ſignum compoſuit: quae littera nullum in eius nomine locum habet: ipſum tamen hic etiam ex Zylleſio pono, vt intelligatur minime gratis dicendum infra, vbi Epternacenſe quoddam ſignum Pipini reprobandum erit, litteras

teras ei monogrammati innexas referre aetatem Friderici Imperatoris. Ipſum nunc vide, et illud quod dixi Heinrici, vltimo nominati. Pag. edit. XIV.



63. Atque haec de forma Regalium monogrammatum, pluribus ſucceſſiue lineis litteriſque ornata, dixiſſe ſufficiat. Circa menſuram qualitatemque eorum quidpiam ſcitu dignum obſeruauit Wilthemius, cum San-Maximinianenſis archiui diplomata autographo curioſo examine denuo ſcrutaretur, videlicet alia eſſe quae *propria manu* Rex ipſe vel Imperator firmaſſe ſe ſcribit, alia quibus nulla additur propriae manus mentio: et huius poſterioris generis omnia habere monogramma grande, aequabile atque elegans ſatis, vtpote a Notariis ipſis formatum: prioris autem generis vidiſſe ſe in praedicto archiuo diplomata minimum viginti ſolorum Otthonum vel Henricorum, in iiſque magnum notaſſe monogrammatum diuerſitatem. Nam aliqua quidem, tota picta ab Imperatoria vel Regia manu, exilia ac rudia eſſe pleraque et inaequali ac vacillanti ductuum tractu (quale etiam ſculpi debuit Hlotharii Imperatoris monogramma, quod chalcographus praeter fidem originalis perfectiſſimum fecit in ſpecimine ſupra poſito) alia grandiora, ſatiſque vniformia, praeterquam in vnicae tranſuerſa linea, quae vel exilior multo eſt aliis, vel minus recta, et quandoque vltra procurrit quam opus ſit: ſemper autem notabilis eſt varietate ſtyli et atramenti, iſtam vero lineam ſolam eſſe a propria firmantis manu, reliquos ductus non ita. Denique ſignificauit inueniri aliqua Henrici Regis IV. Imperatoris III. tamquam propria eius manu firmata, cum monogrammate grandi, aequabili et eleganti; ſed quod clare apparet, typo impreſſum eſſe, non calamo ductum: et huiuſmodi eſt id quod ſupra in Specimine vltimo cernitur. Talis autem typus videtur apud poſteros fuiſſe frequentior, a quibus ſimilis vſus ad publicos Notarios tranſiit, et a quam plurimis ſeruatur etiam hodie, cum magno temporis et vniformitatis ſeruandae compendio.

et XV. ſiue cum propria manu ſiue cum aliena firmabat chartas.

64. Quod attinet ad ſingulas litteras, Henricianis aliiſque poſt factis monogrammatis inſertas; iis per coniecturam explicandis non immoror.

Pag. edit. XV. Facere id poterit alius, cui libuerit omnium ſucceſſiue Regum et Imperatorum Signa Sigillaque colligere atque illuſtrare. Pauca ſupra poſita eaque non ſtudioſe conquiſita ſelectaque, ſed prout a Zylleſio fere offerebantur accepta, et per alia corundem Principum diplomata facile confirmanda, abunde ſufficiunt, vt cum antiquioribus, ante et poſt Carolum Magnum vſurpatis collata, vnicuique non obſtinatiſſimo perſuadeant, quadratorum Signorum, et quidem decuſſatis crucibus ornatorum, inventum, multo eſſe recentius, quam vt ad aliquem ex tribus Dagobertis denotandum potuerit fuiſſe adhibitum: atque adeo Horreenſe diploma, cuius cauſa haec tractauimus, purum putum eſſe figmentum, quando Signi in eo deſcripti forma, nec Henricianis quidem Signis perfecte aſſimulatur. Perfecte ſimile, fateor equidem, necdum vllum reperi. Suſpicor tamen, eo ſaltem quod inter Fridericum Aenobarbum et Carolum IV. fluxit tempore, teſſellam (quali conſtat pſeudo-Dagobertinum Signum) cum decuſſatione crucis geminae, et nonnullis intra circaque lineas litteris (quomodo vſum pingitur) coepiſſe vſurpari. Obſeruo enim quod Signorum Imperialium formae ex tunc coeperint euagari magis magiſque; adeo vt is quem vltimo nominaui Carolus IV. non tantum teſſellas tales pro Signo expreſſerit, ſed etiam identidem variauerit litteras iiſdem inſcriptas, vt videre eſt, apud Vghellum tom. 1. 2. ac 3. col. 371, 231, 200. et in praecitata collectione Piſtorii pag. 748. et 750. Vtriusque exemplum vnum adduxiſſe ſufficiet, tertiumque accuratiſſime expreſſum a noſtro Bohuslao Balbino, Bohemicorum monumentorum ſcrutatore indefeſſo, quod ſua manu nobis deſcripſit in propria forma ſeu magnitudine, quadruplo maiori quam hic, ex diplomate confirmatorio Priuilegii, a Gregorio Papa X dati coenobio Virginum Ordinis Praemonſtratenſis anno MCCCLVIII; addens quod huiuſmodi ſigna plura quam octingenta viderit, tum in archiuo Regni, tum in variorum coenobiorum et capitulorum tabulariis. Vltimum autem iſtud, quod inter alia duo medium locum hic occupat, eo magis a nobis conſiderari meretur, quod in eo habeatur perfecta duplicis crucis decuſſatio, qualis in fictitio Horreenſi ſigno.

Teſſella vſus Carolus IV.





65. Neque

65. Neque variari tantum et alterari poſt Fridericum coepere ea, de quibus agimus ſigna, ſed etiam euileſcere ac negligi. Inueniuntur enim apud Zylleſium Conradi II. Regis Rudolfique Imperatoris (quem alias cruciformi ſigno vſum reperio) et ipſius Caroli IV. diplomata, inſigniter bullata, abſque vllo monogrammatico ſigno; et alibi plura talia poterunt haud dubie inueniri. Apud Francos vero idem vſus adhuc citius euiluit quam apud Germanos; neque ſcio, an vllus ex tertia Capetidarum ſtirpe Rex Monogramma nominis ſignando expreſſerit. Extat quidem apud Lucam Acherium tom. 2. ſpicilegii pag. 600. *Signum Philippi Francorum Regis* cruciforme inſtar Karolini, cum maiori rhombo litteram Y complexo, ad cuius angulos pinguntur P. L. P. S. litterae: et hoc ſignum ſubiicitur priuilegio, quod Compendienſi eccleſiae confirmatum fuit ab Epiſcopis, vt praefertur, nouem, Abbatibus nouemdecim, in Concilio ibidem celebrato, anno MLXXXV, coram Rege Philippo, et Raynaldo Remenſi Archiepiſcopo. Sed quam aperte falſa eſt narratiua pars iſtius priuilegii, qua dicitur eadem Eccleſia, fundata a *Domno Karolo, illuſtri Francorum Rege ac Imperatore Romanorum* . . . a S. Ioanne Romano Pontifice, cum ſeptuaginta duobus Epiſcopis ſolenniter, celebri honore ac decore ſpeciali, conſecrata; tam merito ſuſpectum eſt ipſum totum *memoriale* (ſic enim vocatur, nomine in talibus hactenus non lecto) eccleſiam praedictam a cuiuſcumque Primatis, Metropolitani, Epiſcopi aut Iudicis poteſtate exemtam declarans; abſque nota diei, cum cruciformi vt dictum Regii *nominis charactere* (et haec vox rurſum noua in diplomatis atque extrauagans eſt) aliiſque nonnullis abnormitatibus ab ordinario ſtylo: quae omnes etiam notari poterunt in eo priuilegio, quod ibidem 604. proponitur, ſub ſimili narratiua et cum ſimili monogrammate, expeditum Pariſiis anno MXCI.

Pag. edit. XV.

ante quem aliqui, omni quandoque ſigno abſtinuere,

ſicut et Reges Franc. ſtirpis tertiae,)

nam fidem non meretur ſignum Philippo affictum;

66. Fuit quidem in Galliis Ioannes Papa VIII. (qui ſolus ibi intelligi poteſt) non ſub Carolo Caluo, ſed ſub Ludouico Balbo, cauſa celebrandi Tricaſſini Concilii; ibique habuit collectos Epiſcopos, triginta. Verum quis credat, quod is vel Compendium vſque excurrerit, vnius eccleſiae dedicandae cauſa, idque mortuo iam fundatore, cuius viuentis honori poterat aliquid indulgendum videri; vel ad eiuſmodi actionem, interuallo leucarum triginta, non ſolum traxerit omnes Concilii Tricaſſini Patres, ſed duplo maiorem numerum quam Trecis habere potuerat, Compendii numerauerit? Quapropter nolim ſeriem Gallicanarum Synodorum augere duabus, velut tunc ſub Philippo celebratis Compendii atque Pariſiis, quamdiu de earum veritate non ex aliis quam dictis iam chartis conſtat;

nec eo ſatis probantur Synodi Compendienſ. et Pariſienſis.

Pag. edit. XV. conſtat; neque credere, Philippum iſtum in ſignandis diplomatis vſum eſſe monogrammatico ſigno.

CAPVT V.

ALEXANDRI WILTHEMII DE HAC MATERIA IVDICIVM.

Cenſet antiquarius expertiſſimus diplomata quaedam,

67. Cum ea quae ſuperioribus Capitibus deducta iam ſunt, et quae ſequentibus deducenda reſtant, iam fere haberem parata praelo, placuit eruditiſſimo noſtro Alexandro Wilthemio, ei tractatui, cuius ſcribendi conſilium animumque ab illo acceperam, ſuum quoque iudicium ſuggerere ſcripta epiſtola: quam congruum duxi hic innectere; quia propter longaeuam experientiam, et continuam eiuſmodi rerum tractationem, maximae apud me auctoritatis eſt; eritque haud dubie apud eos omnes, qui doctrinae, qua pollet, rarae profundae, ac ſolidae guſtum aliquem ceperint ex illius Diptycho Leodienſi, additaque ad illud Appendice, antiquariae ſcientiae pleniſſimis opuſculis, vel ex recentius vulgata diſſertatiuncula de Iconibus Conſtantini Magni et D. Helenae Auguſtae Matris eius. Iuuabit autem illud eius iudicium tum vt modus, quo ſcribi diplomata iſtiuſmodi et probari etiam potuerunt, intelligatur clarius; tum vt mitigetur doloris ſenſus, ſi quis ex veritate apertius prolata aut proferenda in ſubſequentibus huius Tractatus Capitibus, exiſtat apud illos, qui non obſtante cautela admonitionis ad hoc Caput praeviae, periculum aliquod ſuis iuribus metuerent. Is igitur litteris Luxemburgo datis anno MDCLXX, VIII. Kal. Decembris, ſic pronunciat. Non eſt facile hoc doctiſſimo Saeculo ſcriptis confictis atque ſuppoſititiis decipere ingenia. Ipſis elementis ac litterarum apicibus ſaepe ſe prodit infelix fictio, ne alia falſitatis indicia commemorem, ſtyli ſaporem errores chronologicos, res perſonaſque a temporibus atque locis alienas, et alia huiuſmodi. Ipſa adeo publica inſtrumenta, recepta in iudiciis obſignata ceris, magnorum nominum, roborata ſcriptionibus, vocantur in controuerſiam ab hiſtoricis; et ſaepe quod in foro probauit Iudex, in muſeo condemnat litteratus. Qua in re modum ego adhibuerim, atque ita attemperem omnia, vt diplomatis talibus, quamuis ea merito reiiciant eruditi a teſtimonio ferendo in re hiſtorica, ſua tamen fides et auctoritas coram Praetore et aſſeſſoribus maneat. Quod vtrumque quomodo fieri poſſit, paucis exemplis declarabo.

Pag. edit. XVI.

etſi ad hiſtoriam inutilia, valere tamen in iudiciis.

68. Tradi-

68. Traditum eſt in libris prouincialibus Treuirorum, Siluestrum Pontificem maximum Agricii cauſa ſcripſiſſe epiſtolam, et exempla circumferuntur. Antiquiſſimum Viroduni in codice MS. collectionis Canonum reperit mecumque communicauit Iacobus Sirmondus, dum Conciliorum Galliae tomis, homo diligentiſſimus, materiam vndique conquireret. Iſtius exempli ecgraphum, neſcio vnde mihi elapſum, ſublegit, qui nuper additamenta ad Annales Treuirenſes edidit; inter quae ipſum nunc excuſum legitur, ſed omiſſa, quae imprimis lucem merebatur, clauſula hac: *Privilegium .... quod Voluſianus Archiepiſcopus reſcribi juſſit.* Fuit Voluſianus Epiſcopus Treuirorum V. Saeculo, Marci ſucceſſor, de quo ita in Geſtis Pontificum Treuirenſium: *Hic privilegium, dudum a B. Silveſtro Papa huic urbi per B. Agritium deſtinatum, ſed, proh dolor! jam ſuo tempore neglectum et deletum, a Pontifice Maximo Romanorum renovari et roborari curavit.* Item Cono a Falchenſtein Archiepiſcopus Treuirenſis in Chronico ſuo: *Hic Privilegium, dudum a Papa Silveſtro huic urbi per B. Agricium delegatum, ſed jam ſuo tempore deletum a Romano Pontifice reſcribi fecit, et honorem priſtinum civitati renovavit.* Erit fortaſſis in hoc Privilegio quod carpat hiſtoria: quale eſt illud, quod quem conſenſus omnis memoriae appellat Maternum Epiſcopum Treuirorum, Martinum nuncupet. Non ideo tamen vim auctoritatemque ciuilibus in cauſis non obtineret, ſi extaret hodie, quod Voluſianus ab Hilaro Pontifice maximo deſcribendum curauit. Etſi enim non erat illud autographum Silueſtri, rem tamen eius continebat, verbis vel ex Protocollo (ſi illud in Romani Pontificis ſcriniis adhuc erat) deſumtis, vel ad eius ſententiam Pontificia auctoritate de nouo accommodatis. Ac proinde (vt abſit odium vocabulo) non confictum, non ſuppoſititium, ſpuriumue; ſed ſuffectum aut vicarium exemplum illud a Voluſiano curatum, appellauerim.

Pag. edit. XVI.

Tale eſt privilegium Eccleſiae Trevir. datum a S. Silveſtro,

quod Voluſianus Ep. curauit ab Hilaro innovari.

69. Saeculo VIII. adulto Pipinus Rex Epternacenſis coenobio donavit Crouiam, luculentum ad Moſellam ac nobilem vicum. Extant Donationis tabulae, in membrana de more ſcriptae et a me lectae, a Myraeo editae, a Criticis multifariam reprehenſae, ob peccata hiſtorica atque chronologica: ſed, ſi de iure agitur, prorſus validae atque legitimae. Neque enim autographae (nam quid non perdunt atque corrumpunt iniuriae temporum innumerabiles?) ſubſtitutae, idque vel ex libris commentariiſque domeſticis, vel ex corruptis illis detritiſque autographis. Reſtitutas autem eſſe auctoritate Regia vel Imperatoria ſuadere mihi videtur appoſita cera: quippe in qua ſedeat Imperator aut Rex in throno,

Talia forte etiam ſunt Epternacenſe Pipini, innouatum ſub Rege Henrico;

Pag. edit. XVI. throno, dextera gerens ſceptrum liligerum, ſiniſtra globum impoſita cruce: coronae ſpecies quadrata eſt aut quadratae ſimilis: litterae circumſcriptae fugiunt oculos, demtis hiſce vltimis GRATIA REX; plane vt Henricianum eſſe ſigillum iurare poſſis, ſi talium vſum ac notitiam habeas. Monogramma Pipini nomen implectit, ſed non ea forma qua erant monogrammata tempore Pipini, ſed qualia regnantibus Henricis. Priſca enim illa a Dagoberto vſque ad Ottones (vt ex Maximilianis autographis mihi conſtat) procurrebant in aliquam longitudinem. Ottones ea quadrare maluerunt, eumque morem cuſtodiuerunt deinde Henrici eorumque poſteri, inſertis hinc inde caeteris eorum nominis elementis: qua prorſus ſpecie eſt hoc Epternacenſium tabularum Pipini Signum. Ex quibus omnibus colligo, Henricum aliquem Regem corrupto aut perdito autographo, has tabulas ſuffeciſſe, vt eſſent illius, vbi res poſceret, in forenſi negotio vicariae.

et Verdenſe Caroli M. 70. Saeculo eodem exeunte Carolus Magnus Pipini Regis filius, Epiſcopatum Verdenſem ad Aleram flumen inſtituit, eiuſque rei diploma ex ſcriniis Verdenſis Eccleſiae acceptum publicauit concinnator Additamentorum ad Annales Broweri. In hoc quoque manifeſti errores hiſtorici, chronologici, aliique occurrunt. Cerae locum tantum annotauit diplomatis huius editor: monogramma poſuit, qualia ſupra dixi Henricos efformare conſueuiſſe, diuerſiſſimum ab eo quo Carolum vſum conſtat, exemplis apud quam plurimos hiſtoricos obuiis. Non eſt igitur autographum Verdenſe illud diploma: ſed addendum caeteris illis vicariis atque ſubſtitutis: quibus quoad hiſtorias fidem nullam, quoad res ipſas vim omnem ſuam ad tribunalia relinquimus. Non me quidem fugiunt Iuriſconſultorum ſcita ſeuera, aduerſus ſcripta falſa atque conficta. Sed

licet ſuos omnia errores habeant. valuerint iſtae leges contra falſarios: haec vicaria diplomata pro confictis atque falſis non habebantur: quippe ſcripta auctoritate Regum atque Imperatorum, vt ſummum rei ex vero continerent, hoc eſt, donationes, fundationes, priuilegia et id genus alia: quae de caetero Notarii, homines candidi et antiqui moris, condebant ex ſuo vel dictantium ingenio, iis adhibitis verborum formulis, perſonarum nominibus, temporum notis, quas pro ſuo captu ad rem eſſe arbitrabantur. Atque vt iſta ſine dolo malo in publicum emittebantur, ita minime argute aut ſcrupuloſe excutiebantur in Curia; iudicibus in ſummam rei duntaxat intentis, nihil autem ſollicitis an talia ſcripta eſſent cancellata, an ſignata, an ceris affixis munita, an dies et Conſules recte aut perperam notata haberent.

71. Atque

71. Atque haec praemittere volui, velut qui ponte ſtrato ad paluſtria vliginoſaque loca patefaciunt ac praeſtruunt viam, vt veniam ad Dagobertinum illud diploma, de quo me conſulitis, quodque pro autographo nuper adtextum eſt magnificis illis Treuirorum Annalibus. Vtor autem circumſpectione tanta: non quia res ſeipſa difficilis atque perplexa eſt, cum ſit clariſſima; ſed quia metuo rixas et altercationes contrapugnantium, et putantium auctoritati iudiciali ſui diplomatis detrahi. Contendit illius editor eſſe autographum. Ipſum ego vidi, legi, manibus contrectaui: autographum eſſe mihi nemo perſuaſerit: mihi, inquam, qui in veteri litterarum publicarum monumentis, legendis, verſandis, excutiendis (praeſertim Maximinianis diplomatibus, genuinis illis et autographis, ſi qua alia vſpiam) triginta et plures annos non vulgari ſtudio atque diligentia impendi. Pag. edit. XVI. Horreenſe quoque diploma

72. Quae me vetant Dagobertinum illud autographum credere, ſunt vitia, quae deprehendo in elementis atque litteris, in cera, in annis. Singula oſtendo. Eſt in Scriniis antiquiſſimi coenobii D. Maximini Dagoberti primi diploma, ſincerum atque integrum, neque in annorum numero aut ſubſcriptionibus vitiatum, ſcriptum in ingenti membrana, ſed litteris venerandae antiquitatis pleniſſimis, vt me non piguerit diploma totum, ea prorſus forma atque magnitudine qua eſt, non tam exſcribere, quam depingere, redditis ex omnium elementorum ſiue litterarum ductibus, atque apicibus. His porro elementis longe abludunt elementa diplomatis eius de quo controuertitur, formata nempe ad eum modum, quo ſolebant vti ſaeculis longe poſterioribus. De cera autem quid? Quantum recordor (nolim enim aſſeueratione ſumma vti hoc loco) forma ſigilli cerae impreſſi non eſt quidem prorſus abſimilis Maximinianae; ſed materia multum diſcrepat. Maximiniana, ex flauo cum aliqua ſorde palleſcit: Horreenſis, fuſca magis eſt et cinerei ſaturi coloris. Illa, vetuſtate mire exucca aret: haec pingui quodam ſana eſt; vt ex caeteris antecedentibus argumentis appareat, ad exemplum vetuſtioris cera expreſſum. De die et Conſule, ſeu annis vitioſe poſitis, non eſt opus pluribus, cum ipſa res pateat. non eſt autographum, Pag. edit. XVII.

73. Hoc porro diploma Philippus IV. Galliae Rex anno MCCCVII. *renovavit et confirmavit*, vt ipſe loquitur, facto inſigni diplomate, quod etiam vidi legique, et nunc editum eſt ab Auctore Additamentorum ad Treuirenſes Annales. Narrat in hoc ſuo diplomate Philippus, a Virginibus monaſterii Horreenſis exhibitum ſibi *antiquiſſimum Privilegium*, ſed anno 1307 debuit innouari;

 nempe

Pag. edit. XVII. *nempe Dagoberti Regis;* ſeque rogatum, *ut cum propter ipſius vetuſtatem privilegii dicto monaſterio poſſit in proximo diſpendium imminere, privilegium ipſarum* RENOVARE *miſericorditer dignaretur.* Et mox addit: *Privilegium ipſarum tenore præſentium renovamus et confirmamus.* Aſt diploma de quo controuertitur, integrum eſt et ſanum; non lacerum, non mutilum, non cancellatum, non detritum, nec vetuſtius quam ipſum Philippi confirmatorium: quomodo ergo eſſe poteſt, Dagoberti primi autographum, a Virginibus illis Regi oblatum, quod erat *antiquiſſimum*, et tam quidem antiquum, *ut ob vetuſtatem illius dicto monaſterio poſſit in proximo diſpendium imminere?* Coecum eſſe oportet, qui non videat; pertinacem, qui non fateatur, aliud eſſe diploma de quo diſputamus, aliud quod Virgines Horreenſes Philippo Regi renouandum obtulerunt. Hoc nimirum fuiſſe autographum; illud vero in locum autographi, aetate aut alia temporum iniuria corrupti, ſuffectum et ſubſtitutum. Suffecit autem atque ſubſtituit Rex Philippus, qui diſerte teſtatur, ſe rogatum illud Dagoberti diploma antiquiſſimum RENOVARE. Renovauit vero modis duobus. Primo iuſſit concipi diploma et in membrana deſcribi, quod rem autographi Dagobertini contineret, Notariis caetera ex ſuo arbitrio adiicientibus (et hic primus eſt renouandi modus) deinde diplomatis ita renouati contextum diplomati ſuo inſeruit (et hic eſt modus alter) ſimulque *tenore præſentium* ſuarum tabularum confirmauit.

quia ab eius nimia vetuſtate damnum proxime imminebat.

74. Firmatur haec renouatio alio non leui argumento. Extat apud Virgines Horreenſes exemplum alterius huius ſuffecti diplomatis absque ſigillo, iiſque verbis conceptum quibus a Doctiſſimo Henſchenio eſt editum. Vidi ipſe ego hoc quoque exemplum et legi: autographum eſſe etiam ipſum credit Dagobertini illius ſuffecti editor: ita enim loquitur: *Utriuſque penes Virgines autographum deprehendi.* Atqui in illo Henſchenianae editionis habentur haec verba *Uſque ad fontem S. Humberti.* Eſt ille Diuus Humbertus Maricolenſis Abbatiae fundator in Cameraceſio, cuius vitam dedit XXV. Martii, et Chronologiam ordinauit Henſchenius V. Februarii ad vitam S. Amandi, quicum praenominatus Sanctus, adhuc ſecularis, Romam profectus eſt, nec niſi aliquantis poſt annis monaſticae congregationis apud Maricolas iecit initia. Dicitur autem claruiſſe tempore Hildrici Regis, quia anno eius XII. qui fuit Chriſti DCLXXI. ſcripſit et ſignauit diploma donationum monaſterio factarum, poſtea autem quamdiu vixerit incompertum eſt. Hoc certum, annis minimum triginta obiiſſe Dagobertum prius quam Humbertum: quomodo igitur hic in illius diploma irrepſit? et quidem vt Sanctus, et fama

Innouatum eſt autem non ſine mendis,

vt cum in eo nominatur fons S. Huberti,

fama miraculorum vſque in Treuiros notus, adeo vt ibi fontem haberet ſuo nomine ſacrum? Quamuis enim in pia peregrinatione aliqua, puta Romana, ipſemet fontem illum excitaſſet miraculo, ſicut poſtea circa annum DCLXX excitauit eum, cuius mentio eſt in Vita ipſius num. 14. non poteſt tamen concipi id factum ante obitum Dagoberti, et hoc diploma pro autographo habes, vir bone? et quidem pro autographo Dagoberti I.? Si ſecundum fatearis, cuius fuiſſe donationem olim permiſit Henſchenius, ne hunc quidem puto nominaturum fuiſſe, *fontem S. Humberti.* Neque dixeris alium a Maricolenſi eſſe S. Humbertum, de quo in tabulis: tibi enim incumbet probare, aliquem alium Sanctum hiſce in partibus notum fuiſſe, aetate priorem Maricolenſi, ſed eodem quo iſto nomine: ſi tamen hoc nomen antiquum eſt, ipſeque Sanctus ſuo tempore et diu poſt non vocabatur *Hubertus* vel *Hugbertus*, quod aetas poſterior in Humbertum vertiſſe videtur; nam ita fere ſolent Galli cum de S. Huberto Leodienſi Epiſcopo vbique celeberrimo loquuntur, et ita ſcribebatur tempore Philippi Regis: Quocirca etiam hoc ſecundum exemplar ad eiuſdem Regis tempora me auctore retuleris. Caeterum iſta in hunc modum diſputans, nihil detractum velim diplomatis Horreenſis auctoritati quoad res donatas, praeſertim poſt confirmationem Philippi Regis; quin potius ipſum, hoc nomine quod ſit a tali Rege confirmatum, veneror atque ſuſpicio, Virginibuſque Horreenſibus de eo etiam atque etiam gratulor.

Pag. edit. XVII.

qui an. 675 adhuc erat in viuis.

75. Hactenus Wilthemius, cui paene per omnia conſentimus: neque enim, ſicut ante dixi, hoc agimus, vt a iudiciis talia repellantur, tamquam leuis aut nullius fidei, vel vt falſariorum crimine denigrentur qui iſta ſic ſcripſere, praeſertim monachi, quorum vt vita omnis a culpa, ſic verba et ſcripta cenſeri debent a fraudibus et mendaciis aliena. Remouebuntur autem ab iis quam maxime, ſi in Notarios Regios refundatur culpa, ipſique Reges iuſſiſſe credantur, et ſecundum primum Wilthemii modum antiqua priuilegia renouarentur. Recipiat igitur hunc modum, qui volet, et ſecundum eum iudicet de diplomatis minus ſinceris. Ego fateor mihi difficili creditu videri, primum, quod Reges iuſſerint aliquando tali modo innouari priuilegia, vt huius ſuae iuſſionis nullo in ipſo innouato diplomate ſigna extarent; nam quod de Epternacenſi cera dicitur, eam videri eſſe Regis, innouationem approbantis, haud poſſum admittere: cur enim Horreenſe aliaque ſic innouata, in cera habent effigiem Regis, non innouantis, ſed primum condentis vt putabant ipſum inſtrumentum? cur in Epternacenſi tam ſollicite extritae ſunt

An iuſſerint Reges noua ſcribi, quae pro autographis oſtenderentur,

et an iſti errores imputari debeant Notariis?

Pag. edit. XVII.

ſunt illae praeciſe litterae quae monere intuentem potuiſſent, non eſſe hanc eius Regis ceram, cuius ſubſignabatur nomen? Secundo innouationes iſtae ſtudium requirebant nonnullum, vt ex ipſarum examine patuit: non eſt autem credibile Notarios Regios, antiquae hiſtoriae minime curioſos, laborem hunc ſibi voluiſſe aſſumere, quo inuenirent temporum, perſonarum ac formularum circumſtantias, quae poſſent innouandae donationi applicari. Denique Notariorum fides publica non potuit permiſiſſe, vt delatis ad ſe rebus affingerent ipſi, quas vellent particularitates. Quare cum omni libertate dicendi, ſcribendique quod verius exiſtimavero, ingenue fateor, probabilius mihi videri tales innouationes priuatim a monachis ipſis fuiſſe factas; vel ſaltem deſcripturis eas Notariis praeparatas ex iis, quae ad manum haberi poterant documentis, per illos quorum agebatur cauſa: et neque deberi pro legitimis tabulis agnoſci, quae reuera non ſunt ipſae quod praeferunt, ſed pro aliis ſuppoſitae, niſi poſtquam expreſſo priuilegio id ſanciuerit Princeps, qui etiam nothos ac ſpurios ad legitime genitorum iura poteſt euehere. Quamdiu vero conſtat de ſuppoſitione, non conſtat autem de legitimationis, vt ſic loquar, priuilegio, ſi quis eiuſmodi tabulas, verarum donationum teſtes non veras, pergat vocare ſpurias, eorum more, qui ſcapham ſcapham, ligonem ligonem nuncupant, non auſim ego eiuſmodi arguere nimiae ſeveritatis, maxime quando ad autographiae defectum, alia grauiora accedunt vitia affictarum ex coniectura perſonarum, temporum ac formularum.

nobis neutrum videtur dici poſſe.

CAPVT VI.

Pag. edit. XVIII.

QVOMODO HORREENSE DIPLOMA FABRICATVM ET ERRORES CHRONOLOGICI EX REGINONE ACCEPTI FVISSE VIDEANTVR.

76. Quoniam ex praecedentibus ſatis liquet, neque autographum eſſe Horreenſe diploma neque ex autographo deſumtum iiſdem verbis exemplar: quaeret forſitan aliquis de ipſis controuerſis membranis, quomodo eae ſic adornatae fuerint, vt olim oſtenſae pro fidelibus ecgraphis non amplius exiſtentis vel minime legibilis originalis nunc pro ipſo oſten-

Pro cuiuſdam Dagoberti diplomate innouando

oſtendantur originali, idque cum tot tamque manifeſtis hiſtoricis mendis ac poſterioris aetatis notis. Res dictu captuque facilis. Conſtabat S. Irminam, Horreenſis monaſterii fundatricem, filiam Dagoberti Regis fuiſſe, et certa perſeuerabat fundorum ab ipſa monaſterio contraditorum poſſeſſio: hi autem duplicis generis erant, et partim a patre obuenerant Irminae, partim a ſponſo: fortaſſis etiam extabant ibidem veterum Inſtrumentorum lacera mutilaque pittacia; tum eius quo filiae ſuae in matrimonium tradendae dotem aſſignabat Rex pater; tum illius, quo ſponſam heredem inſtituebat Hermannus; tum denique alterius, quo filiae donationem Rex pater laudabat. Extabat certe ibidem quoddam Dagoberti III. diploma, in confirmationem donationum ab Irmina factarum: ab hoc enim acceptum videtur cereum ſigillum, quod Horreenſi chartae nunc inhaeret, itemque annus II. regni, et nomen Grimoaldi Maioris-domus. Cum igitur fundationis ſuae tabulas et alia eodem ſpectantia inſtrumenta antiquiora perdidiſſent penitus Horreenſes; et confirmatorium Dagoberti III. priuilegium antiquiſſimum, tale iam eſſet, vt propter ipſius vetuſtatem priuilegii, poſſet in proximo diſpendium imminere; voluerunt huic defectui et periculo proſpicere, petendo illius innouationem a Franciae Rege Philippo IV. Pag. edit. XVIII.

77. Cur autem a Philippo, cum ad Imperium ſpectent Treuiri, illudque teneret Albertus Auſtrius? Maſenius de bonis quae in Gallia poſſidebant Horreenſes, litem Pariſiis agitatam diuinat; eaque occaſione productum iſtic innouatumque eſſe Dagobertinum priuilegium. Verior ſortaſſe coniectura ſuſtinebit, Treuiros contra Archiepiſcopum ſuum contraque Albertum Caeſarem eo tempore armatos, democratiam ſuam tutelae Franciae commiſiſſe; defendendam tum contra illos, tum contra Lutzenburgenſem Comitem, grauem vtique vicinum, et bello identidem inferendo moleſtum; et ideo ad Philippum potius tunc fuiſſe recurſum ab Horreenſibus, quam ad Albertum Imperatorem. Vt vt ſit, videntur illae, vt dixi, habuiſſe Dagoberti cuiuſdam diploma; et ſuam fundatricem ſcientes Irminam Regis Dagoberti filiam dici; eumdem eſſe et huius patrem et illius diplomatis conditorem credebant, cumque ipſum prorſus illegibile iam eſſet, propter obſcuritatem veterum characterum, aut fugam euanidi atramenti, vel etiam parte prima euulſa lacerum, innouatio illius petenda opportune videbatur, ab eo qui facile et abſque grandi examine conceſſurus illam eſſet, oblata occaſione iuriſdictionis circa Treuirenſes exercendae. Hoc conſilio capto, ſcriptum primo fuerit nouae compoſitionis diploma, antiquiori charactere et in obſo- Philippum IV. Fr. Regem adiiturae Horreenſes.

Pag. edit. XVIII.

nouas compoſuere membranas,

obſoletiori membrana; cera autem ex antiquae Dagobertinae confirmationis pittacio reuulſa, et membranae praedictae applicata. Aduerſus quam technam in praxi facillimam, poſterorum prudentia excogitauit ſecuriorem alium ſigillandi modum; qua ſcilicet non ipſi membranae applicatur cera, nullo negotio (vbi modice ad ignem membrana incaluerit) filo ſubtili abradenda, et quo voluerit integre transferenda; ſed ſigillum cereum traiecto per membranam funiculo, applicatur, et ſigillo ſecundario, quod Clauem vel Secretum appellabant, ſiue (vt nunc loquuntur) contraſigillo ſic munitur in dorſo, vt illaeſo funiculo aut ſigillorum altero nequeat auferri, multo minus alio transferri, ſic vt fraus non appareat.

quarum vnam vt alterius iam euanidae ecgraphum obtulere.

78. Caeterum Horreenſes iuſto metu ſubintrante, vt illud ſic adornatum diploma (vtpote integrum et nulla ſui parte laeſum) aut tam antiquum crederetur quam volebant, aut perſuadebant magnam eſſe innouationis petendae neceſſitatem, dimiſſo eo quod iam ſcriptum et ſignatum erat exemplari; aliud ſcribi iuſſerunt eadem manu, quod non tamquam originale, ab annis ſexcentis ſexaginta exaratum offerretur Philippi Regis Conſiliariis, ſed tamquam exemplar ab annis ducentis trecentiſue tranſcriptum fideliter ex iis quae in monaſterio manſerant antiquiſſimis et iam euanidis nec legendis pittaciis: cui quia non aderat publicae auctoritatis fides, petebant nouum iuſſu Regis conſcribi, cui tenor oblatae copiae inſereretur verbotenus: idque vel ſuo vel alieno fauore haud difficulter impetrarunt. Nouae autem in ſecunda membrana deſcriptionis occaſione acceſſerint ea quae tamquam primo exemplo ſuperaddita [ ] incluſimus, vbi ipſum eius contextum dedimus; quaeque ad rem facere haud parum videbantur, eſſeque ex vſu temporum antiquiorum. Hoc eſt totum quod de modo praenarratae fictionis (nam fictio certa eſt) potui diuinando aſſequi: et credo veroſimillimam eſſe coniecturam, ſaltem quoad ſubſtantiam rei: accuratiorem ſi quis proferat, libenter acquieſcam.

Earum Auctor Chronologiam ſumſit ex Regione.

79. Porro, cum is, qui Horreenſe diploma compoſuit antiquiorem Irmina Dagobertum nullum noſſet, quam Chlotarii II. filium, totius Francici Imperii aliquando Monarcham; vt annum Chriſti, prout ſaeculorum aliquot vſu inualuerat, et indictionis inueniret (nam hi ita ſollicite adduntur in omnibus medii aeui diplomatis, vt absque his nulla valida vulgo cenſerentur, et antiquiora iiſdem carentia ſi quando in manus veniebant imperitorum, vel eo ſolum titulo haberentur ſuſpecta) aſſum-

aſſumſit Chronicon Reginonis Prumienſis, per omnia eius tractus monaſteria notiſſimum ac receptiſſimum, cui Regum Francorum primae ſtirpis geſta ſic inneſtuntur, vt referantur, non ad annos Chriſti (quos nullos in primo libro notauit Regino.) Sed ad tempora orientalium Imperatorum, quae facile erat ad annos Chriſti vtcumque aptare. Quia autem laudabili Reginonis conatui, non ſemper reſpondit ſucceſſus optatus, propter chronologiae verioris ignorantiam: hinc factum vt Regum et Imperatorum, quos dixi, tempora comparans Regino, et ipſe in graves errores frequenter impegerit, et alios veſtigia ſua prementes ſaepius adduxerit a tramite veritatis ad quam iis ſaeculis nulla erat expedita via, nec quaerebatur alibi quam in eiusmodi chronicis. Pag. edit. XVIII.

80. Inuenies igitur nouae chartae Horrçenſis ſcriptor, in praedicto Reginonis Chronico, initium Regis Dagoberti componi Imperio Conſtantis, qui fuit filius Conſtantini, filii Heraclii, quique anno DCXLI. thronum conſcendit, facile ſibi credidit eſſe, congruum fabricando diplomati tempus comminiſci: et huic compoſuit annum Regni ſecundum, quem, vt dixi, non ex primi et ſecundi Dagoberti diplomate aliquo, ſed ex Tertii accepiſſe videtur; qui iuuenis, immo puer, patri Childeberto ſuffectus a Pipino Herſtallio eiusque filiis, ſolo nomine tenus Rex dicebatur, imperio manente penes Maiores-domus. Erant autem illi, Pipinus quem dixi, et filius eius iunior Grimoaldus: qui anno dicti Dagoberti ſecundo, Chriſti DCCXII. aut XIII. in Auſtraſiam excurrens, Regis ſui nomine Treuiris dediſſe et ſigillaſſe potuit Horreenſis fundationis confirmatorias litteras: quas tanto magis perſuadeor fuiſſe vnicum totius fictionis fundamentum, quo plura ſigna Dagoberti tertii habet euanida Horreenſis cera, vbi neque barbae neque ſceptri veſtigia inveniuntur, ſed criniti ſimpliciter iuuenis; et reſiduae nominis litterae aliter quam in San-Maximiniano ductae conſpiciuntur. Sed in iis, vtpote abſentis Regis manuali ſubſignatione deſtitutis, deerat nomen Cancellarii, pro Archicapellano chartam ſcribentis; deerat Dagobertini nominis conſuetum iſti ſaeculo monogramma, quod non debuit a Dagoberti primi monogrammate diſcrepaſſe; ſicut non diſcrepant Karolorum Magni et Calui ac Craſſi monogrammata. Ipſum autem quale fuerit ignorans ſcriptor Horreenſis, fabricauit aliquod ex forma monogrammatum ſibi ſaeculo XIV. nota et fictionem ſuam numeris omnibus credidit abſoluiſſe.

annum regni et nomen Maioris-domus

ex diplomate Dagoberti III.

Pag. edit. XIX.

81. Reſtat vt, quoniam dixi, Horreenſis diplomatis innouatorem Aerae Chriſtianae annum ſibi finxiſſe, qualem concipere potuit conſulendo Chronicon Reginonis, in quo Dagoberti initia referuntur ad Imperium

Regino non notauit libro I. ſui Chronici annos Chriſti;

Pag. edit. XIX.

rium Conſtantis Iunioris, reſtat, inquam, vt ſcrupulum remoueam, quem facere poſſent anni Chriſtianae Aerae, in omnibus Reginonis ſcriptis impreſſisque exemplaribus, ad illius primum librum non minus quam ad poſteriorem notati, et initium Conſtantis, regnari exorſi poſt Conſtantinum patrem et auum Heraclium, componentes cum anno DLXXVI. Dico igitur iterum quod in Diatriba Dagobertina pluribus dixit Henſchenius, ipſummet Reginonem in fine libri prioris profiteri, quod a morte dumtaxat Caroli Martelli per Incarnationis Dominicae annos tempora Principum et geſta declarare propoſuerit; ante illum, ſummatim demonſtrare contentus, quo loco vel quid actum ſit ſub vnoquoque Principe, id eſt vnoquoque Imperatorum Graecorum, quorum ſucceſſionem non curauit ad annos Chriſti reducere, quia hoc nuſquam ex voto ſuo factum inueniebat. Quamuis autem Regino, etiam in hoc ipſo quod ſolum ſibi primo libro propoſuit, errarit grauiter, Dagoberti primi initium componens cum initio illius Imperatoris, ſub quo regnare non coepit, ſed deſiit: ſi tamen voluiſſet annos Chriſti adſcribere etiam priori libro, non puto eum tam enormiter fuiſſe exerraturum, ſicut exerrauit is qui dictos annos praefato libro priori aptauit; adeo parum rei ſuae attentus, vt vbi partem priorem finit Regino, et annum decimum Caroli Martelli nominat, ibi ſcripſerit annum Chriſti DCLV. Interim ipſe Regino librum poſteriorem notatis Chriſti annis exordiens ſicut ſe facturum promiſerat, Caroli Martelli obitum accidiſſe ſcribit anno Chriſti DCCXLI. quod cum praenotato anno X. nemo componere poteſt, niſi qui ſuſtinere vellet totis XCV. annis Martellum regnaſſe. Quod tam grande mendum abſit vt Reginoni imputet aliquis, auctori ſatis antiquo, mortuoque, vt ex epigraphe ſepulchrali liquet, anno DCCCCXV. Obiit autem, a ſua Abbatia Prumienſi exul, in monaſterio S. Maximini prope Treuiros, vbi non ita pridem repertum corpus, cum appoſito pedo Abbatiali fracto, ad eius depoſitionem ſignificandam.

ſed eos poſtea alius adiecit valde imperite,

82. Aſt, inquies, in ipſo Reginonis autographo, quod adhuc Prumiae adſeruatur atque oſtenditur, non tantum ſecundo, ſed etiam primo Chronicorum libro, anni Chriſtianae Aerae adnotati inueniuntur. Vidimus etiam ipſi nos memoratum codicem, eumque autographum dici a monachis Prumienſibus audiuimus patienter. Vidimus autem, quod dictus codex vna perpetuaque manu deſcriptos haberet Franc. Annales, et Eginharti Commentarium de Vita Caroli Magni, ac demum ipſum Reginonis Chronicon: eademque manu ad calcem libri ſcriptum legimus: Anno Dominicae Incarnationis MLXXXIV. ſcriptum eſt hoc volumen, ab Arnoldo Scholari, præcipiente Domno Wolfranno, pio ac venera-

atque imperite pro autographo Reginonis oſtenditur liber.

bili

bili Abbate Prumienſis Coenobii. Atque ita probatum manet, quod in Diatriba dixit Henſchenius, iſtam Reginonis corruptelam, per appoſitos Chriſti annos, ſatis eſſe antiquam: quod tamen non prohibet, quo minus Horreenſis diplomatis innouator, etiam ſaeculo XIV. inuenerit et conſuluerit aliquod exemplar Reginonis incorruptum. Si enim habuiſſet illud chronicon, ſicut ipſum nunc habemus, vidiſſet initia Dagoberti ad annum vt diximus DLXXX. relata, mortem vero ad annum circiter DCXX. et hoc ſequens, longe grauius errauiſſet in defectu, ſecundum annum Dagoberti cum anno DLXXXI. componendo; quam nunc erravit in exceſſu, eumdem annum ſecundum componens cum anno Chriſti DCXLVI. Pag. edit. XIX.

83. Porro ſi poſt haec omnia pugnare aliquis pro Horreenſi diplomate pergat, non quidem vt originali, ſed tamquam indubitatam hiſtoriae fidem faciente, velut quod verbotenus et fideliter ex originali transſcriptum habeatur; dicatque, niſi id certo et irrefragabiliter conſtitiſſet et probatum fuiſſet, numquam ipſum fuiſſe a Philippo eiusque Conſiliariis probandum vel innouandum: poterit is opinioni noſtrae magis credulus fieri, ſi examinet diplomata pleraque eorum quae producuntur in libro Iudoci Coccii, cui titulus Dagobertus Rex Argentinenſis Epiſcopatus fundator. Etenim in toto illo opuſculo nullum eſt genuinum Dagoberti cuiuſcumque Regis diploma, ſicuti clare apparet ex iis quae Henſchenius, parce quidem ac ſtricte, ſufficienter tamen clareque deduxit, in Diatriba Dagobertina, vt cognoſci adulterationes poſſint tabularum ex Argentinenſi aliiſque archiuis a Coccio productarum, foediſque anachroſiſmis ſcatentium. Et tamen inter ibi citata et refutata diplomata nonnulla ſunt, quae cum aliis compluribus Rudigerus, Abbatum Weiſſenburgenſium poſtremus, anno DCV. exhibuit Maximiliano Auguſto eiuſque filio Philippo et frequentiſſimo Principum S. R. I. coetui, ius dicenti contra Philippum Comitem Palatinum Rheni. Ea autem ab ipſis recepta in iudicio non improbo, immo, ſi confirmata innouataque indubitabili aliquo ſuccedentium Regum aut Imperatorum diplomate fuiſſe conſtiterit, omnino recipi debuiſſe contendo, quod attinet ad firmandam et non inquietandam fundorum poſſeſſionem. Sed quod ad hiſtoriam, nego vllam talium eſſe auctoritatem, niſi quatenus cum rebus aliunde certis aut conſentiunt aut certe non pugnant. fidem ſaepe obtinuerunt;


84. Omnium inſtar in hoc genere (nam ſingula perſequi infinitum foret, et iſta Coccii ſatis delibata ſunt) Epternacenſe diploma ſit, cuius mentionem ſupra fecit Wilthemius, velut quod a Pipino Rege conditum oſtenditur, et vt tale legitur apud Miraeum in notitia Eccleſiarum vti et Epternacenſe Pipini Regis diploma.

 Belgii

Pag. edit. XIX.

Belgii cap. 20. Ipſum ſiquidem autographum (neſcio an Miraeo viſum) in iudicium productum fuiſſe plus vice ſimplici, etiam hoc eruditiori ſaeculo, aſſeruit nobis praedictus Wilthemius: et tamen nec eſſe genuinum nec ſincerum teſtatus eſt ſupra. Quod ibi in tranſitu dictum, meretur paulo vberius explanari. Genuinum non eſſe, ſed pro originali ſuppoſitum, probat nominis monogramma, non eius formae quam adhibebant primae aut ſecundae ſtirpis Regis in Francia vel Auſtraſia: ſed qua diu poſt vſi ſunt Henrici in Germania, quantum quidem ad lineas, in duplicis crucis formam decuſſatas, attinet; quantum vero ad litteras, erectis annexas lineis, Fridericianum monogramma in hoc Epternacenſi propius exprimitur. Fridericianum ſignum huiusmodi ſupra propoſuimus: hic Epternacenſe ſignum accipe, vna cum vero ſigno alterius Pipini, qui Regis Pipini pronepos Aquitaniae regnum tenuit et in poſteris ſuis alios Pipinos reliquit, omnes hoc fere monogrammate vſos, ſecundum Ioannem Besly, in eo opere quod ſcripſit de priſcis Aquitaniae Regibus.

ſignum fere habens Fridericianum.





85. Si Francorum Rex et Caroli Magni pater Pipinus quadratum nominis ſignum vſurpauit (de quo vehementer dubito, nullum quadratae formae ſignum indubitabile inueniens ante Hludouicum Pium) nequaquam puto ambigi debere, quin illud poſtea vſurparint eiuſdem nominis pronepotes; ſin vſus eſt ſigno cruciformi (quod magis reor) multo longius receſſit ab iſtius Epternacenſis figmenti forma, prout ex ſupra deductis apparet. Interim ipſi, quam dixi, fictioni euidentius adhuc repugnat ſigillum cerae impreſſum, cuius circumferentiae inſcriptum fuiſſe ✠ HENRICVS DEI GRATIA. III. REX ROMANORVM, etſi nunc legi non poſſit, extritis de induſtria litteris omnibus praeter voces DEI GRATIA REX, euidens tamen eſt, ex imagine Regis, manu dextra liligerum ſceptrum, ſiniſtra globum cruce inſignem efferentis, qualem ex indubitati diplomatis ſigillo inciſum aeri expreſſit Nicolaus Zylleſius parte 3. defenſionis San-Maximinianae pag. 36. Ita igitur Pipinianum iſtud non eſſe genuinum fit euidens, neque dubito, quin id iudicaſſet

Miraeus,

Pag. edit. XX.

Miraeus, ſi ipſum autographum ita ſignatum ſigillatumque vidiſſet. Idem non eſſe ſincerum, ſed ad poſterioris temporis formam quoad verba mutatum, in eo quod inchoetur in nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis, et aliis forſan formulis, quodque habeat notam Aerae Chriſtianae et Romanae Indictionis, ex ſupradictis patet.

quod non ſcientes errauimus in conſtituenda Pipini R. Epocha.

86. Nunc monendus mihi lector eſt, non tantum ideo hoc exemplum a me allatum, vt credibile faciam Philippi miniſtros, decipi potuiſſe in eo quod putarint Horreenſe diploma eſſe genuinum aut ſaltem inuariatum verbis Dagoberti primi inſtrumentum: ſed etiam vt retractem alibi a nobis conſtituta ex fide Pipiniani iſtius diplomatis, antequam adulteratum eſſe cognouiſſemus. Satis quidem Magiſter meus in ipſo Dagobertinae ſuae Diatribae ingreſſu, docuerat, quod Epocha annorum ab ortu Chriſti ſerius ad ordinandam chronologiam adhibita ſit, et priſcis hiſtoricis atque diplomatis inſcienter a poſteris inſerta; quodque ab iiſdem a principio abſuerint anni Pontificum, Imperatorum externorum atque Indictionum; et hoc ſciebat per totam Regum Francorum primae ſtirpis ſeriem debere animaduerti, ſuſpectaque habenda omnia, quibus alii quam anni ipſorum Regum notarentur adſcripti: non tamen habebat praeciſe definitum, quandonam anni Chriſti et Indictionum coepiſſent vſurpari in regiis diplomatis. Itaque cum ex vna parte videret initium Pipini Regis ab antiquioribus Saeculi IX. chronicis referri ad annum Chriſti DCCL. ex altera autem parte conſentiret cum iis praeallegatum ex Miraeo diploma; tanto minus de veritate illius chronotaxis dubitabat, quanto putabat ſe certiorem eſſe, de ſinceritate et antiquitate chartae originalis. Certum autem ſe putabat: quia fide publica adſcriptum erat eegrapho ad ipſum miſſo, quod cum originali erat collationata copia, et veriſona reperta de verbo ad verbum, et de litteris ad litteras, per Concilii regiae Maieſtatis Luxemburgenſis Prographeum V. Strengh. Ab eo etiam qui collationem faciendam curarat, quique putabatur abſque ſufficienti regiorum monogrammatum notitia non fuiſſe iudicaturus de Pipiniano, ſcriptum erat Luxemburgo, ſubiectum originali chartae videri ſignum Pipini, litteris, nomen eius more illius aeui continentibus, efformatum. Nunc autem per ocularem experientiam cognita fundamenti primarii falſitate, et chronicis quantumvis antiquis certam chronologiae fidem pro Pipino non facientibus; idem Henſchenius coepit formidare, ne falſus eſſet, annum primum Pipini Regis cum anno Chriſtianae Aerae DCCL. coniungendo, et multo magis exiſtimando, quod ſub eodem Pipino factum eſſet initium annorum Chriſti in regiis diplomatis ſignandorum. Ego vero, qui in

Vna in anno 750.

altera in anno 752.

Pag. edit. XX.

Exegeſi Dagobertina ante Tom. 3. Martii ex vna quidem parte perſuaſus, propter Epternacenſe diploma, ipſummet Pipinum primum ſui regni annum numerauiſſe DCCL. ex altera autem certus mihi videar, ſcriptores coaeuos primum illius annum ſignauiſſe DCCLII. exiſtimaui vnicum huius contradictionis tollendae medium eſſe tenendum, quo Pipinus quidem diceretur regni ſui annos coepiſſe numerare a tempore ſuae electionis per Francos factae; alios autem ſcriptores a primo poſt vnctionem eius anno: quod nunc minime neceſſarium arbitramur, putamuſque nihil obeſſe, quo minus Pipini electio per Francorum Principes, approbatio per Romanum Pontificem, et vnctio per Epiſcopos Galliarum, factae ſint vno eodemque anno DCCLI. quem annum ſequens annus DCCLII. ab ipſomet Pipino et cum omnibus aliis fuerit communiter appellatus primus annus Regni, neque habendam cenſemus rationem chronicorum, in quibus citius Pipini regnum inchoatur, vtpote diu poſt ſcriptorum.

Simili errore approbauimus chartam Dagoberti dè Landeburgo ecclesiae Wormac. donato,

87. Quomodo autem Epternacenſis illa charta, Pipini Regis nomen praetendens, aliquando nobis impoſuit; ita et aliud ſub nomine Dagoberti, apud Marquardum Freherum inter Lupodunenſia monumenta, viſum aliquando eſt omnem fidem mereri, quod diceretur a Carolo Magno atque Ottone Imperatore aliiſque confirmatum, et cum Chronologia Dagobertina optime conueniret, vtpote quod anno VI. regni ſignatum Moguntiae pro Wormacienſi eccleſia, continebat donationem eidem factam immunitateſque conceſſas, ex conſilio Procerum Pipini, qui erat Maior-domus, Arnolfi Metenſis Epiſcopi et Chuniberti Colonienſis Archiepiſcopi: qui tunc ſimul florebant. Nunc vero ſingulis penitius inſpectis deprehendimus tam ipſam Dagoberto imputatam chartam, quam confirmationes attributas Carolo Ludouico atque Hlothario, nec originales nec ſaltem ſincere deſcriptas haberi. Nam primo Ludouici atque Lotharii commune diploma, annum Chriſti DCCCXXIX. adſcriptum habet, praeter eorum morem, vt apparet in alia eorundem ſinceriori charta apud Labbaeum in libro de Cancellariis pag. 97. data idibus Auguſti anno Chriſto propitio XVII. Imperii Domini Ludouici Sereniſſimi Imperatoris et Lotharii Auguſti VIII. In Carolino vero pro Lupoduno (quod Caroli ac filiorum aeuo, Lobodunum, compoſite autem ſimulque contracte vulgariter Lobdenburg dicebatur) ſcribitur Laudenburg ex vſu poſterioris longe temporis, ex quo nunc etiam Ladenburg perſeuerat; ipſumque vocatur ciuitas, et dicitur a Dagoberto Wormacienſi Eccleſiae tradita. Neque tantum in genere tradita dicitur, cum omnibus rebus ad illam pertinentibus; ſed ſpeci-

vt confirmatam a Carolo M. et ſucceſſoribus;

ſpecificando per hoc eſt, idem Dagobertus nominaſſe fingitur, aedificia, mancipia, vineas, terras cultas et incultas, agros, prata, campos, omne ſiluaticum in ſiluis Ottenwaldt, cum omni vtenſilitate in omni pago Laudenburgenſi, in vndique, in intraha, in paſcuis, in materiaminibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus quaeſitis et inquirendis; item thelonium, mercatum, et quicquid ad fiſcum pertinebat, excepto ſtipe et comitatu: quodque ipſe Dagobertus ex integro ea omnia conceſſit et ſub integra crumnitate (forte immunitate) omnia ad eamdem baſilicam pertinentia ſua praeceptione confirmauit; vti haec ipſa leguntur in eo quod Dagoberto attribuitur priuilegio. Pag. edit. XX.

88. Verum non modo hic multae occurrunt voces alienae ab aeuo Dagobertino; ſed etiam tam minuto appendiciarum omnium enumeratio alieniſſima eſt a tanta antiquitate. Ipſum denique quod praetenditur Dagobertinum, totum in numero plurali decurrens, praeter verum eius aeui ſtylum, vt diximus, multa etiam peccat in modo ſubſignationis, quae eſt Dagobertus Rex Francorum. Godofridus recognouit, datum ſub die II. Kalendas Octobris anno regni noſtri VI. Actum Moguntiae palatio noſtro, feliciter ſatis, quae ſingula dignabitur expendere lector, et cum genuino San-Maximiniano conferre. Credo interim quod, cum vere Richouicus, ſanctae Wangionenſis Eccleſiae Epiſcopus detuliſſet praeceptum Domini et Genitoris noſtri Caroli bonae memoriae ſimul et aeui noſtri Pipini Regis (vt loquuntur in ſuo, licet interpolato, diplomate Ludouicus et Lotharius) in quo continebatur, quod et ipſi praedeceſſores eorum, Reges videlicet Francorum Dagobertus, Sigebertus et Hilpericus conceſſiſſent, vt quanticunque negotiatores vel artifices ſeu friſiones apud Wangionem ciuitatem deueniſſent, omne thelonium (vndecumque fiſcus thelonium et in praedicta ciuitate et in caſtellis Lobdenburg et Wimpina exigere poterat) ad integrum per eorum auctoritates eidem eccleſiae conceſſiſſent. Credo inquam, quod cum huiusmodi diploma confirmatorium haberetur ſimulque diceretur eccleſia illa, ex Dagoberti donatione, ciuitatem Laudemburg, olim Lobdenburg caſtellum, cum toto Lobodonowa ſeu agro circumiecto poſſidere; ſumta fuerit occaſio Dagobertinum iſtud Carolinumque fingendi, ad ſupplendam veterum inſtrumentorum iacturam; idque cum antiqui ſtyli incuria ea, vt pro Dagoberto et Chuniberto ſiue Huniberto, irrepſerit Dagebertus et Humbertus. Quidni vero haec ſic conſcripta Ottoni et ſucceſſoribus offerri potuerint, ab iiſque confirmari. quod nunc improbamus

CAPVT

Pag. edit. XXI.


CAPVT VII.

AD EVMDEM MODVM EXAMINANTVR ET REIICIVNTVR CHARTAE QVAEDAM LOBIENSES ET CAMERACENSES.

Lobienſes chartae,

89. Hactenus dicta ne poſſint a quoquam reuocari in dubium, obiectis variorum monaſteriorum chartis, quarum exempla libris impreſſis inſerta paſſim in oculos manuſque incurrunt; viſum eſt, ad pleniorem lectorum inſtructionem, per varias regiones diſcurrere et examinare imputata Regibus primae ſtirpis diplomata adhuc aliqua. Vitiis autem ſuis et ſubiectorum monogrammatum abſurditate notabilia imprimis videntur ea, quae poſt Sanctorum Lobienſium Vitas, in Chronico monaſterii iam dicti Gallice conſcripto, habet Aegidius Waudaeus. Etenim vir ille bonus, nihil de eorum originaria et authentica fide dubitans, ad certiorem probationem, Dagoberti atque Pipini monogrammata commentitia caelanda curauit, quorum haec eſt forma.

praeter fictitia Dagoberti et Pipini ſigna,





Ex his Dagobertinum] monogramma factum eſt ad eius ſimilitudinem, quo vſus eſt Caroli Magni filius Ludouicus Pius: Pipinianum myſteriis plenum eſt, quorum rationem requirere, idem eſſet, quod ab aegro capite ſomniorum ſuorum exigere connexionem.

contra ſtylum et hiſtoriam

90. In primo notabilia ſunt haec verba: Quare ego Dagobertus Rex Auſtraſiorum, pro anima Lotharii piiſſimi Regis patris mei, qui quadraginta quinque annis regnauit in Francia, perſuaſione et monitis ſalutaribus viri venerabilis Autberti Cameracenſis Epiſcopi inductus, concedo et dono Landelino Mauroſo, ex praedone conuerſo, praedium meum in Fania etc. Notabilis etiam ſubſignatio, qua, poſt Signum Domini

Domini Dagoberti Regis Auſtraſiorum, ſequuntur ſigna duorum teſtium ſic Pag. edit. XXI.

S. Arnulfi Metenſis } Seniorum Palatii.
S. Pipini Neuſtrienſis }

ac denique S. Anſonis Cancellarii, vice Cuniberti Archicancellarii recognovi. Data Cameraci XVI. Kal. Maji, anno Dominicæ Incarnationis DCXL. Indictione XIII. Annus Chriſti et Indictionis conueniunt: et ſalua putantur omnia: interim omittitur annus Regni, qui tamen prae omnibus aliis temporis notis aut vnice aut ſaltem praecipue, debuerat exprimi S. Sigebertus, Dagoberti iſtius filius, et nepos eiuſdem Dagobertus II. Francorum ſe Reges abſolute ſcribebant, quamuis in ſola imperitarent Auſtraſia: et totius Francici imperii Monarcha, iam inde ab anno DCXXIX. minori titulo qualem vſurpaſſe nemo ſcitur, contentus fuerit? Clotharium non Lotharium ſcripſiſſe antiquitas: neque quotannis rexerit addendum erat, niſi ineptus ſcriptor in Chronicis verſatum ſe indicare voluiſſet. An iam tum Epiſcopus fuerit Autbertus vehementer ambigimus: fuit enim vſque ad annum DCLXXVI. ſuperſtes: ſed non dubitamus quin S. Landelini conuerſio ad annos multo poſt ſecutos ſpectet, ſi puerum (vt in vita dicitur) de ſacro fonte ſuſcepit idem ſanctus Antiſtes. Quam autem incongruum eſt, ſancto Abbati cognomentum addi quod ei datum a ſociis praedonibus fuerat; aut perditae quondam vitae tali loco ac ſcripto mentionem inſeri? S. Arnulphus, non tantum aula ſed et Epiſcopatu relicto, ante annos fere decem ad eremum abiens, ibidem vſque ad mortem remanſerat. S. Pipinus qui nouo vocabulo Neuſtrienſis hic dicitur, et nouo titulo Senior Palatii, in Auſtraſia natus, in eadem fere exercuit dominatum ſub Dagoberto patre ac Sigeberto filio, cum titulo Maioris domus. Caetera diſſimulo.

multipliciter peccant

91. Huic porro Dagobertino figmento prorſus ſimilis ſubtexitur confirmatio, et ipſi S. Auberto tribuitur cum iiſdem de Lothario et Landelino ineptiis, atque includitur: Actum Caſtri loco, anno Dominicæ Incarnationis DCXLII. Indictione XV. regni Domini Dagoberti inclyti Regis tertio decimo, Sigeberti filii eius quarto. Atqui Dagobertus I. iam inde ab anno DCXXII. coeperat Auſtraſiis imperare, Neuſtriis vero et Burgundis poſt obitum patris anno DCXXVII. Sigebertus quoque illius filius, Auſtraſiis Rex a patre eſt datus anno DCXXXI., vt proinde vndecimus eius annus non quartus fuerit numerandus. Fabuloſa igitur haec ſunt omnia, niſi quatenus hauſta videntur ex perantiquis membranarum pittaciolis, quas ſuo tempore, id eſt ſaeculo X., in eccleſiae Lobienſis Archiuis

Dagobertum I. pro II. aſſictae

Pag. edit. XXI. chiuis extitiſſe, teſtatur Fulcuinus Abbas in Chronico ſui monaſterii. Equidem exiſtimo, in his fragmentum fuiſſe aliquod, Regum Dagoberti ac Sigeberti nomine, continens: quos imperiti chronologi eos rati, qui ſoli in chronicis notabantur, ad annos ipſis aſſignatos conati ſunt ſuum figmentum aptare. Dagoberto II. aeque ac I. fuiſſe filium Sigebertum regni conſortem, eſt in Exegeſi Dagobertina num. 25. probatum: quare ſi alicuius Dagoberti liberalitate, quam Autbertus Epiſcopus confirmarit, creuit Lobienſe monaſterium, nihil dubitare poſſum quin ea laus, aeque ac multae aliae, a ſecundo ad primum translata fuerit per meram verioris hiſtoriae ignorantiam: cui inde praeſumſerunt figmenta ſua diplomataque inaedificare Lobienſes monachi, fortaſſis poſt ſcriptum Fulcuini chronicon: qui ob praenotatam cauſam grauiter in chronologia vberrans, fundationis anticipando tempora; aliis quoque poſt ſe dedit exerrandi occaſionem, tum in iſtis, tum in aliis ſimili temeritate fabricatis Pipini Regis diplomatis.

cum ridiculis ſubſignationibus

92. Ad eorum ſuppoſitionem commonſtrandam (vt de ſtylo nihil dicam, deque monogrammate iam reiecto) vel ſolae ſufficiunt ſubſcriptiones, quarum prima eſt talis:

Signum Domini Pipini Senioris.
Signum Hydulphi, Ducis Lotharingiae.
Signum Philippici, Ducis Metenſis.

Ego Asdolgus Cancellarius, ad vicem Rhuotperti Archicapellani recognovi et ſubſcripſi data Lephſtinis decimo ſeptimo Kal. Decembris. Anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo primo, indictione quarta, contrito Theodorico rege ſuperbo feliciter conceſſionis huius eodem anno. Alterius chartae eſt ſubſcriptio.

Signum Pipini Regis invictiſſimi.

Ego Adelgus Cancellarius ad vicem Rhuotperti Archicapellani recognovi et ſubſcripſi. Data decimo ſeptimo Kalendas Decembris Leſtinis, anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo.

aliiſque erratis

93. Nolo quaerere quomodo vnus idemque Cancellarius nomen ſuum ita difformiter ſcripſerit, nunc Asdolgus deinde Adelgus; vtrumque enim barbarum eſt, et videtur pro Adelgis vel Adelgiſus, quod vere Teutonicum, excidiſſe figulo huius ſubſignationis, antiquitatis ſpeciem affectante. Non quaero item quis ſit, Rhuotpertus (Robertum vocaſſent Moſellani) nuſquam alibi notus. Inuenio enim apud Waudaeum veriora diplomata duo, Conradi Regis et Ottonis II.; quorum alterum Aſdelgus Cancellarius, ad vicem Theotmari Capellani; alterum Vullegis Cancellarius, ad vicem Rhuotperti Archicapellani recognouit: neque ambigo quin vtrimque mutuatus ſit aliquid priorum compilator. Ex vſu etiam multo

multo recentiori nunc Lephſtinae, deinde Leſtinae ſcribuntur, quas Fulcuinus, qui originalia vidiſſe potuit, Liptinas vocat, fiſcum tunc regium; quomodo etiam nominatae inueniuntur in canonibus Synodi ibidem anno DCCXLIII. celebratae. Non interrogo, quis vnquam victoria ſua, quantumuis magna, vſus ſit pro nota temporis inter Francos, vti hic inepte facere Pipinus fingitur, qui non tam contra Theodoricum Regem ſuum, quam contra Ducem eius Bertharium rebellare profitebatur, ſicut etiam noſtra memoria Franci, arma ferentes ſaepius contra partem regiam, ipſius Regis obſequium, libertatem et ſalutem ſemper praetexuerunt. Mitto haec et alia ſimilia quaerere, ſolum indicabo quaedam, vbi manifeſte contra iſtius temporis hiſtoriam peccauit diplomatum praenotatorum auctor. Pag. edit. XXI et XXII.

94. Primum igitur Pipinum Herſtallium (quo ſe pro Maiori-domus gerente vſque ad annum mortis eius id eſt DCCXIV. nunquam defuere Francis legitimi Reges) Pipinum inquam Herſtallium dico neque Regem vnquam indigitaſſe ſe aut a ſcriptoribus coaeuis ſic eſſe vocitatum; neque (quod ſolius Regis erat) Cancellarium vice Archicapellani recognitorem ſuis chartis vnquam adhibuiſſe. Etenim quamuis, poſt victum cum ſuo Theodorico Bertharium anno Chriſti DCXCI., totius regni gubernacula Theſauroſque regios et vniuerſi exercitus dominationem propriae facultatis iure diſponenda ſuſceperit, vt loquitur Metenſe Chronicon: tamen ne tyrannidem videretur exercere nomen Regis Theoderico eiuſque ſucceſſoribus, inaeſtimabili pietate reſeruauit, et in commutatione per ipſum eiuſque vxorem facta anno Chriſti DCCV. (quae tum alibi tum in Diatriba Dagobertina pag. 159. legi poteſt) ſolum vocatur vir illuſter, ipſaque charta ſic conſignatur: Facta hæc commutatio ſub die XIII. Kal. Febr. anno VII. regni Domni noſtri Childeberti Regis. Ego Hardricus, jubente Domno Pipino ejuſque illuſtra matrona Plectrude, hanc chartam ſcripſi et ſubſcripſi. Fateor tamen ſaeculi X. ſcriptores Regis titulo Pipinum iſtum inſigniuiſſe: vnde ad calcem libri, de Vitis SS. Wenceslai et Adalberti Martyrum ſcripti ſub Ottone II. et cum capite Adelberti Aquisgranum tranſmiſſi ab Ottone III. eadem cum caeteris manu haec addita legimus: De Pipino Comite Palatino et Iduberga, natae ſunt B. Gertrudis et B. Begga. De Anſigiſo et B. Begga natus eſt Pipinus Rex. De Pipino et Alpaida adultera, ſorore Dodonis, iniuriam ferente Plectrude Regina, natus eſt Karolus Martellus. De Karolo Martello natus eſt Pipinus Puſillus, pater Karoli Magni. imprimis quod Pipinus Herſtallius ſe vocet regem

95. Atque hic rurſum inculco, quod alibi fuſius demonſtratum, eumdem Pipinum, etſi aliquando adamarit Alpaidem, pro alia vxore, id

Pag. edit. XXII. id eſt concubina (promiſcue enim has duas voces vſurpant ſcriptores) nunquam tamen a Plectrudis conſortio coniugioque fuiſſe ſeiunctum; idque etiam in praecitato codice Aquisgranenſi eleganter expreſſum videri poteſt per haec verba, iniuriam ferente id eſt diſſimulante Plectrude. Pro hac interim et marito viuente, et ipſo etiam mortuo per vnum alterumue annum; adhuc rerum Domina, atque procul habito Martello, ſibi ob memoriam iniuriae inuiſo, rempublicam gubernante vna cum Thebaldo puero, titulum gerente Maioris domus, qui erat ſuus ex Grimoaldo filio nepos pro Plectrude inquam ſupponitur in ſecunda Lobienſi charta, neſcio quae aut vnde accepta, Brunihelda. Quod audaciſſimi interpolatoris erratum excuſare nitens vir nimium bonus ac ſimplex Waudaeus, ita ſcripſit in margine: Vxor Pipini videtur fuiſſe binominis: alias enim vocabatur Plectrudis vel cognominabatur Brunihelda. Quid eſt omnem antiquitatem ſus deque vertere, ſi hoc non eſt? aut quid in re hiſtorica intelligit, qui tales excuſationes valituras exiſtimat?

atque Hydulphum Lotharingiae Ducem,

96. Paris ignorantiae fuit S. Hydulphum (ita enim nunc nominant Lobienſes: aſt Fulcuinus ex ſinceris monumentis et eius omnis antiquae vitae, Hidulfum) inducere priori diplomati ſubſcribentem cum titulo Ducis Lotharingiae; annis vtique CLX. citius, quam Lotharius, Lotharii Imperatoris filius, ditiones eas obtinuit, quae ab ipſo tunc dici coepere Lother-ryk, id eſt, Lotharii regnum, et incolae earum Lother-lingi atque contractius Lothringi, vnde Lotharingiae nomen ſequior aetas formauit. Fulcuinus ait quod Hydulphus fuit vnus de proceribus regni maioribus, quibus ex officio quod gerebant, aliquando datum Ducis titulum non ignoramus: ſed quod titulus Ducatus regionibus certis adſtrictus ac proprius fuerit, omnino negamus. Etenim hoc ad vitam S. Pipini XXI. Februarii ſatis oſtendimus, conſentiuntque eruditi omnes; quidquid anonymus quidam tenebrio, ſe Verididicum Belgicum Pupilli Aduocatum indigitare auſus nuper obganniit, in Vindiciis Ducum Brabantiae Pipini praeſertim primi, dicti a Landis.

(quod non magis fuit quam Pipinus Dux Brabantiae)

97. Cum hic libellus in manus Alexandri Wilthemii noſtri deueniſſet, de eo nec dum nobis viſo ſic ſcripſit: Coepi legere, ſed breui cum indignatione abieci tam magnas nugas. Vult per fas et nefas Ducatus fuiſſe haereditarios diu ante Reges Francorum ſecundae ſtirpis. Excitat Brabones, commouet equum Troianum, et eiuſmodi fabulas: cumque ſit tantus nugator, audet in vos inſurgere pag. 143. tamquam RIDICVLOS et EXPLODENDOS, qui antiquitati toti proprio cerebro, nullo auctore adducto reſiſtere audeatis, argumentis tam debilibus et infirmis, vt docti alicuius calamum non mereantur. Dicite illi quaeſo, quod corvus

vus veſter dicebat pueris Aloſtanis, Ad ſcholas, ad ſcholas. Sed praeter meritum ſuum digniorem nactus magiſtrum eſt I. B. de Vaddere, Presbyterum Anderlacenſem vere Polyhiſtorem magnaeque lectionis ac iudicii virum, qui in Reſponſione Praecurſoria, tractatui pleniori de vera origine Ducatus ad Ducum Brabantiae mox ſecuturo praemiſſa, Brabanticae antiquitati fabulis obſcuratae, facem extulit; irriſorem autem noſtrum ſic agitauit, vt ſuccedente in riſus locum facti poenitentia et pudore, ſui libelli exemplaria, quotquot apud Typographum reſtabant, flammis aut tenebris damnarit aeternis, vt in eo qui ſe ipſe damnavit refutando neque nobis nec alteri cuiquam ſit amplius laborandum. Non erat tamen aequum, occaſione oblata, reticeri a nobis doctiſſimi viri meritum, et pro noſtra qualicunque doctrina zelum, quatenus tali quoque admonitu ſperetur, quod ſpectari iubet libelli Cenſor eccleſiaſticus, ſcilicet praeſtiturum Brabanto auctorem, ne vlterius domi ſit peregrinus, ſuorumque principum originem quaerat in Troiae cineribus et fictis nominibus. De Philippico Duce Metenſi quid dicam? Meuriſſius in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium, pag 140. originem Metenſium Comitum ac poſtea Ducum vſque in ipſis requirens fabulis, eumdem prorſus ignorauit; primumque poſuit Petrum, Hydulphi filium, patrem Heruaei, qui titulum iſtum (ſi vel hoc credere libet) acceperit ſub Abbone Epiſcopo XXXIII. adeoque poſt annum DCCIII. Viderit Waudaeus quid de hoc ſentiat: nobis certum eſt, quoad talia non credere chartis, in quarum contextu (ne ſolius ſubſcriptionis vitia eſſe putes) nominatur Hydulphus Dux; et quidem in ſecunda, Dux Lotharingiae.

[Pag. edit. XXII.]

[et Philippicum Ducem Metenſium.]

98. Venio ad annum datorum diplomatum. Legerat in antiquis pittaciolis eorundem innouator aliquid ſimile hiſce verbis (nam ipſamet verba ſic legiſſe non exiſtimo): Ego quidem Pipinus Senior eo favore et deſiderio ductus, maxime quia de Rege ſuperbo Theodorico per gratiam Dei cum victoria ſum liberatus, monaſterio religioſiſſimi viri et eximii Praedicatoris Vrſmari Pontificis, quod eſt, in Laubias ſupra Sambram fluuium, concedo et dono etc. legerat, inquam his verbis ſimile quidpiam; ſeque ad Chronicon Sigeberti conuertens, in eodem reperit, quod anno DCXCI. Theodoricus Rex cum Berthario vincitur et a Pipino capitur. Ergo iam manibus tenere ſe credidit verum donationis factae annum: neque aduertit, a iam dicto Sigeberto ſolum anno DCXCVIII. dici S. Vrſmarum in Laubienſis coenobii poſſeſſionem inductum, vti ad eius vitam XVIII. Aprilis dicetur. Non etiam aduerti Fulcuinum, Abbatem Lobienſem, Sigeberto ſeniorem cap. 4. Chronici Lobienſis de Vrſmaro ſcribere, quod in exordio regiminis ſui eccleſiam,

[quodque adaturan. 691. ex Sigeberto male intellecto.]

Pag. edit. XXIII.

ſiam, quae ante id temporis erat inconſecrata, conſecrauit; atque mox addere: Facta eſt autem haec dedicatio anno qui eſt ſexcenteſimus ſeptimus Dominicae Incarnationis, decimo ſeptimo Kalendas Septembris.

et ſtylus multo ſit recentior.

Iam cur nomina terminorum, quibus donatae monaſterio Lobienſi poſſeſſiones continentur, maluerit ſui aeui forma exprimere huius diplomatis fabricator, deſignando locum qui dicitur Ralhiers, et nemus totum, quod dicitur Eumont, aliaque eiuſmodi, aeuitatis interim barbariſmis, quibus Pipiniani aeui diplomata ſcatebant, ipſe viderit. Suſpicor cauere voluiſſe ne eſſet contemtui riſuique barbari, nec ſatis nota ipſa loca, quorum vel tantillum videretur mutata appellatio, ſi ſtylo Pipiniano (qualem in praeallegata Pipini atque Plectrudis chartula eſt videre) ſcripſiſſet locum nuncupante Ralherias et totam ſiluam nuncupante Eud-onis-Mons. Eadem ſtyli nouitas, maxime in deſignandis limitibus, locorumque appellationibus, etiam in Horreenſi inuenietur diplomate, quod circa hoc noluimus operoſius examinandum ſuſcipere.

His prorſus ſimilia ſunt Cameracenſia.

99. Hactenus haec deduxeram, quando in manus meas venerat Hiſtoria Cameraci et Cameraceſii, ante hos decem annos Gallice excuſa Lugduni Batauorum, auctore Ioanne le Carpentier; cuius pars quarta, continens ipſius Hiſtoriae Probationes, initium ſumit a duobus diplomatis, ſub nomine Dagoberti Auſtraſiorum Regis et Pipini Senioris compoſitis, eo verborum contextu eoque ſtylo, vt ſi non fuerit idem vtrobique fabricator horum ac Lobienſium diplomatum, dubites vtra prius confícta alteris confingendis exemplum et formulas ſubminiſtrarint. Dagobertinum vtrobique incipit in nomine Patris et Filii et Spiritus ſancti Amen: quod ſolum eſt ex ſtylo antiquo. Sequitur vtrobique exordium pompaticum ſatis, neque ex vſu veteris aeui: in Lobienſi quidem tale Regiae maieſtatis excellentiam latere non conuenit, quod vnus eſt et ſolus ſempiternus Rex regum et Dominus dominantium, a quo etiam omnis poteſtas et fuit et erit in aeuum; cuius et eſt totum quod ſumus et eſſe poſſumus, viuimus et mouemur, cui pro viribus ab eo praeſtitis adſtare debemus, et vnicae ſponſae ſuae ſacroſanctae Eccleſiae cultum et decorem ſpeciali deuotione (quo magis efferimur) quantum in nobis eſt regali munificentia ampliare. Quare ego Dagobertus etc. Cameracenſe ſic orditur: Ammonente ac docente Filio Dei, Date eleemoſynam et ecce omnia munda ſunt vobis. Idcirco ego Dagobertus etc. proſequuntur deinde vtraque verbis ſupra notatis cum hoc ſolum diſcrimine, quod iſtuc dicitur pro anima Lotharii piiſſimi Regis, patris mei, hic vero, Pro anima patris mei Kariſſimi, Lotharii Francorum Regis Auguſtiſſimi: et ad titulum venerabilis, qui ſolus ibi datur Auberto,

Sub nomine Dagoberti Regis

berto, hic Aoberto, additur et conſanguinei mei. Tum exprimuntur fiſci duo conceſſi Fratribus oratorii Sanctae Mariae, ſicut ibi conceſſi Landelino: ſed dum iſtic ſolum dicitur cum omni territorio ſuo, hic expreſſius ad ſtylum antiquum legitur cum omnibus ſuis appenditiis: mox autem ſe prodit affectatus antiquarius quando addit, id eſt vtriusque ſexus ſlauis et mancipiis, villis terris ſiluis, pratis, aquis aquarumque decurſibus etc: dantur etiam eadem forma eccleſiae S. Petri Cameracenſis, in qua ſanctiſſimus Pater Vedaſtus Canonicos conſtituit, villae duae. Sed vellem certiorem auctorem alium, qui Canonicorum nomen S. Vedaſti aetate, vel etiam Dagoberti primi aeuo vſurparit. Et haec omnia approbantibus, quia ſupra, Principibus et Senioribus, ſignant eodem quo ſupra modo ac verbis iidem Rex, Seniores, Cancellarius; anno quoque D. I. eodem, ſed XVII. Kalendas Maii, pro XVI. et Indict. XIIII. pro XIII. qui nouus eſt error. Pag. edit. XXIII.

100. Magis adhuc conueniunt Pipino imputata diplomata, ſic enim incipiunt vtraque: In nomine Sanctæ et indiuiduæ Trinitatis, Amen. Vniverſalis mater et virgo ſingularis Chriſtique ſponſa Eccleſia catholica foecunda caſtitatis prærogativa promeruit, quod devotum ſuis utilitatibus inclinemus aſſenſum; præſertim ſacroſanctæ religionis tranquillitatem et quietem cura vigili providentes, quo liberius divinae contemplationi et orationi pro noſtra ſalute et regni ſtabilitate vacando, poſſit ad Deum intereſſe; quatenus inimicis Chriſtianæ fidei eliminatis, tota ſui corporis incolumitate; ſub noſtro ſudore regnum vigeat et creſcat, et hoſtilis ubique curioſitas ſe ſentiat ſubjugatam. Ego quidem Pipinus Senior eo favore et * deſiderio ductus, maxime quia de Rege ſuperbo Theoderico per gratiam ** Dei cum victoria ſum liberatus. Exprimuntur deinde fundi vel monaſterio Lobienſi vel eccleſiae S. Petri donati: et eaedem quae ſupra ſubſignationes Pipini, Hidulphi, Philippici; ac denique in Cameracenſi charta, Ego Asdolgus Cancellarius recognovi. Data Kambraci an. I. V. ſexcent. nonageſ. primo Ind. 2. Principatus noſtri anno quinto. Nunquam Pipinus ſcripſiſſet Kambracum, nec annos Incarnati Verbi: aut Indictionis et haec pro tali anno, non 2. ſed 4. notari debuerat, vt vero eam notaſſet ille, numeris vſus eſt Romanis, non autem Arabicis cyfris, tunc adhuc noſtrae Europae ignotis; vt de anno Principatus nihil dicam per ſummam inſolentiam hic appicto. et Pipini Principis.

101. Quomodo Lobienſia ac Cameracenſia iſta nullius quoad hiſtoriam fidei eſſe oſtendi; ſic etiam de infinitis aliis poſſem facere, ſi vellem hunc Item Amandinum de fundo Elno-

* Camerac. Animo. ** Ibid. omnipotentis.

Pag. edit. XXIII.

nenſi per Dagobertum dato.

hunc tractatum in volumen magnum extendere. Retinet tamen adhuc me Dagoberti I. titulus et ſtylus; in San-Maximiniano lectus probatusque diplomate; iubetque examinare aliud ſub nomine eiuſdem Regis diploma, continens donationem S. Amando factam de fundo Elnonenſi, qui nunc S. Amandi monaſterium dicitur. Habent iſtius monaſterii aſcetae ex originaria charta fideliter transſcriptum Regis Childerici, adhuc pueri et Reginae Imnichildis amitae eius, pariter in Auſtraſia regnantium, diploma de fundo Bariſiaco. Vtinam aeque fidele haberent, de ipſo fundo Elnonenſi! Nunc ſolum ſupereſt Dagobertino tempori, cuius notam praefert, parum conueniens, quale a nobis eſt ex Miraeo productum num. 16. Commentarii praeuii ad Vitam S. Amandi VI. Februarii. De ſubſtantia non diſputo: quia de donatione et donationis auctore non dubito; vehementer tamen vereor, ne contextus, non tam innouatus ſit, quam totus nouus, prout ei qui deſcripſit congruum videbatur eiuſmodi donationem ſcribi et ſecuritatibus ac priuilegiis additis muniri.

Ab illius aeui forma, principio et fine

votiſque nonnullis differens,

102. De initio et fine nullus qui haec legerit ambiget, quin ſint ab iſto aeuo aliena. Incipit illud: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: quod noni ſaeculi ſaporem habet. Tum ſequitur: Dagobertus divina ordinante Clementia Rex, quomodo fere Horreenſis diplomatis auctori ſcribere placuit. Sed nec hanc formulam primae ſtirpis Regibus vſitatam fuiſſe probauerit aliquis, ſimpliciter Dei gratia Rex notabatur circa oram ſigilli regii: neque in phraſi variatum quidquam ante Reges Carolingos. Verus Dagobertus San-Maximinianam chartam ſic concludit: Et ut iſtius cartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, et noſtro ſigillo inde eam firmavi. Ita in ſingulari omnes primae ſtirpis Reges locuti inueniuntur vſque ad Dagoberti magni nepotes, in iis quae quidem incorrupta ſunt diplomatis. Aſt in Amandino diplomate, haec fingitur concluſio: Et ut hæc regalis auctoritas firma ac inconvulſa perpetuo perſeveret, præſens præceptum manu propria ſupterfirmavimus, et annuli noſtri impreſſione firmavimus. Tum ne tempus ignoretur, additur: Datum Kalendas Maji, Indictione II. anno XI. regni Domini Dagoberti. Actum Pariſiis civitate feliciter, Amen. Et hic praeter normam antiquitatis multipliciter peccatur: omittitur enim propriae manus ſubſcriptio, quae promittebatur: et vbi Dagobertus aliique vltra Carolum Magnum ſcripſiſſent anno regni noſtri, hic Notarius loquitur more eorum qui poſt Carolum ſcripſere diplomata, et quidem addito nomine Domini, ex vſu aeui poſterioris. Denique Gerardus Notarius ad vicem Dadonis Cancellarii recognouit, quae formula numquam

quam fuit primae ſtirpi regiae vſurpata, nec facile eſt dicere, quandonam in iſtis praeciſis terminis coeperit in ſecunda. Notarios enim aliorum vice inuenio ſubſcripſiſſe, etiam ſub Ludouico Pio; ſed eorum nominibus, quorum vice ſubſcribebant, additum titulum Cancellarii, non reperio: quamuis dubium non ſit Cancellarios vel Archicapellanos aut potius Epiſcopos fuiſſe, quorum vice (ſi quidem ipſi per ſe non ſcriberent, vt ſcribebant ſaepe) Carolingorum tempore fiebant ſubſcriptiones. Imprimis autem dictanda eſt Indictio II. Amandino diplomati importune et imperite affiſta. Componitur illa cum anno XI. Dagoberti, apud Neuſtrios ſcilicet, qui fuit Chriſti DCXXXIX. quando XII. Indictio currebat: Vnde igitur II. Indictionem accepit innouator? Caute interim et ex deſtinata antiquitatis affectione egiſſe eum putamus, quod annum Chriſti, quem ſciebat a vetuſtioribus diplomatis ante ſaeculum XI. ſcriptis, conſtanter abeſſe, non expreſſerit.

Pag. edit. XXIV.

et II. Indictionem imperite componens cum anno II. Dagoberti.

CAPVT VIII.

SIMILES ECCLESIARVM ALIQVOT ALIARVM CHARTAE HISTORICO EXAMINE REPROBATAE.

103. Vndecimo Chriſtianae Aerae ſaeculo et ſequentibus dum Eccleſiae vniuerſalis pacem tot vndique ſchiſmata ſeditioneſque turbarent, ea erat morum corruptela vt qui Dei famulatum erant profeſſi, et videbant a poteſtatibus ſecularibus vndique accidi immunitates et poſſeſſiones ſuas, non magno crimini ſibi ducerent, pro ipſis tuendis fingere, quae in nullius ceſſura praeiudicium, ſolum videbantur conductura tuendae aequitati. Quemadmodum autem monaſteriorum Superiores innocens quaedam, vti ipſi putabant, vafrities permouebat, ad eiuſmodi fictiones procurandas; ita ſciolorum quorumdam, ad hoc inductorum, manus atque ſtylum animabat profunda quaedam chronologicarum rerum iſtis temporibus ignorantia, per quam ſciebant impune quidlibet ſe ſcripturos, modo ſecundum aliquam publicorum inſtrumentorum formam, neque teſtium inſignium deeſſent nomina, neque temporum characteres vndecumque accepti. Sic Vedaſtino diplomati, in conuentu Epiſcoporum atque Abbatum Atrebati, ſubſcripſiſſe cum S. Vindiciano finguntur, anno VII. Theodorici, in Neuſtria tandem

Vnde nata haec fingendi licentia et infelicitas tanta

Pag. edit. XXIV.

etiam regnantis adeoque Monarchae, qui fuit annus Chriſti DCLXXXVI. SS. Auſtregiſilus, Eligius, Wandregiſilus, pridem vita functi; item SS. Lambertus et Philibertus, tunc exules, quod in Exegeſi Dagobertina num. 29. demonſtrauimus. Alibi autem imputauimus boni Scriptoris ſimplicitati, quod Sanctos, quos in tuendis monaſterii iuribus optabat patronos, adlegerit in teſtes actionis, cui nec interfuerant nec intereſſe potuerant: ratus forſitan tanto magis certam obtenturum ſe fidem, quod plurium illuſtriorumque nomina collegiſſet.

vt etiam viri docti talia reciperent?

104. Et vero ſucceſſu non caruerunt eiuſmodi fraudes, non tantum ſaeculis diu poſt ſecutis, ſed ipſis illis quibus naſcebantur temporibus, etiam apud viros alias non ineruditos, ſed rerum hiſtorice penſandarum rudiores; vti colligitur ex eo, quod cum toties tamque abnormiter peccaretur in hoc genere, nemo vnus inuentus ſit, inter tot medii aeui ſcriptores, quid vel vnicum iſtiuſmodi diploma falſitatis et interpolationis arguerit, etſi multi hiſtoriam ex profeſſo tractarent. Quis non miretur Baldericum, Noiomenſem ac Tornacenſem Epiſcopum Saeculo XI. et Sigeberto Gemblacenſi Seniorem; ſic, hoc commentario lecto, legat Caput 25. Chronici Cameracenſis et Atrebatenſis ab eodem conſcripti? Videbit enim dicto Capiti inſeri, cum multis ſubſcriptionibus, Reſcriptum Ioannis Papae quinti, quod ad petitionem S. Vindiciani idem Pontifex confirmaſſet priuilegium, a dicto Sancto datum Eccleſiae S. Mariae Atrebatenſis; quae quia ab initio Clericalis fuit, vti & Argentoratenſis, cuius ſuppoſititia diplomata ante reiecimus, apparet mali exempli licentiam etiam ad Clericos pertinuiſſe. Atqui Reſcriptum iſtud, nec modum nec formam habet Pontificalis Bullae, ita enim incipit: Audite ſententiam quam dico. Si quis &c, deinde abſque vllo indicio diei, anni Pontificalis, aut ſcribentis Notarii, ita ex abrupto ſubſignare dicitur Papa: Ego Ioannes Papa, hoc priuilegium, a mea parvitate editum, firmavi ac roboravi. Deinde ſequitur: Ego Marinus Vicarius Sedis Apoſtolicæ firmavi ac roboravi.

inter quos Baldericus Ep. deceptus fuit,

per bullam falſo imputatam Ioanni quinto,

105. Equidem exiſtimo eiuſmodi Priuilegiorum, a Romanis Pontificibus pendendorum, eo et praecedentibus ſaeculis omnibus nullum vſum fuiſſe. Certe ex Gregorianarum epiſtolarum ampliſſimis voluminibus nihil tale apparet. Sed nec huius Ioannis vllae omnino extant litterae, quas cum illo decreto conferamus: Satis tamen falſitatem ſuam haec probare videtur inſcriptio, Vindiciano cum Coepiſcopis degentibus Galliarum finibus fraternam viſitationem & paternam benedictionem. Neque Agatho, ipſis Imperatoribus ſcribens epiſtolas, Conſtantinopolitano Concilio III. Act. 4. inſertas, ſub annum DCLXXXI. neque Leo II. ſcribens

ſcribens Dilectiſſimis Fratribus Eccleſiarum Chriſti Præſulibus per Hiſpaniam conſtitutis (ſi tamen vere ſunt huius epiſtolae, quae nomen eius praeferunt) ſub annum DCLXXXIII. neque alius antecedentium vel ſubſequentium Pontificum vllus, inueniuntur per eiuſmodi aliquam apprecationem ſuas epiſtolas aut decreta auſpicati, Salutem in Domino ſi quis addidit, multum addidiſſe videbatur. Primus Ioannes huius nominis XII. auctiori vſus phraſi, Confratri Dunſtano Dorobernenſis Eccleſiae Archiepiſcopo vitae perpetuae permanendam in Chriſto ſalutem apprecatus eſt. Ioannes poſtea XIII. incerta phraſi; modo ſalutem in Chriſto et viſitationem, modo Chriſtianam ſalutem et Apoſtolicam benedictionem, modo Apoſtolicam benedictionem et ſalutem impertiens per eas quae extant epiſtolas, nihil ad poſteros ſtabile reliquit: et Saeculo XI. ad medietatem vergentem, Clemens II. nonniſi perpetuam in Domino ſalutem ſcripſit: quem poſt annos tres ſecutus Leo Papa IX. in certum ac ſtabilem morem aſſumſit, ſalutem et Apoſtolicam benedictionem ſuis ſcriptis praemittere, quod alii poſt eum tenuere. Scio ab aliquibus viris eruditis eiuſmodi formulaé auctorem dici S. Cletum: Sed hoc pariter ſcio, nihil tale in antiquis Pontificum Vitis aut Breuiariis eccleſiaſticis legi. Primus qui hoc aſſeruiſſe inuenitur, Martinus Polonus eſt; in hoc aliiſque multis non maiori fide dignus, quam in fabula Ioannae Papiſſae, ex aliquo triuio vel leuiori auctore temere arrepta, et cum aeterno nominis ſui probro cauillatoribus haereticis, ad obganniendum ſedis Apoſtolicae integritati, nimis inconſiderate oblata.

Pag. edit. XXIV.

eum formula ſalutandi ante S. Leonem inuſitata,

nec S. Cleto adſcribenda.

106. Porro ex eo quod diximus, de ſalutandi formula veteribus Pontificibus vſurpata, pariter diſcas, cuius auctoritatis ſit illud San-Maximinianum Priuilegium apud Zylleſium, quod Gregorio II. Papae imputatur, quodque inter tot optime conſeruata et originaliter legenda diplomata fere ſolum caret originali et tantum profertur ex fide tranſcriptorum. Quorum nullum eſt annis trecentis aut quadringentis antiquius, vt mihi certa conſtat relatione. Primum ſic incipit: Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Baſino, Abbati venerabili monaſterii S. Ioannis Apoſtoli et Evangeliſtæ atque ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Maximini, cuius corpus ibidem quieſcit, tibi tuiſque ſucceſſoribus ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Itane Gregorius II? Quanto ille ad Carolum Martellum, Principem tantae auctoritatis et nominis, ſcripſit ſimplicius; Domino glorioſo filio, Carolo Duci, Gregorius Papa? Non dico quam ab illius temporis vſu ac monachorum primaeua ſimplicitate aliena ſint priuilegia ibidem contenta, quale inter alia eſt, vt in praecipuis feſtiuitatibus Mitra, Dalmatica et Sandaliis Abbas inter ſacra vtatur;

et alteri, quae Gregorio II. falſo adſcribitur, ſimilem:

Pag. edit. XXV. ſed haec aliis diſputanda relinquens, ſolum noto hanc clauſulam; Scriptum per manum Benedicti Scriniarii S. R. E. in menſe Ianuario Indictione XII. Non ita verus Gregorius II. ſed in fauorem S. Bonifacii, Germanicarum partium Apoſtoli Epiſcopis ac Ducibus, Clero et plebi ſcribens litteras, quas in corpore Conciliorum habemus, eaſdem ſic terminat: Data Kalendis Decembris, Imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone, imperii eius anno ſeptimo; ſed et Conſtant. Imperatoris eius filii anno quarto, Indictione ſexta, id eſt Chriſti DCCXXIII.

illam etiam Ioannis non eſſe probat clauſula moris recentioris.

107. Seſquiſaeculo poſt inuenitur ſolennitas maior, litterarum Pontificiarum ſubſignationibus addita; dum et Secretarii, epiſtolam ſeu decretum ſcribentis, nomen apponitur, et Cancellarii ſigillantis. Secundum hanc formam Marinus Pontifex apud Vghellum Tom. I. col. 133. ſcribens dilecto Abbati Daneli, et coenobio S. Petri Solenniacenſis, ac monachis inibi nobiliter degentibus, indulſit ipſis priuilegium, quod hoc modo concluditur: Scriptum, per manum Zachariæ Scriniarii S. R. E. menſe Majo Indictione I. Bene valete. Tum ſignati priuilegii tempus additur hoc modo: Pridie Idus Iunias, per manum Valentini Eccleſiæ Portuenſis Epiſcopi, Regnante in perpetuum Domino Deo noſtro, Anno Pontificatus Domini Marini univerſalis Papæ primo, Indictione prima. Scilicet Imperatoribus Conſtantinopolitanis in haereſim toties relabentibus atque relapſis, et vrbe Roma ab eorum iuriſdictione prorſus liberata, nouoque imperio in Occidente conſtituto per ipſummet Romanum Pontificem, deſierunt Romani annos Imperatorum numerare, et abſque numero ſcribere coeperunt, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, aut ſimile quidpiam: quod aliqui poſtea etiam adhibuere ad annos a Chriſti incarnatione deſignandos, addito eorum numero, iuxta Aeram tunc vſurpari incipientem. Vide de hac formula, pluribus ſaeculis, ſed nuſquam vniuerſaliter vſurpata, Ioannem Beslium. Haec ſufficiunt, vt intelligatur, neque San-Maximinianum priuilegium, Gregorio II. adſcriptum; neque Atrebatenſe, Ioanni V. attributum, habere ſtylum aut formam eius temporis cui imputantur. Fateor etiam ſuſpectum mihi eſſe Priuilegium Ioannis XIII. apud Zylleſium, cuius aeque ac ſupra refutati Gregoriani nullum apparet originale, tum ob alias cauſas, tum maxime quia pro eo quod ſignare oportuiſſet annum Pontificatus et Indictionis, dicitur priuilegium iſtud lectum in Synodo Romae habita, aſſidentibus Diuis Imperatoribus Ottone Magno filioque eius aequiuoco, anno Imperii Maioris ſexto, Iunioris primo: quae formula modo plusquam vno offendit, ſed nolo immorari.

108. Non

108. Non poſſum tamen quin adhuc addam verbum vnum de portentoſis Atrebatenſis chartae ſubſignationibus. Etenim poſt qualem qualem Pontificis et Vicarii eius ſubſcriptionem, dictam chartam pariter ſubſignando confirmant Epiſcopi, Andreas, Bonibertus, Laurentius, Pedelbrandus, Nautor, Hilarius, Conſtantius, Martinus, Chriſtophorus, Thomas, Felix, Audoënus, Auſtregiſilus, Ravengarius, Silvinus: ex quibus Auſtregiſilus, vt dixi, pridem obierat; Audoënus etiam e viuis exceſſerat, eratque nonagenarius anno DCLXXXIII. caeterorum nemo inuenitur nominatus inter omnes, quos eo toto ſaeculo florentes in Gallia vniuerſa, exhibent catalogi Epiſcoporum apud San-Marthanos. Neque hic tot abſurditatum finis; ſequitur enim: Ego Leodegarius, ab impio iudice Ebroino cathedra Auguſtodunenſe depoſitus, ſcripſi et ſubſcripſi. Data octavo Idus Maij, anno VII. regni Domini noſtri Theodorici Regis, Indictione II. Indictione XIV. ſcribere oportuerat, vt cum anno Regni VII. quem diximus, fuiſſe annum Chriſti DCLXXXVI. illa quadraret; quamuis, vt dixi, nullas tum indictiones noſſet Gallia. Sed hoc leuiſſimum eſt. Illud quis diſſimulet? quod S. Leodegarius anno DCLXXV. captus ab Ebroino, oculiſque euulſis cuſtodiae mancipatus; et biennio poſt eductus e latebris coenobii ad quod confugerat, poſt multa coram Rege Theodorico opprobria linguamque exectam, et poſt biennalem in Fiſcanenſi monaſterio quietem occiſus anno DCLXXIX. fingatur ſeptennio poſt ſcripſiſſe ac ſubſcripſiſſe; aeque ridicule, ac in Vedaſtino, de quo ſupra, priuilegio legitur, Ego Audomarus Epiſcopus abſque ocellis ſubſcripſi. Denique qui primus eſſe debuerat S. Vindicianus, vtpote cuius rogatu cuncta fiebant, ita ſcribere fingitur: Ego Vindicanus Epiſcopus juſſu Theodorici Regis et rogatu Ioannis ſummi Pontificis ſcripſi et ſubſcripſi.

Pag. edit. XXV.

parachroniſmi plures,

atque ſubſcriptionum formulae abſurdae,

109. Nihil horum quamuis palpabilium errorum ſuffecit, vt vel Baldericus Epiſcopus, vel Walternus S. Sepulchri Cameracenſis Abbas Balderico coaeuus, vitam S. Vindiciani ſcribens, venirent in ſuſpicionem impoſturae. Georgius quoque Colvenerius, multae lectionis et cognitionis hiſtoricae vir, ſuas ad Baldericum Notas ſubiungens, et ſtudioſe hoc priuilegium illuſtrans, non aduertit animum ad horum quidpiam, vt lectorem ſuum moneret de fide non magna tali ſcripto habenda. Quid autem alios dico? Numquid et nos ipſi, in hactenus edito Trimeſtri, huiuſmodi inſtrumentum varia partim citauimus mutila, partim attulimus integra, contenti ſolas annorum Chriſti et Indictionum notas, velut a poſteris adiectas, repudiaſſe; quae nunc aliis pluribus vitiis deprehendimus laborare, poſtquam ſerio hanc diſquiſitionem

Pag. edit. XXV.

nem ſuſcepimus? Etenim in materia de Sanctis (quorum geſta, virtutes, miracula pleraque in bona narrantium, maxime coaeuorum auctorum, fide ſuſcipimus) putamus piam credulitatem, magis quam argutam ſuſpicacitatem tenendam nobis eſſe; et vbi non offertur veroſimilior auctoritatis dignioris aut certioris chronologiae contradictio, libenter excipere ſolemus, quae a maioribus tamquam vera traduntur: quia non poſſumus vno eodemque tempore omnia ſcrutari et aſſequi. Quoties tamen euidens nobis ſe aperuit falſitas, ſemper putauimus talia reſecanda; parcius quidem in principio (quia minus ad verorum falſorumque diſcrimen exercitatis, quandoque nec dubitare quidem venit in mentem) progrediente autem opere, liberius frequentiuſque; proportionate ad creſcentem vſu experientiam.

Cauimus nos ne talia probaremus,

110. Sic ad Vitam S. Aldegundis XXX. Ianuarii cap. 3. litterae in Annotationibus, repudiauimus Teſtamentum eidem Sanctae attributum, cuius initium ac finem legeramus in Vita Gallica, per quendam Capucinum compoſita lib. 2. cap. 5. Apparebat enim ipſum vndequaque ſuppoſititium ac ruinoſum eſſe, ideoque non curauimus ex Malbodienſi archiuo habere integrum, incipit: In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, praeter eius aeui morem, vt oſtendimus: huic tamen fundamento innititur diuinatio aſſerentium, Aldegundem, Sanctiſſimae Trinitati pie deuotam, tres eccleſias Malbodii aedificaſſe. Ipſam porro Sanctam, loquentem ore non ſuo, audiamus. Ego Aldegundis . . . . . poſſeſſiones meas, quas ex patris et matris hereditario iure obtinebam, tradidi, aſſenſu Domini Hilderici Imperatoris, quin et Dagoberti et Principum ejus . . . . in miniſterium ancillarum Dei, ad illud ſacrum monaſterium quod vocatur Malbodium, vbi venerabiles Epiſcopi Autbertus, Amandus, Audoënus, Vrsmarus altare Domini . . . . . dedicaverunt quarto Idus Iunii. Itane vero? quatuor ad vnum altare conſecrandum Epiſcopi? At quo tempore? Vtique paulo antequam haec dicitur facta donatio aut forte ipſo die, nec enim alius deinceps dies exprimitur, nam iidem pariter ſubſcripti inueniuntur: idque anno XX. Dagoberti, videlicet Primi, nam Secundum chartae huius fabricator ignorauit, Tertius vix quadriennio regnum tenuit. Primus autem quamdiu? Vtique annis dumtaxat XVI. ab eo quo primum Auſtraſiae praefectus eſt tempore. Quid vero Secundus? Potuiſſet hic ab obitu patris, quantumuis exul regni ſui annos numerare, ratione iuris quod habebat ad illud: id tamen feciſſe nullo probatur documento: ſed econtra exemplaria donationis factae S. Remaclo per Grimoaldum, poſt huius obitum ſcripta anno quarto Regni Domi-

ideoque reiecimus teſtamentum S. Aldegundis anno 20. Dagoberti notatum;

videtur ipſa Malbodienſi monaſterio ceſſiſſe bona ſua

Domini noſtri Dagoberti Regis, intelligi debent ſignari cum reſpectu ad regnum Auſtraſiae recuperatum. Pag. edit. XXVI.

111. Demus tamen quantumuis longam Vitam Primo Dagoberto, annus illius XX. apud Auſtraſios in annum DCXLII. caderet; quando infantula adhuc erat Aldegundis, circa annum dumtaxat DCLV ſacro velo in primae aetatis flore donata. Et condi quidem ſtatim coepit Malbodienſe monaſterium, ſed annis aliquot opus fuit vt completo opere ac diſciplina ſtabilita, credi poſſit fundatrix pia ſuis bonis ceſſiſſe: quod cum feciſſe dicatur ex conſenſu Domini Hilderici Imperatoris, quin et Dagoberti et Principum: quidni (quamuis ineptus hic ſit imperatoris titulus) putemus id feciſſe intra annum DCLXXI. et LXXV, quibus Childericus, Chlodouaci ſecundi filius, totius fere Imperii Francici obtinebat monarchiam; Dagoberto II, S. Sigeberti filio, poſt reditum ab Hibernico exilio, in Adrhenanis partibus dumtaxat regnante, quoad vixit idem Childericus: vt alterius quam Childerici conſenſum requiſitum fuiſſe a S. Aldegunde minime credam. Quia tamen idem ille Dagobertus anno DCLXXV. paternum Auſtraſiae regnum recuperauit, ſi tunc adhuc ſuperfuit Sancta, annum vitae circiter quadrageſimum agens, (quod nobis ſatis videtur probabile) potuit ab ipſo quoque donationis prius factae confirmationem petiuiſſe, et haec etiam potuit eſſe cauſa, cur regno Dagoberti ipſa ceſſio fuerit attributa a Scriptore, non diſtinguente primum actum a ſecundo, nec Dagobertum Iuniorem ab illius nominis primo. Ita ergo ſuam chartam concluſit: Actum Malbodio monaſterio, ante altare S. Mariæ et Sanctorum duodecim Apoſtolorum. Datum anno viceſimo regni Dagoberti inclyti Regis (obliuiſcitur menſem diemque notare) ſub præſentia virorum et ancillarum Dei, quorum nomina et ſignacula ſubter tenentur inſerta. Ego ſimilem formulam nuſquam alibi legi; cui tamen inſiſtere nolim, quia trahunt me ad ſe ſubſignationes prodigioſae, prorſuſque tales, vt appareat bonum Scriptorem notorum ſibi Sanctorum texere litanias voluiſſe.

circa annum 676 ſub Childerico,

DagobertoII. poſtea ceſſionem confirmante.

112. Signant igitur conſequenter, Autbertus Epiſcopus, quem licet epiſtola quaedam, Fulberto Carnotenſi imputata, ſed in poſterioribus editionibus prudentius omiſſa, fingat S. Aldegundis corpori ſepeliendo adfuiſſe; nos tamen ante ipſam obiiſſe tenemus, anno DCLXXI; Amandus Epiſcopus (qui ſenex forte adfuiſſet) Audoënus Epiſcopus, quem octogenario propinquum, tam procul a ſua Sede in regnum alienum excurriſſe, non credimus. Vrſmarus Epiſcopus, tunc needum quadragenarius, et probabiliter nec Epiſcopus. Deinde Vincentius Abbas, Humbertus Abbas, Eloquius Abbas. Primus eſt S. Waldetrudis maritus, S. Aldegundis

Teſtamenti iſtius ſubſcriptiones ridiculae;

Pag. edit. XXVI. degundis Sororius, qui coenobio Caſtrilocenſi, in quo monachus vixit, numquam praefuit. Secundus, Maricolenſis fundator, an unquam Abbatis titulum geſſerit, vehementer addubito. Tertius Latiniacenſis in Neuſtria Abbas circa Pariſios, ſub Chlodouaeo II, circa annum DCL, ſi tum viuebat (quod quaeremus III. Decembris) non erat tamen aduocandus tam longe. Erminus vir Sanctus, neque cum hoc titulo ſuum nomen ſignaſſet, aut ſignari ab alio permiſſet; neque vir dici potuiſſet, tum adhuc adoleſcens, vtpote mortuus anno DCCXXXVII. Etto Abbas, colitur X. Iulii cum titulo Epiſcopi Hiberni, videturque praedicto S. Waldetrudis marito Vincentio notus fuiſſe in Neuſtria: caetera fabulis obſita ſunt, alias examinandis. Sequuntur ſubſignando Waldetrudis, ſoror S. Aldegundis; Gertrudis Niuellenſis, mortua DCLIX; Aldetrudis et Madelberta, praedictae Waldetrudis filiae iuuenculae; omnes cum titulo Abbatiſſae: ac demum Geruida, amita Beatae Aldegundis, quae eam de ſacro fonte ſuſcepit. Ridiculus ſim, ſi velim oſtendere nihil ſic originaliter ſcriptum fuiſſe, ideoque hic finem facio plura huius teſtamenti vitia exaggerandi: tantum moneo, Vitam S. Aldegundis, ex MS. Gisleniano editam a nobis tertio loco, cum alias a nobis non magni fieret, nunc etiam aeſtimari minoris, eo quod num. 12. meminerit S. Amandi, vna cum praenominatis Epiſcopis et Abbatibus aliiſque quam plurimis locum dedicantis, eundemque cum ſuis appendiciis Catholica auctoritate et Apoſtolica firmantis. Quamuis enim auctor (quem credimus multo iuniorem fuiſſe Hucbaldo, ſecundae Vitae Scriptore) iſtius auctoritatis et firmitatis praeceptum, ne lectori faſtidium generet, praeterire ſe dicat, vix tamen dubitamus, quin id quod allegat ipſe, vel eiuſdem plane farinae ſit cum hoc teſtamento, vel vnum idemque.

quibus tamen auctor tertiae Vitae S. Aldegundis fidem habuit;

113. Tempus nunc eſt, vt, poſt tam longinquam peregrinationem, Treuiros, vnde exorſi ſumus, reuertamur, reuiſamuſque Annalium conditorem Browerum eorumque editorem Maſenium: quos, licet alias eruditos viros, fuiſſe tamen in dignoſcendis veris falſiſque diplomatis deceptos pluries ſi demonſtrauero, credo eorum auctoritatem, dum pro Horreenſi quoque diplomate ſtant, nobis a nemine obiiciendam. Gliſcebat inter Archiepiſcopos Treuirenſes et Sanmaximinianos Abbates contentio: hi vero pro ſua cauſa allegabant primo Dagobertinum diploma, quo dicebatur Conſtantinus Magnus ita fundaſſe monaſterium, quod illius loci habitationem aliae perſonae noluit ſubdere, niſi ſuae Succeſſorumque Imperatorum poteſtati: et hanc immunitatem qualitercumque probatam, velut certo compertam, confirmare docebatur iſto ſuo diplomate Dagobertus: addebant Pipini Regis ac filii eius Caroli Magni reſcripta, quibus

vti etiam Browerus pro legitimis chartis ſuſcepit eas,

quibus decreuerint, vt tam Abbas quam monachi ſub Regum mundiburdio in Saecula manerent. Vt ergo talium diplomatum retunderetur auctoritas, zelo fortaſſis bono, ſed non ſecundum ſcientiam, praeſumſit aliquis, ſub eorumdem aliorumque Regum Francicorum nominibus, chartas contrarias fingere, quibus crederetur cella S. Maximini fuiſſe in praedio ſeu territorio eccleſiae S. Petri Treuirenſis conſtructa: aut in eiusdem eccleſiae eiuſque Pontificis aeterna poſſeſſione manere iuſſa. Pag. edit. XXVI.

114. Duo prima, ſcilicet Dagoberti ac Sigeberti Regum, minus nos tangunt, quia nec praetenduntur quidem vſpiam extare originaliter: ſed in ſolius Franciſci Roſerii fide citantur a Browero: quae fides quam exigua ſit, docere poterit Arreſtum Concilii Statuum, coram Henrico III. collectorum anno 1583. inſertam habens confeſſionem auctoris, ignoſci ſibi poſtulantis, quod in libris Stemmatum Lotharingiae (vnde iſta proferuntur) plurima fraudulenter et malitioſe excogitauerit. In his etiam iſta duo fuiſſe nemo negauerit, qui dignatus fuerit, Zylleſium ipſa refutantem legere, aut hic in genere dicta illis in particulari applicare: nam ſigilli fabuloſa fabricatio, ſigni monogrammatici defectus, tituli ſubſcribentium aeuo incongrui, errores chronologici grauiſſimi, characteres temporum peregrini, loco non ſuo et quidem imperite poſiti, in iſtis aeque ac aliis hactenus refutatis inueniuntur. Conſiderationem noſtram magis merentur alia duo Pipino et Carolo imputata, habentur enim apud Browerum, de cuius optima fide dubitare nefas, tamquam deſcripta ex originalibus litteris, quas ipſe viderit ſuis ſignis et ſigillis munitas, ad annum 769. et 773. quas finxit Roſerius in Stemmatibus Lotharing.

115. Habent ambo praenotatam hanc formulam: In nomine Domini Dei æterni et Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ludouico Iuniori Lotharii filio ferme vſitatam. Ambo hoc inchoantur exordio: Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, et neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones Sacerdotum noſtro relevamus juvamine, atque Regali tuemur munimine; id nobis, et ad mortalem vitam tranſigendam, et ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quam et futurorum ſagacitas etc. Sic progrediuntur iiſdem pene verbis ambo, niſi quatenus neceſſe fuit patrem, a filio; primam priuilegii conceſſionem, ab eiuſdem confirmatione diſtingui: quod antiquis Regibus fuiſſe vſitatum nullis oſtendetur exemplis, et contrarium apparet ex verioribus Pipini atque Caroli diplomatis apud Zylleſium, datis Vtilrado aliorum Pipino et Carolo Regibus imputatorum

Pag. edit. XXVII. Abbati, quibus iſta videntur fuiſſe ex diametro oppoſita, ſed fictione prorſus infelici. Etenim ſi requiras diplomata Ludouici Regis Germaniae, inueniens aliquod eorum, verbotenus deſcriptum, materiam praebuiſſe figmento. Tale eſt priuilegium quod Ludouicus, Ludouici Pii filius, Germaniae Rex, anno regni ſui XVII, qui fuit Chriſti circiter DCCCXLII, dedit Eccleſiæ Paderbornenſi, quod inuenitur in Monumentis Paderbornenſibus pag. 205. primae editionis. Carolus etiam Craſſus, ſimili fere ſtylo, ſimiles donationes aliquas legitur conſcripſiſſe: quae ſatis eſt hic leuiter indicaſſe.

et ſumtorum ex diplomatis Ludouici R. Germaniae,

116. Praetenſum porro Pipini diploma concluditur hoc modo: Ego Ioſeph Subdiaconus ad vicem Welfardi recognovi. Data XV. Kalendas Iulii, Indictione quarta, anno nono regnante Pipino inclyto Rege. Actum Tulpiaco in Dei nomine feliciter. Primum Pipini annum exordientibus in anno Chriſtianae Aerae DCCLII, qui habuit Indictionem quintam, nonus eius annus deberet cum decima tertia Indictione concurrere: aut cum vndecima, ſi erroneam plurium chronicorum rationem ſequaris: non tantum igitur alieno tempore, ſed etiam imperite adhibetur Indictio.

fictio ſe prodit per indictionis vitium,

117. Nihilo hac quam iam refutauimus, Pipiniani commenti ſubſcriptione felicior eſt ſubſcriptio ſecundi figmenti, Carolo Magno apud Browerum attributi, his verbis: Suavis ad vicem Ercambaldi recognovi. Data Kalend. Septembr. anno VI, regnante Carolo piiſſimo Rege, Indictione XI, Ariſtalio palatio in Dei nomine. Amen. Exorſus eſt regnare in Francia Carolus anno DCCLXVIII, proinde VI. regni annus conuenit cum anno Chriſti DCLXXIII, qui vere habuit Indictionem XI. Huic conuenientiae fidens Browerus, qui non fuerat auſus Pipino attributum diploma integrum dare, quomodo illud habemus ſcriptum ad calcem Chronici Treuirenſis per Cononem a Falckenſtein Archiepiſcopum compilati, Carolinum hoc integrum exhibuit. Neque animaduertit, quod ſi ſuppoſitionem non manifeſtet Indictio a vero exerrans; prodat tamen eamdem ipſa praemature adhibita, ante ſuſceptum Romani Imperii titulum. Quid quod Carolo Magno affingatur monogramma moris Henriciani; cum tamen Carolini ſigni tam multa apud varios extent teſtimonia, omnia formae ſupra deſcriptae conformia. Pipini monogramma ad imitationem eius fictum eſt, quo vſi fuiſſe ſciuntur poſteriores Pipini in Aquitania. Ipſa ſi videas, ſatis eſt vt reiicias. Eccum ergo illa, vt ſunt apud Browerum expreſſa.

ac poſterioris aeui monogrammata,

CAPVT

Pag. edit. XXVII.

CAPVT IX.

INDICANTVR ALIAE PLVRES CHARTAE, REGIBVS MEROVINGICIS AFFICTAE.

118. Philippus Labbe, nouae auctiorique Conciliorum editioni cum totius Galliae omniumque Eruditorum luctu immortuus, inter caetera magnae vtilitatis opuſcula, quae dedit in lucem, poſt Hiſtorica Regum Francorum elogia ſubtexuit exactam Cancellariorum regiorum Hiſtoriam, et veterum inſtrumentorum Miſcellanea, vere curioſa; primae Stirpis Regum chartas, quas potuit inuenire omnes, quinque primis Capitibus aut proferens ipſe, aut ab aliis iam prolatas attingens. Prima, et omnium hactenus notarum in eo genere antiquiſſima (ſi vera) eſt Chlodouaci primi Chriſtiani Regis; data, vt praefertur, monaſterio S. Ioannis Reomaenſis in Burgundia cum hac clauſula: Tales ſunt quae tribuuntur.

✠ Signum Clodovei, fortiſſimi Regis.
Datum ſub die IV. Kal. Ianu. Indictione V,
Actum Remis ciuitate. In Dei nomine feliciter ✠
Ego Anachalus obtuli, anni Magni Clodovei XVI.

Primum Chlodouaci annum incidere in Aerae Chriſtianae annum CCCCLXXX, demonſtratum eſt ad vitam abnepotis eius S. Sigeberti, 1. Februarii num. 12. alii biennio ſerius auſpicantur: Baronius quadriennio. Secundam ſententiam tenuit qui Indictionem V. cum anno regni XVI. compoſuit; pro quo etiam facit Petrus Royer in hiſtoria dictae Abbatiae, multos conatus a ſuppoſitionis ſuſpicione liberare hanc chartam: ſed conatu irrito. Vt enim recte notat Labbe, anno CCCCXCVII. necdum Burgundiam obtinebat Chlodouaeus; cum victoria illius de Gundibaldo Burgundionum Rege, circa Diuionem, relata dumtaxat ſit ſub Conſulatu Patricii et Hiſpatii, teſte Mario Epiſcopo Auenticenſi, annis circiter XXV poſt eam victoriam nato. Conſulatus autem iſte annum vulgaris Aerae quingenteſimum ſignat: ideoque, inquit idem Labbe, piget plura nullitatis indicia colligere, eaque lectori conſideranda relinquere malo. Chlodouaei pro anno Chr. 497.

119. Secundum eidem Regi imputatum diploma continet fundationem monaſterii S. Petri Viui, apud Senones, Actum publice in urbe Pariſina, pro 50.

Pag. edit. XXVII. Pariſina, anno Domini quingenteſimo, regni vero ſexto decimo, a baptiſmo autem anno tertio. Ego Clodoveus in Dei nomine Rex Franciæ manu propria ſignum firmavi et ſubſcripſi. Ego in Dei nomine Crothildis Regina. Ego in Dei nomine Theodoricus filius ejus Rex: et ſic conſequenter Chlodumirus, Childebertus, Chlotarius, Reges, filii eius: deinde Theodechildis, filia eius cariſſima; Heraclius Archiepiſcopus Senonenſis, tum alii ſeptem Epiſcopi etc., ac denique concluditur: Data menſe Octobris, Indictione I, in Dei nomine. Pariſiis vrbe Regia. In annis Chriſti, Regni et Indictionis coniungendis erratum eſſe ſatis per ſe apparet. Labbaeum audiamus de ipſa charta iudicantem. Multi qui hanc numquam viderant, ſuam de ea ſententiam dicere praeſumſerunt; ideo integram lectori exhibendam putaui, eique aeſtimandum relinquere volo an poſſibile fuerit, vt anno Chriſti quingenteſimo, quatuor huius Monarchae filii iam tum gererent titulum Regis; vt S. Theodechildis, dato quod fuerit nata ex matrimonio Chlodouaei et S. Clothildis, eam egerit tunc aetatem qua ſe potuiſſet deuouere Deo et fundare monaſterium; vt Chlodovaeus daret terras in prouincia Aruernica, et in Lemouicino pago, et in Caturcenſi pago, et in Petragorico pago, et in Galuadano pago, eo tempore quo necdum pugillum terrae poſſidebat in Aquitania, a Viſigothis vſque ad annum DVI. detenta; vt denique tali anno ſubſcripſerit Remigius, iam ſenex, Remorum Epiſcopus (hunc oſtendimus ad Acta S. Vedaſti VI. Februar. §. 2. et 3. natum anno CCCCXXXV, baptizaſſe Chlodouaeum CCCCXCIV, obiiſſe DXXX) et cum eo ſubſcripſerint iam tunc Epiſcopi, tum alii qui ibi nominantur, quoſque non omnes fuiſſe ſynchronos eruditi ſciunt, tum Auſtregiſilus Bituricenſis Archiepiſcopus, ad hanc primam totius Aquitaniae cathedram promotus, anno dumtaxat DCXII.

120. Tertium incipit: In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis Chlodoveus, et de Myciacenſi, Cambiacenſi, ac Latiniacenſi fundis, donatis S. Euſpicio et S. Maximino, ſignificat omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Miſſis, Vicedominis, Vicecomitibus, Vicariis, Telonariis, Centenariis, Villicis. Deſideratur nomen Cancellarii, dies, locus, annus, et ſubſcriptiones: quia, inquit Labbe, ea fuit temporum ſuperiorum ignauia, vt qui monaſtica tranſcribebant chartularia, ſaepe appendices iſtas tamquam inutiles reſecarent, quas nunc maxime requirunt eruditi, tamquam lucernam in loco caliginoſo; alias etiam hae manifeſtius declaraſſent iſtius chartae fictionem. Quartum, in fauorem Pag. edit. XXVIII. monaſterii S. Hilarii Pictauienſis fabricatum, incipit: Ego in Dei nomine Chlodoveus, et integrum legitur in Supplemento Annalium Aquitanicorum Boucheti pag. 41. nobis necdum viſo: quare nec de eo amplius docere

docere poſſumus, quam quod dicat Labbaeus ita haberi in fine: Factum eſt hoc Aurelianis, anno ab Incarnatione Domini DXXIV, Iuſtiniano Romae Imperatore etc. Poſt quae hanc cenſuram idem Labbaeus addit: Vehementer obſtupui, quod de nouo ineptiſſimum hoc Diploma typis mandatum ſit, dignumque cenſuerit aliquis cui Gallice reddendo operam impenderet. Annus ab Incarnatione Domini DXXIV, quando non amplius viuebat Chlodouaeus, mortuus circa an. DXI, aut vt tardiſſime aliqui DXIV; neque ad Imperium euaſerat Iuſtinianus, qui regnare coepit DXXVII; neque Pontifex erat Vigilius, anno primum DXL electus; hic inquam annus, et aliae ſimiles circumſtantiae, teſtantur prodigioſam ignorantiam impoſtoris, talem chartam machinati; et negligentiam aut malam fidem eorum qui ipſam publicant, Lectore, exiguam ſaepe antiquitatis ac verae chronologiae notitiam habente, non praemonito cauere inſidias, quibus nimium credulae ſimplicitati illuditur. Pag. edit. XXVIII. et 524.

121. Pergit deinde praelaudatus auctor ad diplomata Childeberti, qui patri Chlodouaeo ſucceſſit, et vſque ad DLVIII. regnum tenuit; cuius diploma de Villa Cellenſi eccleſiae Pariſienſi donata, in gratiam S. Germani, a quo Rex ſanitati redditus per miraculum fuerat, ſic concluditur: Et ut hæc auctoritas firmior habeatur et per tempora perſeueret, manu noſtra eam firmamus et roboramus. Actum anno decimo ſeptimo regni noſtri in menſe Ianuario. Demonſtrauimus nos ad Acta S. Sigeberti num. 71. obiiſſe Chlodouaeum anno DIX; itaque annum ſi ſequentem primum facias Childeberti, per huius annum XVII, Chriſti annum duntaxat DXXVI. habebis: atqui S. Germanus (quem Dominum ac patrem ſuum et Pariſiacae vrbis Epiſcopum hic vocare Rex fingitur) anno DLV. necdum erat Epiſcopus. Itaque hoc ſcientibus, inquit Labbe, non eſt cur pluribus inculcem vt chartam hanc ſuſpectam habeant. Stylum etiam non illius aeui facile quis deprehendet, eo inprimis notabilem, quod in plurali numero Rex loquatur, forma ante ſaeculum ſeptimum inuſitata; ob quod etiam ſuſpecta, immo ſuppoſititia haberi debent diplomata, quorum vnum profert Labbe, datum in gratiam S. Carileſi anno decimo quinto regni, et alterum datum anno quarto, nec non tertium in fauorem coenobii S. Germani de Pratis Datum quod fecit menſis Decembris die VI. anno XLVIII, poſtquam Childebertus Rex regnare coepit. Coepit autem a morte patris die XXVII. Nouemb. anni DIX, et deſiit XXIII. Decembris anni DLVIII, vt ex hac quidem parte difficultas non ſit in ſententia noſtra: quantumcumque tamen hoc catenus ſubſiſtat, et Archetypi integri, chirographo ac ſigillo regio muniti, fidem appellet Iacobus de Breul (qui illud ad cap. 20. lib. 2. Aymoini reperit ab interpolatore Childeberto, pro. an. 526, et aliis annis,

 terpolatore

Pag. edit. XXVIII. terpolatore inſertum, et nobis conatus eſt illuſtrare). Suppoſititium tamen eſſe, non tantum deprehendas ſtylo indice, et ſcrupuloſa quarumvis minutiarum enumeratione, veteribus nequaquam vſitata; ſed eo imprimis, quod facta dicatur fundatio monaſterii, cum conſenſu et voluntate Francorum et Neuſtraſiorum. Hic enim et Neuſtraſii praepropere nominantur; et iidem diſtinguuntur a Francis: quaſi ſolum Pariſienſe regnum, quod ab initio factae diuiſionis obtinuerat Childebertus, diceretur regnum Francorum; cum Francorum nomen tunc fuerit commune; et ex quo diſtinctim ab Auſtraſia coepit nominari Neuſtria, huic accenſa fuerit Lutetia Pariſiorum, regno, iam non quadrifariam, ſed bifariam dumtaxat, diuiſo inter filios magni Dagoberti ac ſtabili principatu vtrobique conſtituto. Seculo VIII, et ſub Merouingicae ſtirpis occaſum praerogatiuam dignitatis tenentibus Pariſienſibus, coeperunt illi metonymicῶs ſeſe Francos dicere, caeteros Neuſtrios vel Neuſtraſios ſeorſim appellare: vnde factum vt in hodiernum vſque diem Pariſienſis ager et praefectura vocentur le Gouvernement & l'Isle de France; et inter antiquae nomenclaturae amantiores litteratos, pro Normannia vſurpetur Neuſtriae vocabulum.

Chilperico, pro anno 575

122. Eodem recentioris longe ſtyli et numeri pluralis vitio laborant, quae ſub Chilperico paſſim data creduntur: quorum vnum extat apud Labbaeum, et praeter publicorum diplomatum conſuetudinem, has compendiarias notas continet, O. F. D. E. & n. p. & f. n. e. v. quae ſic legenda ſunt: Omnibus fidelibus Dei Eccleſiæ et noſtris, præſentibus et futuris, notum eſſe volumus; vt omittam dictiones et phraſes alias, aevo iſti inſolitas. Alternum extat apud Miraeum in Donat. Belgicis cap. 2. et incipit: In nomine Omnipotentis et Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Chilpericus divina præveniente clementia Rex Francorum: finit autem: Datum Bibrax, Chilperici anno primo, Indictione XIII. Si annum accipias, quo, mortuo fratre Sigeberto Auſtraſiae Rege, ditionem eius dicitur inuaſiſſe Chilpericus, ſed breui pulſus, praeualentibus qui pro Childeberto Sigeberti filio aduerſus inuaſorem patruum ſtabant; eſſet is annus Chriſti DLXXV, quo currebat VIII. Indictio. Si annum quem ille Pariſienſis regni primum habuit, et quo nihil iuris potuit exercere in Belgio, ſumere velis; fuit is DLXI, et tunc currebat Indictio IX. Quid autem dicemus de alio, inter Memorias Bellouacenſes impreſſo per M. Antonium l'Oyſel, velut dato pro Abbatia S. Luciani? Ea et in plurali vbique, et ſtylo valde recenti loquitur, et hoc modo ſignatur: Ego Eltritus Palatinus ſcriptor recognovi, inuſitato exemplo: atque additur: Datum anno Dominicæ incarnationis DCVI, Indictione nona, anno regni

regni Chilperici Regis XXII. Actum Rotomagi, in conventu generali, III Nonas menſis Maij. Indictio et annus ſic conueniunt, vt non poſſit quis errorem librarii ſuſpicari: annus item regni XXII aliaque adiuncta vetant, ne de Chilperico II. cogites, qui annis ſolummodo quinque idque octauo ſaeculo regnauit: Chilpericus autem primus occiſus eſt anno DLXXIV. anno regni ſui XXIV. et quomodo hic potuiſſet annis poſt mortem ſuam XXXII. talem chartam condidiſſe? Notauit autem Petrus Pithou, qui chartam deſcripſit et contrectauit, Sigillum eſſe ex cera alba, in qua impreſſa eſt imago Imperatoris iuuenis armati, qualem forte Ottonem III. exprimit *Zylleſius* ex genuino ſigillo. Pag. edit. XXVIII.

123. Neque plus ſinceritatis eſt in ea charta, quae Chilperici fratri S. Guntramno tribuitur, extatque apud nos ad eius Acta XXVIII. Martii num. 6. hoc principio: Diuina diſponente gratia, Servus ſervorum Domini, Guntrannus Rex, regnante Deo, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis Salutem. Quot hic ſunt verba, tot etiam ſunt nouitatis indicia, quae pluribus non merentur exagitari: tantum haec poſui, vt ſciat Lector nos impoſterum futuros cautiores, quam vt deinceps talia, abſque cenſura congrua operi noſtro inſeramus. Denique, antequam veniat ad Dagoberti Magni chartas Labbaeus, ex Archiuo Abbatiae S. Sulpicii Bituricenſis producit diploma cuiuſdam Clodomiri, qui ſe Francorum Regis Chlotarii filium ſcribit, hoc principio: In nomine ſanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; Ego Chlodomirus Dei gratia Francorum Rex: quod diploma, inquit ille, abſque dubio ſuppoſititium eſt. Res ex ſtylo patet: annus deſideratur: Chlotarium II, cuius hic filius fingitur, intelligit Labbaeus: Clodomirum inter Franciae Reges nullum agnoſcit hiſtoria, niſi Chlodouaei magni ſecundo genitum. Guntramno, Clodomiro,

124. In Tomo I. Conciliorum Galliae, Chlodouaei II. pro San-Dionyſiano monaſterio, et Chlotarii III. pro Corbeienſi, praecepta inueniuntur: ſed quae ſincera eſſe non permittit credere ſtylus ac forma. Primum autem ſuſpectum valde faciunt nomina viginti quinque ſubſcribentium Epiſcoporum, quorum vix quarta pars pro anno Chlodouaei iſtius XVI, qui eſſet Chriſti DCLIX, nota habetur. Subſcribunt autem non expreſſo Sedis ſuae titulo: quod merito ſuſpectum eſt, et in hac et aliis ſimilibus chartis. Secus atque fecerunt indecretis Concilii ſimilibus chartis, ſecus atque fecerunt in decretis Concilii Cabilonenſis anno DCL. celebrati; cui plerique eorum qui San-Dionyſianae chartae ſubſcripſiſſe finguntur, debuiſſent interfuiſſe; nec enim tam cito potuerunt omnes eſſe noui. Aliud eidem Chlodouaeo affictum diploma inuenio Pag. edit. XXIX. et Chlodovaeo II.

apud

Pag. edit. XXIX. apud Claudium Laboureur, in Collectione hiſtorica rerum memorabilium ad regalem Abbatiam Inſulae-barbarae prope Lugdunum pertinentium, quam pacuit les Maſures, id eſt, Rudera coenobii antiquiſſimi appellare. Principium pro anno III. regni, qui fuit DCXL. circiter aerae communis, tale eſt: In nomine Dei æterni et Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Chlodovæus, divina ordinante providentia Imperator auguſtus . . . omnibus Dei fidelibus, Epiſcopis videlicet et Abbatibus, Regibus, Ducibus, Comitibus, Vicedominis, Vicariis, Telonariis et omnibus rempublicam adgubernantibus. Sumtum eſt hoc principium verbotenus ex alio diplomate quod idem Laboureur recitat, ſub nomine Ludouici Imperatoris pro anno Chriſti DCCCXVI, hoc ſolum demto, quod in iſto Ludouici non nominentur Reges; nominetur autem annus Chriſti, qui nobis indicio eſt, nec hanc quidem chartam, puram incorruptamque haberi. Verus Ludouicus, abſtinuit charactere Chriſtianae Aerae, nondum ad vſus regiae Cancellariae recepto: Scribebat autem vniuerſis Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus et Comitibus ſeu omnibus publicae rei ſeruientibus: quod pro tempore Ludouici Pii erat abunde ſatis, pro tempore autem Chlodouaei II. fuiſſet plus quam ſatis et ſuperabundans, qui ſolos Epiſcopos Comiteſque nominaſſet. Haec ergo ſi examinaſſet Scriptor praedictus, non magnopere appendiſſet titulum Imperatoris, quem iſtic ſibi fingitur Chlodouaeus arrogare; neque conſideratione dignum cenſuiſſet, quod iſtic nominentur monachi ſub regula B. Benedicti Deo famulantes, nec quia dicitur, Actum Monte-Lauduno, præſente populo, concluſiſſet, conſueuiſſe Reges pro donationum ſuarum ſimiliumque actuum validitate conuocare extra ordinem Parlamentum regni, aut ipſius conuocandi tempus praeſtolari: ſed ex iſtius clauſulae inſolentia aliiſque ineptiis fuiſſet perſuaſus, tam certo chartam iſtam Chlodouaeo Regi affictam fuiſſe, quam indubitanter credidit ex alicuius monachorum ſuorum ſomniculoſo cerebro olim fabricatam eſſe chartam, qua monaſterii illius primus fundator fuiſſe aſſeritur S. Longinus, Euangelicus miles, qui Domini latus perforauit; et ex ſimili officina prodiiſſe Epiſtolam, quam ſummo Carolo Imperatori Leydradus Epiſcopus Lugdunenſis ſcripſiſſe dicitur. Aeque facile fuit falſitatis conuincere priuilegium, quod Chronico Beſuenſi inſertum edidit Acherius tom. 1. Spicilegii ſub nomine Chlotarii III. pag. 499. tamquam datum menſe Auguſto, anno ab incarnatione Domini DCLVIII, indictione I. anno VIII. regni Chlotarii, non tantum propter annum Chriſti male comparatum cum anno regni, qui II. aut III. nominandus erat, ſed etiam propter ſtylum totius chartae: in quo licet non adeo euidenter excedat Praeceptum ibidem

(Margin: Chlotario et Theodorico,)

dem ſubſequens: Datum menſe Septembris die IV, anno IV, regnante Theodorico Rege, huius nominis III, et fratre Chlotarii praenominati; vereor tamen vt apud omnes fidem inueniant, tum aliis de cauſis, tum quia collector Chronici omiſit formulam initialem, per quam fraus detegi forte potuerat; et ſaltem conſtare debeat, quinam ſint ii, quos inſolito prorſus titulo Rex compellat, dicens: Cognoſcat vtilitatis veſtrae magnitudo. Pag. edit. XXIX.

CAPVT X.

CONCLVSIO HVIVS MATERIAE, CVM EVICTIONE BVLLARVM ALIQVARVM, ROMANIS PONTIFICIBVS SVPPOSITARVM.

125. Porro hactenus deducta conſiderans, et in toto Francorum regno nullam omnino chartam ſinceram ac genuinam reperiens ante Regnum primi Dagoberti; pauciſſimas item ſub illo atque poſt illum, vſque ad ſecundae ſtirpis Reges ſcriptas haberi, quae vel autographae dici poſſent, vel ex autographo fideliter deſumtae; vehementer laudo monitum Ioannis Marshami, heterodoxi quidem circa religionem, ſed a monachis reque monaſtica minime alieni, datum in propylaeo ad Monaſticum Anglicanum: Caute intuendae ſunt iſtiuſmodi chartae; quae fidem habent eo minorem quo maiorem praeferunt antiquitatem. Rudis olim et iners gens noſtra (de Anglo-Saxonibus et de communiori vſu loquitur) abſque ſcripto donationes conferre ſolebat. Ex Beda ſane non conſtat, ſcripturam adhuc illius aetate in transferendis praediis aut concedendis privilegiis vſurpatam fuiſſe. Nihilo plus de eadem apud Francos vſurpata conſtat nobis ex Gregorio Turonenſi. Quod igitur, procliuis in partem mitiorem Wilthemius maluit opinari, veteribus inſtrumentis deperditis aut corruptis, noua nouo ſtylo, cum multa interpolatione cauſa fuiſſe, quae pro veteribus ſupponerentur; id nobis nunc multo magis ambiguum redditur, ac pene perſuademur, partem maiorem fallacium iſtarum chartarum, in archiuis monaſticis et eccleſiaſticis reperiendarum, non habere principium ac fundamentum in veris, quae aliquando extiterint, tabulis; ſed ſolum in poſſeſſione aut vera aut praetenſa; quam

Cogimur credere, donationes multas eſſe factas abſque ſcripturis; has autem fuiſſe diu poſt fabricatas,

Pag. edit. XXIX. vt firmarent, eiuſmodi diplomata confingere elegerint. Hoc autem dum facerent exiſtimo illis etiam vſitatum fuiſſe, vt non ſolum fundos ab illo cuius nomine diploma cudebatur, primum acceptos: ſed et alios poſtea a quibuſcumque donatos, de quibus nihil ſcripto tacere poterant, eodem diplomate comprehenderent. Nam ſaepe tantae et tam multae poſſeſſiones vna exprimuntur in charta, vt prorſus incredibile ſit, eas omnes vno eodemque tempore, ab vno Rege, alicui monaſterio vel eccleſiae primum ſurgenti fuiſſe condonatas.

additis expreſſius immunitatibus

126. Quod de poſſeſſionibus dixi, quarum pars magna longe poſt obtigit locis piis, quam facta aut ſcripta eſſet prima fundatio, cuius inſtrumento tamen eaedem finguntur inſertae; id libenter etiam intellexerim de talium poſſeſſionum immunitatibus ac libertatibus (vnde et priuilegia vulgo nominantur teſtes earum chartae) ita ſcrupuloſe ſolliciteque et determinate quandoque expreſſis, ſicut poſt ſaeculum nonum aut decimum exprimi coepere; quando hominum, eccleſiaſticis bonis et iuribus carpendis inhiantium cupiditati reprimendae, aut monaſteria grauantium importunitati auertendae, eiuſmodi priuilegia quaeſita fuere. Cum enim donata eccleſiis bona iure diuino immunia ſint ab oneribus ſeruitutis ſecularis, primis monaſteriorum fundatoribus ac dotatoribus non incidit cauere ab eo malo, quod in noua Francorum Chriſtianitate necdum coeperat pullulare, dum Reges ac Principes adhuc zelo religionis aeſtuarent.

et priuilegiis qualia poſteri obtinuerant.

127. Simili fere modo licebit ratiocinari de priuilegiis Apoſtolicis, quibus ab Epiſcoporum iurisdictione exemta monaſteria, et ſub immedietatem Sedis Romanae protectionem ſuſcepta ſunt. Quo tempore ea res coeperit, difficile eſt definire: eſſe tam antiquam quam videri faciunt nonnulla quae proferuntur priuilegia, nemo mihi perſuaſerit. Nam quod apud Baronium ex Papirio Maſſono habetur, velut ab Adeodato Papa ſub annum DCLXXV. conceſſum Turonenſi monaſterio et monachis S. Martini; id, licet ſit mutilum extrema parte, ſatis tamen habet vnde nouitia fictio deprehendatur, dum identidem Religioſi Abbatis meminit; ex vſu ſcilicet eius temporis, quo res monaſtica tantum diſpendii accepit, quantum queri vix fas eſt, per Abbates ſeculares. Habet San-Dionyſianum iuxta Pariſios monaſterium plurima, tam Romanorum Pontificum, quam Francorum Regum, diplomata; et quidem, vt praetenditur, originalia; etiam in corticibus arborum ſcripta quaedam: de quibus omnibus, quod quidem attinet tempora primae ſtirpis regiae, illud omnino tenendum; eſt tanto minus eis adhibendum fidei, quanto plus prae ſe ferunt antiquitatis.

idem factum Apoſtolicis litteris.

128. Inter

128. Inter illa primum locum occupat, poſt Landerici Pariſiorum Epiſcopi priuilegium, quod alteri excutiendum relinquitur; Zachariae Papae reſcriptum ad Pipinum Regem: ad quod etiam falſitatis conuincendum, ſeruient quae ſubiungo, de duabus immediate ſequentibus in iſta collectione Bullis Stephani Papae eo nomine III. Vtraque ſcripta eſt in cortice, vtraque munita bulla plumbea, ex cordulis pendente, cuius faciei anticae inſcriptum, STEPHANI; poſticae, PAPÆ; cum cruce ſub vtroque vocabulo, ſuperne autem in prima quidem facie videtur crux duplex cum tribus intra brachia ſeu ramos crucis punctis, vno autem puncto ad baſim eiuſdem; in auerſa autem facie, ſupra vocem PAPAE, conſpicitur roſa. Ita Hiſtoriae et antiquitatum San-Dionyſianarum evulgator Doubletius: quae omnia vt magnam ſpeciem auctoritatis minimae vulgaris praetendunt; ita ſingula ſufficiunt talium rerum peritis ad impoſturam cognoſcendam. Norunt illi corticibus arborum aliquando vſos dici antiquos, adeo vt LIBER hinc dictus Latinis ſit, qui Graecis βίβλος: Sed iidem ſciunt vſum iſtum tam eſſe antiquum, vt quandonam deſierit omnem hominum memoriam fugiat, nullis fere eiuſmodi ſcripturae reliquiis perennantibus, poſtquam agninas atque ouinas pelles in membranam diſtendere vſus docuit, quae et complicari, et conuolui, et in grandes compingi codices tam commodo poſſunt, vt totis XVIII. Saeculis nulla fere ad ſcribendum materia alia adhibita ſit. Quis autem dubitat multas huiuſmodi arboreas ſcripturas alibi quoque inueniendas eſſe, multam earumdem apud ſcriptores ipſos mentionem, ſi VIII. Saeculo tam fuiſſet ordinarium in cortice ſcribere, vt etiam Pontifices in tali materia ſuas expedirent Bullas? Bullas dico, non quaſi ita tunc vocarentur, ſed quia ita dici coepere, poſtquam vſu valuit vt bullae ſeu plumbeae ſeu cereae, annulo Pontificali inſignitae, appenderentur Breuibus: cum antea non appendi, ſed ipſi membranae imprimi ſigillum ſoleret.

Pag. edit. XXX.

quarum aliquae in San-Dionyſiano archiuo,

etiam in cortice ſcriptae,

ſuppoſititiae tamen eſſe conuincuntur, ex bullis appenſis,

129. Sed haec et horum ſingulorum initia explicabit, in ſuo Eruditarum imaginum opere, Claudius Meneſtrier Societatis noſtrae; delibanda tamen mihi fuere, ad eximendum minus expertis ſcrupulum. Ridiculum autem in prima epiſtolarum iſtarum accidit, quod Landricus, Pariſiacae Vrbis Epiſcopus, dicatur, cum conſilio ſuorum Canonicorum, coenobium iſtud et omnes ad ipſum ſeruientes Clericos abſoluiſſe a ſua iuriſdictione. Nam quis antiquorum Epiſcoporum ſic vnquam locutus? Fratrum ſuorum conſilio, rem actam ſcripſiſſent illi, non Canonicorum. Additur Datum IV. Kal. Martias, Imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore, anno XVIII. imperii

et annis Imperatorum.

Pag. edit. XXX.

eius, ſed et Leone Maiore Imperatore eius filio anno quarto, Indictione X. Indictio haec annum Chriſti DCCLVII. indicat, ſed initium Copronymi retrudit ad annum DCCXL, cum conſtet eum ſequenti dumtaxat anno et quidem ad Iunium menſem perducto, regnare coepiſſe. Quid eſt autem quod eius filium Leonem hic Pontifex cognominet Maiorem? et quomodo eum tam honorificis dignatur titulis, aut etiam ſola nominis mentione, de quo per inueſtiuas epiſtolas, vt Stephanus Martyr teſtatur, tam inſigniter triumphabat; Apoſtatam ipſum ac Dei hoſtem vocans, vtpote aduerſus Chriſti imaginem male ac peſtifere concitatum. Ne autem ad alias ſimiles ſequentium Pontificum Bullas progrediar, ſufficit dicere, genuinas et originarias credi non poſſe, in quibus per Caroli et Ludouici Imperatorum annos ſignata tempora ſubnotantur, quaſi hic Romanis Pontificibus mos vmquam fuerit; et quidem ſic vt ad nomen Caroli, et titulos Excellentiſſimi Regis Francorum et Longobardorum atque Patricii Romanorum, addatur hoc elogium hiſtoricum, a quo capta fuit Italia. Si porro etiam offerantur aliquae, annis Incarnationis notatae, eas certiſſimo ſcias eſſe aut falſas aut corruptas. Nam a paucis anteactis annis, inquit Paulus de Middelburgo Epiſcopus Foroſempronienſis, ſcribens initio ſaeculi ſuperioris, lib. 13. ſuae Paulinae cap. 6. praeſidente Eugenio IV, adhortante Blondo Foroliuienſi, Pontificii Collegii a Secretis Notario, in bullis atque reſcriptis Pontificialibus, annorum a Chriſti Incarnatione ſupputatio ſcribi primum coepit; etſi longioris temporis tractu in cereis Paſchalibus annotata.

Et huius generis ſunt plurima apud S. Dionyſium

130. Et haec circa Pontificia Breuia, quae deinde ſequuntur, plura et ſingula excutere non eſt animus neque otium; Dagoberti Regis et fundatoris priuilegia ſeptemdecim, filiorum ac ſucceſſorum eius ſeptem alia, tum octo Pipini Regis, ac rurſum ſeptemdecim Caroli Magni ſubiiciuntur, et ſic deinceps, quae vel omnia vel pleraque malae fidei ſunt, vt ex iam dictis facile poterit diiudicare diligens Antiquitatum San-Dionyſianarum ſcrutator. Quod ſi ex ſolo iſtius monaſterii archiuo tanta prodiit farrago chartarum, Romanis Pontificibus ac Francorum Regibus fidenter aeque ac ignoranter ſuppoſitarum, quantam Doubletii collectio indicat; quam grandem putas inueniret huiuſmodi zizaniorum meſſem, et quot volumina impleturam, qui cenſorios oculos per omnem circum-

et alibi,

ferret Galliam, ſimul et per Italiam, Hiſpaniam, Angliam. Noſter hic finem iam ſpectat labor, et pridem laſſus calamus recondi in aliud tempus poſtulat. Quia tamen alias in tranſcribendis Eueshamenſis et Glaſtonienſis monaſteriorum chartis ipſe ſibi indulſit plura, quam nunc probare

poteſt

poteſt mens exercitatior; cogendus eſt operi immorari tantiſper, donec iis ipſis obelum fixerit, quae citius debuerat damnauiſſe. Pag. edit. XXX.

131. Talis inprimis eſt Epiſtola Conſtantini Papae, qua Britwaldo, Britannicarum eccleſiarum Primati, iniungit, vt totius Angliae concilium cogat, Epiſcopos ſacrique Ordinis religioſas perſonas, optimateſque regni cum proceribus ſuis adeſſe praecipiat; quibus in Dei nomine congregatis denuntiamus, inquit, quod Duo Reges Angliæ, Kenredus et Offa, cum quibus Egwinus Epiſcopus ad limina Apoſtolorum venit, in loco oſtenſæ dicto Epiſcopo viſionis, plurima de ſuis beneficiis, in præſentia noſtra regia liberalitate donata et Apoſtolica auctoritate confirmata, contulerunt; quatenus ibidem congregatio monachorum poſſit inſtaurari, et indeſinenter Chriſto famulari. Haec, inquam, epiſtola, prout in vita S. Egwini ex Capgrauio ad XI. Ianuarii recitatur a nobis, praeterquam quod Salutem et Apoſtolicam benedictionem impertiatur; ita finit: Scripta eſt hæc epiſtola anno gratiæ 709. in Eccleſia Salvatoris Laternenſi, præcipiente et confirmante Conſtantino Apoſtolicæ Sedis Antiſtite, adſtantibus et confirmantibus Regibus Angliæ Kenredo et Offa, rogante venerabili viro Egwino Epiſcopo, coram pluribus Archiepiſcopis et Epiſcopis, Principibus et Nobilibus diverſarum provinciarum, cunctis acclamantibus, Laudamus, concedimus, et confirmamus.

Eveshamenſis charta reiicitur ob multas ineptias contra ſtylum curiae,

132. Quae hic (vt de anno gratiae nihil dicam) Apoſtolicarum litterarum forma? Quae veriſimilitudo, quod pro re tantilla tantus fuerit Romae, non Epiſcoporum tantum, ſed etiam Archiepiſcoporum conuentus? quod pro vnius monaſterii fundatione ſtabilienda iuſſus fuerit totius Angliae conuentus cogi, tam ſecularium quam eccleſiaſticorum? quod Angliae titulum et nomen vſurparint Kenredus Merciae, et Offa Orientalium Saxonum Reges? Id autem feciſſent eo tempore, quo Anglorum Natio, inter occupatrices Britanniae gentes non maximi nominis, multo inferior erat Saxonica, praecipuas ad Auſtrum prouincias obtinente: vnde etiam hodie, inter incultiores Hibernos ac Scotos, non alio quam Saxonicae linguae nomine nota eſt, quam nos Anglicanam dicimus; et Ioannes Diaconus, Saxoniam appellauit regionem, ad quam miſſus erat Auguſtinus cum ſuis; licet ad conuerſionem Anglorum illi potiſſimum fuerint deſtinati, quorum pueros Romae venales viderat et amarat Gregorius. Vide autem pulchras ſubſcriptionum formulas. ✠ Ego Conſtantinus, Romanæ Sedis Epiſcopus, has donationes ſubſcripſi et confirmavi. ✠ Ego Egwinus, humilis Epiſcopus, confirmavi ✠ Kenred corroboravi. ✠ Ego Offa conſenſi. Variandae, vt apparet, phraſi auctor ſtuduit:

nomina regnorum tunc vſitata, ſubſcriptionum formam,

Pag. edit. XXXI. ſtuduit: ego eiuſmodi varietates in genuinis ſubſcriptionibus non inuenio, nec puto poſſe reperiri.

133. Ipſa porro Regum charta, cui pulchra illa Pontificia Bulla ſuperſtruitur, qualis eſt? Condunt eam Kenredus, Dei dono Rex Merciorum; et Offa, diuina permiſſione Anglorum Orientalium Gubernator. Nouitatem ſane haud obſcuram redolet iſtud, Dei Dono, et, Diuina permiſſione: ſed Orientales Anglos poni pro Saxonibus Orientalibus, quamuis collimitanea regna fuerint, quis ferat a talibus, tali loco ac tempore? Deinde deſignantur agrorum monaſterio Eveshamienſi contraditorum limites, tam minute et accurate, vt paginam integram ſola locorum aut comprehenſorum aut confinium nomina impleant. Poſtremo ſubditur: Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis DCCVIIII. in Eccleſiæ etc. vt ſupra iiſdem prorſus verbis, formulis, ac ſubſcriptionibus, nec apice quidem variato. Ipſius Egwini charta, quae ſignare et confirmare deberet omnia, fertur ſcripta anno Dominicae incarnationis 714, in eaque deſignantur 120 manſae, quas praedictae eccleſiae Chriſti acquiſivi, inquit Egwinus, ſicut ſcriptum eſt et confirmatum in chartis eccleſiae, et in libro manifeſtatur terra et termini eius quem ſcripſit Britwaldus Archiepiſcopus, et dictauit praecepto Romani Pontificis, cum conſenſu Principum totius Angliae: haec inquam charta prae caeteris vacillat maxime. Adduntur enim ſubſignationes hae: ✠ Ego Egwinus, per ſignum Sanctæ Crucis. ✠ Ego Kenredus Rex ſubſcripſi. ✠ Ego Offa per ſignum Sanctæ Crucis, confirmavi. ✠ Britwaldus Archiepiſcopus ſubſcripſi. Ego ✠ Oſwardus frater Regis confirmavi. Si cum conſenſu Principum totius Angliae, ergo in ipſa Britannia, inque conventu ad hoc per Pontificem imperato, quarto eſt reditum Egwini anno, completa iam fabrica monaſterii. Idem fateri cogent ſubſcriptiones Britwaldi et Oſwardi, qui ex inſula pedem non extulerunt. Hoc autem poſito, quomodo ſubſcripſerunt Kenredus et Offa, pridem depoſito dignitatis ſecularis faſtu monachos Romae intuiti? et quomodo ſubſcripſerunt cum titulo regio?

confuſionem locorum ac temporum

134. Beda lib. 5. cap. 20. ita de iis ſcribit: Anno Imperii Oſredi quarto (fuit is, vt patet ex Capite praecedenti, Chriſti DCCVIII. vel IX) Coenred, qui regno Merciorum nobiliſſime tempore aliquanto praefuerat, nobilibus multo ſceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonſus, Pontificatum habente Conſtantino, ac monachus factus, ad limina Apoſtolorum, in precibus, ieiuniis et eleemoſynis vſque ad diem permanſit vltimum. Venit autem cum illo et filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa .... qui pari ductus deuotione mentis, reliquit

et nomina Regum, qui Romae pridem degebant monachi.

reliquit vxorem, agros, cognatos, et patriam propter Chriſtum . . . . Et ipſe ergo, vbi ad loca ſancta Romam peruenerunt, attonſus, et monachico habitu vitam complens, ad viſionem beatorum Apoſtolorum in caelis diu deſideratam peruenit. Haec ibi tam ampliter cum narret Beda, merito miratur Malmesburienſis de geſtis Pontif. lib. 4. quid miraculi ſit, quod tacuerit hanc Eueshamenſem fundationem, et addit, neque per ſe id potuiſſe aduertere, neque per alios addiſcere. Sane monaſteriorum omnium celebriorum exordia attigit Beda; vt exigui nominis fuiſſe oporteat illud, quod triginta annis ante Bedae mortem Egwinus ſtruere coepit in ſua Wigornienſi dioeceſi. Sed vt fundatio illuſtrior fieret, placuit ex Beda tempus ſumere et occaſionem ſplendidam adornandae fabulae, eo quod forte aliunde ſciretur, eodem ferme tempore, quo ſaeculum abdicabant Reges, Romae Egwinum adfuiſſe

Pag. edit. XXXI.

135. Vtinam quam nunc eſt facile, rebus hiſce ad fundum examinatis, ſimiles impoſturas agnoſcere et damnare; tam cito poſſent in operibus noſtris ea omnia expungi et innouari, quae de S. Egwino in hac materia ſcripſimus! Si Inam Regem Occidentalium et Auſtralium Saxonum, virtute quidem bellica et religionis ſtudio nobiliſſimum, nullus aut Romae, vbi mortuus; aut Glaſtoniae, quam dotauit, cultus antiquus doceri poteſt, retuliſſemus inter Praetermiſſos, quod nunc factum vellemus; non extarent modo ad VI. Februarii duae confictae ſub eiusdem Regis nomine chartae, quaſi datae anno ab Incarnatione Domini DCCIV et DCCXXV, idque Indictione IV, cum ſcribi debuiſſet VIII. Harum poſtrema, fabuloſam Glaſtonienſis loci ſanctitatem depraedicans (quam agentes de S. Patricio et S. Ioſepho ab Arimathia ad XVII. Martii vtcumque ventilauimus) varia eidem concedit praedia, aſſeritque Kentwinum Regem, ab omni ſeculari et eccleſiaſtico obſequio immunem conſtituiſſe locum, et hanc ei priuilegii dignitatem conceſſiſſe, vt habeant Fratres eiuſdem loci poteſtatem eligendi, et conſtituendi ſibi Rectorem, iuxta Regulam S. Benedicti. Deinde, ſummo Pontifice Gregorio annuente (ſecundum huius nominis intellige) et conſentientibus etiam omnibus Britanniae Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus atque Abbatibus, priuilegia indulgentur, quanta poſſunt concipi maxima; et monaſterium eximitur ab omni iuriſdictione Epiſcopali; idque ſub conditionibus adeo multis et Epiſcopo duris, vt vix vllum immunitatis eiusmodi priuilegium in ampliori forma datum eſſe exiſtimem ſaeculis diu poſt ſecutis, quando inſolentia Epiſcoporum quorumdam, ſeipſos magis quam gregem Chriſti paſcentium et Apoſtolicae Sedi ſubinde rebellium, ad eiuſmodi indulgentiam deſcendere fecit Romanos Pontifices; ne viſitationis

Etiam chartae Regis Inae, anno 704 et 725 adſcriptae

Pag. edit. XXXI. tionis aut prouiſionis ſpiritualis praetextu expilarentur monaſteria, et diſciplina monaſtica penitus in iis collaberetur. Sed quid habuit Ina, quantumuis armis formidatus ac potens, quod totius Britanniae Regibus praeciperet? quid Archiepiſcopis, quorum in vtroque eius regno nullus? Si eadem, quae nunc Aprilem abſoluentibus, adfuiſſet ſcientia Februarium tractatibus, explodi iſta potuiſſent; ſicut ibidem §. 5. exploſae ſunt Galfridi Monumethenſis de eodem Ina fabellae, quibus fingit, ex Britonibus ſeu Wallis oriundum Inam, ſociata ſibi coniugio Guala Regina Britonum, quid ab ea Wallorum nomen traxerint, Cambriam dotalem tenuiſſe, Anglos domuiſſe, iiſque et Britonibus atque Scotis mutua praecepiſſe connubia, oppugnatumque a Danis et Noruegis regnum egregia virtute defendiſſe.

explodi debuiſſent aeque

136. Fabulis hiſce annumeranda etiam venit dicti Inae portentoſa largitio, ex MS. Glaſtonienſi deſcripta num. 8. ſub hoc titulo: De capella argentea, quam fecit ibidem, id eſt Glaſtoniae, idem Rex cum vaſis ſuis: quae poſtquam ſingula enumerata ſunt, adnotato cuiuſque pondere, exſurgunt argenti pondo MMDCCCXLVII. cum dimidio, auri vero DCCLV. cum LX. marcis, quantum argenti et auri, non iam dico in vtraque Saxonia Britannica, ſed forte nec in tota fuit heptarchia exinanitis primum per Romanos prouinciis, deinde per Pictos Scotoſque depopulatis, ac tandem barbarorum, in auxilium a Britonibus accitorum, auaritiae crudelitatique derelictis. Fluxerant quidem a Cerdico et Cenrico, Inae tritauo attauoque, regni Saxonici fundatoribus, vſque ad Inam anni centum; impoſſibile tamen fuit vno ſolo ſaeculo, in gente bellicoſa ac perpetuo inquieta, tantas opes colligi et ſeruari; incredibile autem eſt ſimul omnes effuſas fuiſſe in ornatum ligneae vnius Baſilicae, plumbeis contectae laminis, qualis deſcribitur a Glaſtonienſibus; cum ipſam ſolidiori ac regia maieſtate digniori opere aedificandam prudentius illae impendi potuerint. Et tamen dicitur illa, vſque dum conflagrauit, multo poſt Inam tempore, in ſua illa prima ſimplicitate ac paupertate manſiſſe; quod ſane factum non fuiſſet, ſi reuera tantis latifundiorum poſſeſſionibus, quantae nominantur, iam inde a principio, dotati monachi Glaſtonienſes, prouentibus annuis abundaſſent, tantoque auri et argenti pondere fuiſſent inſtructi.

atque alia de eodem Rege fabella.

P. XXXI. D. P.

VI. IOANNIS

VI.

IOANNIS NICOLAI HERTII,

ICTI, ANTECESSORIS PRIMARII, SENIORIS ET ACADEMIAE GIESSENAE CANCELLARII,

DISSERTATIO

DE

FIDE DIPLOMATVM GERMANIAE IMPERATORVM ET REGVM.

RESP.

D. FRIDERICO LVDOVICO WALDNERO DE FRVNDSTEIN,

NOBILI ALSATO,

MENSE SEPTEMBR. MDCXCIX.

PROLOGVS.

DE

INSTITVTO SCRIPTIONIS HVIVS.

Cum a fide diplomatum, quae Imperatorum vel Regum Germaniae nomina praeferunt, non raro ius in integras Regiones aut magni momenti Regalia pendeant, quod complures eaeque illuſtres teſtantur, diſceptationes, *) nec deſint falſi exempla, adhaec certiſſima hiſtoriae

*) *Nec deſint falſi exempla)* vid. *Caput inter dilectos 6. X. de fide inſtrum.* prolixe Auctor der Lindauiſchen Ausführung *deductionis Lindavienſis* lit. zzzzzz. p. 870. Limnaeus *tom. 2. Addit. ad l. 7. c. 2. p. 65.* Audiamus Ioſephum Scaligerum ep. 348. ad Carolum Labbaeum. *Quis tam coecus, vt non videat, quantum ſibi homines permiſerint, quibus plus otii quam fidei ſuperfuit? Ego multa Monaſteriorum, Capitulorum, Epiſcopatuum Diplomata vidi, Regum, Imperatorum, Ducum nomina et ſcripturae vetuſtatem praeferentia, quae vix vlli commentitia eſſe ſuboluit, nobis autem primo oculi coniectu odore falſitatis ſuae nares percuſſerunt. Cuiusmodi illud de donatione Alberici Epiſcopi, in fine operum Agebardi. Anno DCCCXXX. Kalend. Decembr. indictio erat IX. non VIII. a XXIV. Septembr. Nondum enim indictione Romana Gallicana Eccleſia vtebatur. Epacta erat ſecunda non quarta decima. Erat annus XXVII. non XIV. Imperii Ludouici. Haec* ψευδεπίγραφα *ideo Reges veros et veras praeferunt donationes, quia de illis conſtabat. De annis autem Regum et Epactis ideo erratum, quia veris diplomatis vel incendio vel alia vi maiore amiſſis,*

hiſtoriae pars ſit illa, quae ex diplomatis petitur; operae pretium duximus, ſi in compendio regulas quaſdam proponeremus, ad quas, velut Lydium lapidem, diplomatum illorum veritas exploretur. Primus aetate hac noſtra in modum artis aliqua circa hanc rem componere inſtituit Daniel Papebrochius cum ſociis, in vaſtiſſimo de Actis Sanctorum opere, *Propylaei antiquarii parte prima ad tom. II. Aprilis*, quibus alia addidit ad menſes ſequentes, arcano, ni fallimur, propoſito, vt Ordinibus antiquioribus, quorum opes tabulis iſtis praecipue innituntur, fulcra quaedam ſubtraherentur. Quod occaſionem dedit D. Ioannis Mabillonii *libris ſex* incomparabilis *de re diplomatica* operis, qui, vt per litteras nuper accepimus, nunc in eo quoque eſt, vt catalogum congerat Diplomatum omnium exſtantium; forte etiam poſtea, qua eſt indefeſſa induſtria; Codicem diplomatum ipſorum daturus. In Germania idem tentaſſe credimus Beniaminem Leuberum, *libro* von alten Privilegien, *de antiquis Priuilegiis*, ad quem nos aliquoties is reiecit, in *diſquiſitione doctiſſima de Stapula Saxonica* (1). Quanquam librum iſtum, diligenter etiam quaeſitum, nondum videre licuerit, vt dubitari queat, an vnquam in lucem publicam fuerit editus. Ante ipſum ſpecimen inſigne dedit Nicolaus Zylleſius *in defenſione Abbatiae Imperialis S. Maximini*, cuius libri pars tertia ſyllogen diplomatum exhibet ſingulorum Regum atque Imperatorum a Pipino vſque ad Maximilianum I. Nec minus docta eſt Hermanni Conringii cenſura, qua Coenobii Lindauienſis diploma, Ludouico ſiue Imperatori ſiue Regi adſcriptum, oppugnauit. Nam quae ei oppoſita ante paucos annos apologia, an apud cordatiores applauſum mereri poſſit, dubitamus, praeſertim ſi cogitetur, quam non decuerit virum citra controuerſiam doctiſſimum et de litteris optime meritum tam indignis modis exagitare. Nos neutiquam in comparationem curae atque ingenii, ſed vt ne omnino expertes ſint elegantiſſimae diſciplinae, quorum intererat in Academiis vel guſtum rerum harum ſaltem capere aliquem, ductis a Francorum Regum (Franci enim veri maiores noſtri ſunt) ad noſtra vſque tempora obſeruationibus ſtrictim ac ordine nonnulla proſequemur, verum Hieronymi *Apologia ad Pommachium* verba prius noſtra facientes: *aut profer meliores epulas, et me conuiua vtere, aut qualicunque noſtra coenula contentus eſto.*

(1) Dicta diſquiſition. n. 614. n. 623.

SECTIO

amiſſis, inſtauranda fuerunt inſtrumenta, ne praediis donatis fraudarentur monaſteria. Sed qui inſtrumenta commenti ſunt, Reges quidem nominare et praedia donata deſignare potuerunt, quod memoria eorum tradita per manus eſſet; annum autem Regis, indictionem, et caetera id genus certo referre per imperitiam non potuerunt. Eruditorum enim eſt, non autem Τυχόντων, *ea deſignare.*

SECTIO PRIMA.

DE
DIPLOMATIS GERMANIAE IMPERATORVM AC REGVM IN GENERE.

I. Partitio dicendorum.
Nimirum IN DIPLOMATIS SPECTANTVR EXTERNVM vt
II. Lingua.
III. Linguae genius.
IV. Litterae.
V. Litterarum ductus.
VI. Notae numerales ſiue ciſrae.
VII. Monogrammata.
VIII. Sigilla.
IX. Liquor.
X. Materia, in qua ſcribitur.
XI. INTERNVM, Res quae diplomate continentur in principio.
XII. In medio.
XIII. In calce, vt ſubſcriptio Regis.
XIV. Notariorum ſiue Cancellariorum.
XV. Annotatio loci.
XVI. Temporis.
XVII. Sigilli adpoſitio.
XVIII. Appendix de forma diplomatum ex vetere Scriptore.
XIX. De diplomatis Wenceslai.

I.

In a) Diplomatis Imperatorum et Regum duo ſpectantur, externum et internum. Externum, vt lingua, cui inſeruiunt tum litterae, numeri, aliaque ſigna, vt b) monogrammata (hoc eſt, abbreuiatae nominum notae, ſiue nomina compendio deſcripta, ac certis litterarum implexionibus concinnata, quibus hodie fere ſimiles ſunt mercatorum characteres, vaſis ac ſarcinis inſcripti) et ſigilla ad praeſtandam rebus ſcriptis auctoritatem inuenta, tum liquor, quo ſcribimus, et materia, cui inſcribimus. Internum res eſt, quae ſcribitur, ſpectanda vel in principio,

 vel

a) *In diplomatis*) Ita nuncupabantur priuilegia Imperatorum, Ducum, Comitum, et ab iis diſtinguebantur *Chartae*, quae erant Epiſcoporum, Abbatum, priuatorum, vt obſeruauit Ioachim. Vadianus de *Colleg. monaſteriiſque L. 2. a princ.* Quanquam diſtinctionem hanc perpetuam non eſſe, vel illud euincat, quod Marculfus Monachus chartas in Regales et non Regales diſtinxit. Ipſi Imperatores non raro diplomata ſua chartas ſolebant inſignire. Vide diplomata Adamo Bremenſi ſubiecta *num.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. Regales etiam praecepta dicebantur, et idem ſignificabant, quod hodie litterae patentes. Reſcripta ſigillata ſynecdochice ſigilla quoque nuncupata. v. LL. Longobardorum L. 2. *tit.* 55. §. 2. Boiorum *c.* 14. Add. *Leg. Alemannorum* tit. 23. §. 4. Plane vt σιγίλλια apud Graecos poſteriores. v. Strauchius *de Statut. a ſummo Princip.* §. 43. Sigiſmundi, apud Goldaſtum, *tom. I. Conſtitut.* et aliorum. Diploma et auctoritas media aetate idem notarunt. v. A. Matthaei *not. et obſeruat. ad Annal. Egmondan. c.* 17.

b) *Monogrammata, hoc eſt, abbreuiatae nominum notae*) Iacob. Sirmondus in *not. ad Capitul. Caroli Calui, p.* 791. *edit. Baluz. Monogramma*, inquit, *erat nota et character, vt cum littera vnica videretur, vnde monogramma eſt dictum, omnes tamen nominis litteras exprimeret.*

vel in medio, vel in calce: vbi occurrunt ſubſcriptio nominum, temporis, loci, et ſubſignatio.

II. Linguam quod attinet, Latinae in conficiendis tabulis vſus ad Rudolphum vſque primum perpetuus fuit. Vtvt enim aliqua etiam ex Carolino aeuo ſuperſint c) Francico, hoc eſt, Theodiſco ſermone conſcripta monumenta, vt d) Odfridi Monachi Wizanburgenſis ſiue Weiſſenburgenſis Ordinis S. Benedicti volumen Euangeliorum, integris rhytmis Theodiſcis compoſitum, et in quinque libros diuiſum, nec non e) eiuſdem Theodiſca paraphraſis proſaica, ſingulis cuiuſque Pſalmi latinis verſiculis ſubiuncta; f) Carolus quoque M. Grammaticam Theodiſcam exorſus ſit, ab eodem Odfrido abſolutam et auctam; adhaec nuper ICtus excellentiſſimus Ioh. Schilterus (1) ſatis probabile fecerit, Francici Imperii Germanicae origines populos ſua, hoc eſt, vernacula lingua ſcriptas leges habuiſſe: g) tamen nondum proferri potuit diploma teutonico ſermone ante Rudolphi I. Regis tempora conſcriptum. Hic vero An. MCCLXXIV. ſtatuiſſe dicitur, vt poſthac, ob inſcitiam Nobilitatis, Principum et Pontificum edicta atque priuilegia in Teutonum lingua ederentur. Quanquam Limnaeus (2) hoc in dubium vocet. Certe Rudolphi Conſtitutio illa nuſquam comparet, h) et ab illo tempore Rudolphi

(1) Praefat. ad ius Feudal. Alemannic. §. 6. ſeq.

(2) ad Capitulat. Caroli V. art. 14. p. 212. conf. l. 1. Iur. publ. German. c. 6. n. 60. et tom. 1. addit. Conring. de origin. Iur. c. 27. p. 161. Maurit. de Receſſ. Imper. §. 28. 29.

c) *Francico, hoc eſt, Theodiſco ſermone*) Patria enim Francorum lingua haud dubie fuit Germanica, quanquam poſtea a deuictis populis, Gallis inprimis, qui latina lingua, vt aliae Romani Imperii prouinciae, vtebantur, aliam addiſcerent, ſed ad regulas Grammaticae conſtructionis non exactam, et proinde ruſticam ab antiquis Francicarum rerum ſcriptoribus adpellatam. Hinc Odfridus apud Lambecium l. 2. *Bibliothec. Caeſar. c.* 5. *p.* 427. quam vocauit Theodiſcam linguam, vocat *Frenkinga Zungen.*

d) *Odfridi volumen Euangeliorum*) v. Idem Lambecius *d. l. c.* 5.

e) *Ejuſdem Theodiſca paraphraſis*) v. Idem Lambecius *d. l.* 2. *c.* 8. *pag.* 757. ſeq.

f) *Carolus quoque M. Grammaticam*) Eginhardus *libro de Vita Caroli M.* quem ex MSS. Codice Caeſareo edidit laudatus Lambecius, *d. c.* 5. *p.* 263. *ſeq. Inchoauit et Grammaticam patrii ſermonis. Menſibus etiam iuxta propriam linguam vocabula impoſuit, cum ante id temporis partim latinis partim barbaris nominibus pronunciarentur.* V. de Grammatica hac ab Odfrido abſoluta et aucta teſtimonium Trithemii apud Lambec. *d. c.* 5. *p.* 463. *et p.* 465.

g) *Tamen nondum proferri potuit diploma*) Maximilianum I. Imper. aetate ſua magnum ſtatuiſſe praemium illi, qui oſtendere poſſet inſtrumentum tale, ante quingentos annos ſcriptum, auctor eſt Beatus Rhenanus *l.* 2. *rerum Germanicarum.* De duobus Germanicis diplomatibus a Iulio Caeſare et Nerone Auſtriae datis, quod conficta ſint, poſt Cuſpinianum *in Auſtria*, videatur Lambecius *l.* 2. *Comm. Bibl. Caeſareae c.* 8. *p.* 9. 62. *ſeq.* vbi Petrarchae integram eiuſdem ſententiae epiſtolam ſubiungit.

h) *Et ab illo tempore non minus latino quam vernaculo ſermone*) Idem in chartis Principum Germaniae obſeruare eſt. Vt notauit quoque Hundius kurtzen Auszug Hiſtoriſcher Obſervationen lit. I. Chartas omnes a Landgrauiis Haſſiae antehac latino ſermone datas Franckenbergae; at quam Henricus Haſſ. Landgrauius ibidem A. 1371 dedit, forte primam eſſe in vernacula noſtra obſeruauit A. Chronici Franckenbergenſis *ad d.* A. De Sileſia Ioachimus Cureus in Annal. Gent. Sileſ. part. I.

phi ipſius et ſucceſſorum vſque ad Fridericum III. infinita non minus latino quam vernaculo ſermone conſcripta diplomata leguntur, [i]) et linguam Latinam iuxta vernaculam in publicis negotiis adhuc hodie vſurpari, ſollenne eſt. Hinc in capitulationibus a Carolo V. vſque cautum, vt in Imperii negotiis ſola lingua Germanica vel Latina adhibeatur. V. Capit. Caroli V. *art.* 14. Ferdinandi I. et Rudolphi II. *art.* 13. Matthiae *art.* 14. Ferdinandi II. *art.* 12. Ferdinandi III. *art.* 16. Ferdinandi IV. *art.* 42. Leopoldi *art.* 43.

III. Linguae genius vt pro temporibus variat, ita ad detegendam chartarum falſitatem permultum valet. Sane vocabula quoque aetatem habent ſuam, et quod olim nunquam vel raro, inſecutis poſtea temporibus frequentius vſurpari coepit. Heic critice vſum ſuum monſtrat, quod compluribus exemplis illuſtrari poſſet, ſed vnum ſufficiat. Aliqui (1) velut indubitatum ponunt, Francicos Reges primae et ſecundae ſtirpis, vt et Saxonicos Imperatores, cum de ſe loquuti ſunt, poteſtatem ſuam nunquam Maieſtatem inſigniuiſſe, ſed eius loco *Celſitudinis noſtrae, Serenitatis noſtrae, noſtri culminis Excellentiam, Celſitudinem, Amplitudinem dixiſſe.* Verum vt hoc plerumque factum eſſe largiamur, ita vocabuli Maieſtatis vſum fuiſſe nullum, negamus. Etenim in diplomate Ludouici Pii A. 838. apud Nicolaum Schaten (2) eſt: *vt eadem noſtrae Maieſtatis largitio futuris temporibus inuiolabilis permaneret:* In eiusdem praecepto, quo Fuldenſi Monaſterio praedium Vreſprungen donauit, apud Browerum (3): *Placuit idem donarium noſtrum cum noſtrae imperialis dignitatis praeceptione munire, et ſigillo noſtrae Maieſtatis inſignire.* In praecepto Lotharii Imperatoris A. 848. apud Baluzium *in app. actor. veter. ad Capitularia Franc. n. 71. Archiepiſcopus noſtram accedens Maieſtatem.* In praecepto Karoli Burgundiae Regis, Ludouici Pii filii, A. 855. apud eundem Baluzium *d. l. n.* 77. *noſtram deprecatus eſt Maieſtatem:* In praecepto Ottonis Regis Francorum A. 888. apud Baluzium *d. l. n.* 121. *Regiae Maieſtatis conſuetudinem ſtudemus.*

(1) Beni. Leuber. diſquiſit. de ſtapula Sax. n. 1533. conf. Chriſtian. Franciſci Paullini diſſertat. hiſtor. 15. §. 2. ſeq. Mabillon. L. 2. de Re diplom. c. 6. §. 5.

(2) Lib. 2. annal. Paderborn. ad d. A.

(3) l. 3. Fuldenſ. Antiquit. c. 13.

 IV. Lit-

part. I. p. 109. et part. vlt. p. 311. *Carolo IV. Imperante in Sileſia inuenio linguam Germanicam fuiſſe excultam, eamque vſurpari coepiſſe in ſcribendis litteris et monumentis publicis, cum antea ſolius linguae latinae in talibus ſcriptionibus eſſet vſus.*

i) *Et linguam Latinam iuxta vernaculam in publicis negotiis adhuc hodie vſurpari, ſollenne eſt.*) Sane in Aurea Bulla Caroli IV. tit. 30. per *linguam Grammaticam* (vt viri eruditi ex autographis legerunt) quae iuxta Slauonicam et Italicam Electoribus addiſcenda, haud dubie κατ' ἐξοχὴν intelligitur Latina; quidquid etiam contra Dietericum et Berneggerum diſputauerit Limnaeus *ad* A. B. *d. t. obſ.* 21. et ad *Capitulat. Caroli V. art.* 14. *verbo* oder Lateiniſche *n.* 18. *ſequ.* Haec enim ſola per praecepta ſiue regulas operoſe tradebatur. Hinc apud A. Vitae S. Vdalrici a M. Velſero editum c. 28. laudatur Henricus Epiſcopus

IV.[k]) Litterae Germanicae demum Friderici II. tempore inuentae ſunt. Antea igitur quidquid primum vernaculo ſermone ſcriptum, non niſi latinis litteris exaratum, in autographis deprehendimus, idque adhuc in ſcriptis Rudolphi I. Regis tempore obſeruare eſt. Sic teſtatur Lehmannus (1): daß K. Rudolffs Reichs-Abſcheid mit alten Lateiniſchen Buchſtaben geſchrieben ſeye; *Rudolphi Imperatoris conſtitutionem Imperii priſcis litteris latinis eſſe exaratam.* De diphthongis notari meretur, ſub Merovingis et Carolidis Regibus duabus litteris non in vnum collatis ſcriptos inueniri: idque etiam ſub Saxonicis Imperatoribus obtinuiſſe, quaecunque ſuperſunt probae notae diplomata teſtantur (2). At poſtea magis inualuit, loco diphtongi *ae* vnam litteram *e* poni. De litteris HL, CL, quae initium dabant nonnullis nominibus propriis, eſt inſignis obſeruatio apud le Blanc (3) in tractatione hiſtorica de moneta Francica, quam libet transſeribere: *Les anciens François n'ajoûtoient ces deux Lettres* CH, *ou jointes enſemble ou ſeparement, au commencement de certains mots, que pour rendre la prononciation plus forte; c'eſt pourquoy la pluspart des Auteurs étrangers, comme Caſſiodore et quelques autres retranchent ordinairement ces deux Lettres des noms, ou elles n'ont été miſes, que pour marquer la prononciation rude des premiers François. Les François meſmes les ont ſouvent obmiſes. Dans un Titre de l'An. 520.* Clothaire *eſt auſſi nommé* Lothaire: *et l'on verra ſurdes monnoyes de cette premiere Race, que* Childebert *et* Hildebert *ſont la ſeconde Race on trouvera indifferement.* HLudouicus *et* Ludouicus, HLotharius *et* Lotharius. *Quelques ſçavans* *) *ſe ſont imaginé, que la lettre* H *miſe au commencement du nom de nos Rois, par* [l]) *les anciens François, lesquels étoient ſortis de l'Allemagne, ſignifioit* Seigneur, *à cauſe que le mot Latin* Herus, *ou* Her *en Allemand, qui ſignifient* Maiſtre, *commencent par cette lettre. Ils appuyent leur ſentiment par l'exemple des Latins, qui pour donner à leurs Empereurs le titre de* Dominus, *ſe contentoient de mettre un* D *au commencement de leur nom. Je ſouſcrirois volontiers à leur opinion, ſi cette penſée, qui eſt plus ingenieuſe que ſolide,*

(1) l. 5. Chr. Spirenſ. c. 108.

(2) v. Conring. Cenſur. diplomat. Ludouiciani. c. 17. p. 316. ſeq. Mabillon. l. 2. de Re diplomat. c. 1. §. 11.

(3) Traité hiſtorique des Monnoyes de France. p. 47.

(*) Valfridus Strabo de Rep. Eccleſ. c. 7.

Epiſcopus Auguſtanus. *Nobilibus parentibus ortus, et Grammaticae artis aliorumque librorum magnam ſcientiam habens.*

k) *Litterae Germanicae demum Friderici II. tempore inuentae ſunt*) Quare quod eſt apud Wigul. Hundium kurtzen Auszug Hiſtoriſcher Obſervationen lit. I. Auentinus in principio Chronicae ſchreibt, die Teutſche Sprache habe man erſt nach Friderici des Andern Tode lernen mit lateiniſchen Buchſtaben ſchreiben; non inuenio neque in Auentini Annalibus Latinis, neque in Chronicis eius Germanicis.

l) *Les anciens François*) Apud Gothos etiam H littera L praefixum, praeter infinita alia teſtimonia, vel ex HLudouici vel Hludus vocabulis adparet, quae ſic ſcripta in vetuſtis ſaxis monumentiſque reperiuntur, ait Ioann. Schefferus *de antiquorum torquibus ſyntagmate* §. 12.

de, n'étoit détruite par pluſieurs Monnoÿes, qu'on verra ſous la ſeconde Race, et ſur lesquelles la lettre H *eſt miſe au commencement des noms de pluſieurs Villes: comme* HTVRONVS, HBAIOCAS, HREDONIS etc. *Il ſeroit ridicule de vouloir qu'en cet endroit elle ſignifiaſt* Dominus *ou* Herus, *ainſi qu'on le pretend. Veteres Franci duas has litteras* CH *iunctas ſeparatasue praemittebant quibuſdam vocibus, nonniſi vt pronunciationem redderent fortiorem. Hinc eas plerique Auctores peregrini, Caſſiodorus ſc. et quidam alii, plerumque omittunt iis in vocibus, quibus propterea additae ſunt, vt rudem inſuauemque primorum Gallorum denotarent pronunciationem. Ab ipſis Francis non raro omiſſae ſunt. In inſtrumento Anni* 520 Clotharius *vocatur quoque* Lotharius; Childebertum*que et* Hildebertum *eundem denotare non minus ac* Cherebertum *et* Erebertum *in nummis* (Regum noſtrorum) *primae ſtirpis videre licet. In ſecundae ſtirpis* (Regum) *nummis indiſcriminatim* HLudouicus *et* Ludouicus *legitur. Sunt quidam viri eruditi, qui litteram* H *nominibus Regum noſtrorum praemiſſam ab antiquis Francis, qui ex Germania migrarunt,* Dominum *ſignificare exiſtimabant, cum vocabulum latinum* Herus *aut Germanicum* Her, *quod* Dominum *ſignificat, per hanc litteram incipiant. Quam ſententiam Latinorum exemplo tuentur, qui Imperatores ſuos Dominos vocaturi ſolam litteram* D. *ipſorum nominibus praepoſuerunt. Lubens eorum amplecterer ſententiam, niſi ea ingenioſa magis, quam ſolida, deſtrueretur per multa numiſmata ſub ſecundae ſtirpis Regibus cuſa, vbi littera* H *nominibus plurium vrbium praemiſſa deprehenditur: Vt* HTVRONVS, HBAIOCAS, HREDONIS etc. *Ridiculum eſſet dicere,* Dominum *aut* Herum *heic ſignificari.* Errauit quoque Franciſcus Guillemannus (4) ſcribens litteram C. in eiuſmodi nominibus idem notaſſe, quod Kuenig. Hac enim ratione omnes, et ſacerdotes et monachos et nobiles et plebeios, Reges fuiſſe concedat neceſſe eſt, quorum nomina in veteribus inſtrumentis et legibus Francorum ita ſcripta et picta obſeruantur. Quare Schobingero videtur, morem iſtum ex barbara illa et imis de faucibus ducta pronunciatione, qua Heluetii hodieque laborant, natum eſſe. Non minus notandum, quod de mutatione lit. a. in o. nominibus inprimis propriis ſolita Chriſtophorus Gewold. (5) his verbis: *Parum intereſt, vtrum Erehenbaldum ſiue Erchenboldum ſcribas: vtraque enim ſcriptura vſitata eſt, nec diuerſum hominem facit, et fruſtra ſunt, qui Wiliboldum a Wilibaldo et Waniboldum a Wanibaldo diſcernunt. Quoties in iſtis Germanicis vocabulis mutatur a. in o. vt Reginaldus Reginoldus, Reinaldus Reinoldus, Arnaldus Arnoldus et ſimilia? neque vlla certa ſcribendi ratio in his Anglicis, Saxonicis et Alemannicis vocabulis obſeruatur,*

(4) v. Barthol. Schobinger. in addit. ad Ioann. Vadiani farragin. antiquit. praef. pag. 81.

(5) Ad Hundii Metropol. Salisburg. tom. I. de Ratisbon. Epiſcop. p. 246.

obſeruatur, *vt obſeruare licet tam impreſſis*, *quam in calamo exaratis Codicibus.* De littera *i* et *y* animaduertit Mabillonius (6): Illam in vetuſtis monumentis nuſquam cum puncto inueniri, et demum ineunte ſaeculo XV. puncto, quod hodie retinemus, inſigniri coepiſſe: hanc vero frequenter cum puncto in medio, aliquando cum ſingulis punctis in vtroque apice adſcriptis, immo aliquando etiam ſine puncto occurrere. Verum heic locum habet Quintiliani (7) illud: *Orthographia quoque conſuetudini ſeruit*, *ideoque ſæpe mutata eſt.*

(6) L. I. de R. D. c. II. §. 19.

(7) I. I. O. 7.

V. Litterarum ductus variauit. Meroueadae informi eoque minutiori ſcribendi genere in diplomatis vſi fuere. Quod *barbarum* ob aſperitatem et difficultatem dudum vocauerunt. m) Aſt in diplomatis Caroli M. et Ludouici Pii omnibus ſcriptura ad Italicae formam accedens deprehenditur, quod genus propterea *Carolinum* adpellat D. Mabillonius (1). Praeterea obſeruamus, hanc ſcribendi rationem, etiam Germanis Imperatoribus vſitatam, in propriam ipſorum tandem mutauiſſe, et praeterea tremulam ſcripturam in maioribus litteris imperantibus Ottonibus inuentam eſſe. Abbreuiaturae iam ſub Merouingis et poſtea Carolingis fuerunt vſitatae, ſub his praeſertim in vocabulis ſaepius occurrentibus, *Dni Domini*, *Di Dei*, *Ihu Ieſu*, *Xpi Chriſti*, *ſcti ſancti*, *nri noſtri*, et ſimilibus. At poſtea magis inualuerunt, vt docent ſpecimina apud Mabillonium.

(1) l. I. de Re diplomat. c. II. et in ſubiunctis ſpeciminibus.

VI. Notarum, ſiue characterum numeralium in vetuſtis diplomatis vſus vnus fuit, quibus Romani olim vſi. Vbi inprimis inſignes ſunt obſeruationes Mabillonii (1). At vulgares notae, quas vulgo cifras vocamus, quo tempore, quibusue auſpiciis primum inuectae et poſt in vſum Europae introductae fuerint, inter eruditos hodie non adeo expeditum eſt. Nota eſt opinio Ioſephi Scaligeri, n) cifras illas ab Arabibus, et quidem a Mauris ad Hiſpanos, ab his ad reliquos Chriſtianos tranſiiſſe, de quo vide obſeruata Conringio (2). At Kircherus (3) longius progreditur, et Arabes ab Indis eas accepiſſe ſcribit. Stephanus le Moine (4) prolixe contendit, ab Arabibus et Indianis per Saracenos in Europam delatas. Papebrochius addit (5): earum vſum ante bella ſacra] minime notum fuiſſe Europaeis. Mabillonius (6) ante ſaec. XIV. nullum

(1) l. 2. de Re diplomat. c. 28. §. II. ſeq.
(2) Cenſur. diplom. Ludouic. c. 17.
(3) In Arithmolog. part. I. c. 4.
(4) Tom. 2. Var. Sacror. p. 785. ſeq.
(5) Ad 2. April. propyl. part. 2. n. 20.
(6) d. c. 28. §. I.

m) *Aſt in diplomatis Caroli M. et Ludouici Pii omnibus* etc.) Pertinet hucce, quod Auentinus ait libro primo Annalium Boiorum: *Seruatur Reginobargii in templo Diui Haimerani vetuſtiſſimum diploma, a Carolo Magno datum, latino quidem ſermone, aliis tamen litterarum figuris ſcriptum, Longobardas quidam alii Geticas arbitrantur: perquamſimiles Graecis ſunt.*

n) *Cifras illas ab Arabibus)* Hinc A. *σύγχρονος* de geſtis Baldewini Treuirenſ. Archiepiſcopi et Henrici Imper. Germani ſui de Luczenburg. l. I. c. 8. circa A. 1306. velut ſingulare memorat, Baldewinum illum in Pariſienſi ſtudio Arabicis arithmeticisque figuris ſcripſiſſe.

nullum earum vſum ſe deprehendiſſe profitetur. Enimuero menſa Pythagorica, quam Boëtius, ſaeculi ſexti ſcriptor, *in libro MSS. de Geometria* habet, et in excerptis beneficio Graeuii et Thulemarii vulgauit doctiſſimus Auctor Dialogorum in vernacula noſtra menſtruorum (7) notas continet a zifris illis non adeo abludentes, et cum Perſicis numeris, quae in Velſeri tabulis aequinoctialibus exhibentur, mirifice congruentes, vt idem iam laudatus Auctor notauit, ſimulque non improbabile fecit, eifrarum huiuſmodi vſum iam ſaec. XII. et XIII. in Germania noſtra fuiſſe.

(7) Menſe Iunio An. 1693.

VII. Monogrammata a Carolo vſque M. (qui, vt auctor Eginhardus eſt, ſcribendi difficultate laborabat) o) ad Fridericum vſque Tertium viguerunt. Expreſſa ea per ſingulos Imperatores ac Reges in Sebaſtiani Munſteri prioribus Coſmographiae editionibus, Stradae Caeſaribus, Zylleſii ſupra laudati libri parte tertia, Caroli Cangii *Gloſſario, voce Monogramma*, habentur. Fridericum illum et Maximilianum I. Imperatorem perquam rariſſime ea vſurpaſſe obſeruamus. p) An Merouea-dae in vſu habuerint, dubitatum, ob incertam diplomatum, quae illa praeferunt, fidem. Caeterum in monogrammatis ipſis eſt diuerſitas: Etenim ſub Carolo M. et deinceps ea proprii tantum nominis characteres continent: Aſt poſt Conradi Salici tempora etiam Regiae dignitatis nomina habent, prout innumera vera et genuina veterum Regum diplomata oſtendere, teſtis eſt locuples idem Zylleſius (1) et pluribus docuit, expreſſis ipſismet monogrammatum formis, Papebrochius (2). Forma quoque variabat. Caroli M. monogrammata erant cruciformia. At Ludouico eius filio et ſucceſſoribus forma quadrata placuit, vſque ad Henricum S. qui cum nonnullis ſucceſſoribus formam crucis adhibuit. Tres cruces, ait D. Mabillonius (3), ad monogrammata Germaniae Imper. adpoſitas non ſemel aduertimus, ſed vulgari noſtro atramento. Cuius rei

(1) Def. Abbat. S. Max. part. 2. p. 59.

(2) Propyl. c. 4. §. 54. ſeq.

(3) L. 1. de R. D. c. 10. §. 4.

o) *Ad Fridericum vſque III. viguerunt)* Superiore ſaeculo ea deſiiſſe, annotauit ſuo tempore Iacob Spiegelius in Auſtriaca Bartolini. Fuit autem Spiegelius Maximiliani I. Imper. Secretarius et Conſiliarius, teſte Bzouio l. 19. *Ann. ſub* A. 1518. *n.* 11.

p) *An Mèroueadae in vſu habuerint) Pauci ex Merouingicis* (ait Mabillonius 2. de R. D. c. 10. §. 10.) *eo vſi ſunt in diplomatis, nec alii, vt puto, quam qui prae imperitia nomen ſuum ſcribere non valebant. Hos inter cenſendi ſunt Chlodouei duo, ſecundus, ac tertius, amborumque matres, Baltechildis et Chrodechildis Reginae.* Apud eundem Mabillon. l. 5. *de R. D. tab.* 18. diploma ex cortice, magna ex parte exciſum et exeſum, exhibet monogramma Chlodouei Iunioris et Reginae matris Nantechildis. Alii monogrammatis abſtinuerunt. Le Blanc inter complures Merouingicae ſtirpis Regum nummos, nullum proferre potuit, qui monogramma habeat, licet tales Carolingicae familiae Regum nummi perquam multi apud eum exſtent.

rei exempla exſtant in diplomatis Henrici III. apud Hundium Metropoli Salisburgenſi (4). Illud obſeruatu dignum, quod ex inſpectione chartarum a ſaec. XII. ſcripſit D. Ant. Matthaei (5), ſi bulla adpenſa, nullum monogramma adhibitum.

(4) Tom. I. p. 472. ſeq. et tom. 2. p. 25.
(5) L. 4. de Nobilit. c. 17. p. 1026.

VIII. In ſigillis q) (quae ſigna etiam Romani nuncupabant) imprimendis Reges Francorum Merouingicae ſtirpis vt plurimum vſi ſunt annulis, quibus nomen ſuum, addito ſolo titulo, *Rex Francorum*, in circulo cum imagine deſcriptum, exhibebant. Imago haec ſiue effigies non protendebatur vltra collum, praeter effigiem Childerici poſtremi, quae thoraceata eſt, vt effigies Carolidarum. Quorum effigies a Merouingis in illo quoque differebant, quod haberent varias inſcriptiones, vt illa Caroli M. *Chriſte protege Carolum Francorum Regem.* Et quod in nummis capita Merouecadarum gemmeo diademate cincta conſpiciuntur (1): At Carolidarum capita pleraque laureum diadema ornauit: vt nummi quidam Caroli M. et plures Ludouici Pii apud le Blanc (2) et alios, r) nec non ſigilla in diplomatis non paucis demonſtrant (3). Sigilla ipſa fuere adfixa, non penſilia. Et quidem ſub Carolidis charta in crucis modum inciſa, et quatuor inciſurae angulis reuulſis, adpoſitae vtrinque cerae per fiſſurae ſpacium in vnum coagmentatae, in antica parte inprimebantur. Quod ſub Saxonicis quoque Imperatoribus vſitatum, his verbis docet Beniamin Leuberus (4): Kayſer Otto M. hat keine güldene Zeichen, aureas Bullas, zu geben gepflogen, ſondern alle Diplomata und Originalia, welche dieſſfalls fürkommen, haben keine Zeichen und Sigilla von Gold gepräget und geſchlagen, ſondern nur von Wachs, und zwar von weiſſem Wachs geformiret. Iſt auch nicht zu verſpühren, daß ſolches Wachs, wie heutiges Tages bräuchlich, in höltzerne, kupferne, ſilberne oder güldene Capſulen eingedrucket geweſen; ſondern der Augenſchein giebts, daß das Pergament an dem Ort, da die Siegel aufgedrucket ſeyn, ſolchermaßen durchſchnitten worden, daß das Pergament Creutzweis gantz blieben, hernach von außen und inwendig das Wachs auf das Creutz gelegt, das Siegel inwendig auf das Wachs, und hierdurch das inwendig

und

(1) v. Le Blanc traite hiſtorique des monnoyes p. 44. ſeq.
(2) d. tract. p. 102. p. 106. ſeq.
(3) Mabillon. l. 2. de Re Diplom. c. 16. §. 3.
(4) Magdeburger Stapel Unfug. n. 1572. Stapulae Magdeburgicae iniuſtitia.

q) *Quae ſigna etiam Romani nuncupabant)* At medio aeuo contra vſum Latinae linguae ſignum aliquando idem fuit, quod nomen. Hinc vt maxime teſtium nominibus praefixa inueniatur vox *ſignum*, hoc modo: *Signum Wigonis*, *ſignum Rumberti*, vel per notam S. S. *Wigonis*. S. *Rumberti*, caue inde inferas, teſtes ſigilla ſua adpoſuiſſe, vt obſeruauit Salmaſius *de ſubſcription. et ſign. teſtamentor.* c. 24. v. infra §. 13.

r) *Nec non ſigilla in diplomatis non paucis demonſtrant)* Vid. diplomata apud Mabillon. *l. 5. de* R. D. *tab.* 26. *tab.* 28. *tab.* 80. *tab.* 32. *tab.* 33. Add. duo ectypa ſigillorum aureorum Ludouici Pii et Caroli Calui, apud Baluzium *in calce notarum ad Capitularia*, p. 1306.

und auswendig ans Pergament gelegte Wachs zuſammen gedrucket worden, alſo, daß es keinesweges abfallen kan, und auf dieſe Art und Weiſe werden die Diplomata von Sächſiſchen Kayſern beſiegelt zu ſeyn befunden. Unter den Schwäbiſchen Kayſern aber iſt folgender Zeit auffkommen, die Sigilla an die Brieff und Diplomata mit ſeidenen oder anderen Schnüren, oder durchgezogenen Schnitten zu hängen, und das Wachs in ſonderliche Capſuln einzudrucken. *Otto M. Imperator bullis aureis vſus non eſt, omniaque eius diplomata et autographa non auro, ſed cera, eaque candida, obſignata ſunt. Neque cera, vti hodie in more poſitum eſt, ligneis, cupreis, argenteis aureiſue capſulis impreſſa deprehenditur. Sed, ceu ex chartis,* αὐτοψία *teſte, liquet, membrana ea parte, cui ſigilla imprimuntur, ita incidebatur, vt decuſſatim poſita integra videatur; deinde cera intrinſecus, et extrinſecus ſciſſurae iſti cruciformi et ſigillum intrinſecus cerae imponebantur, ita vt cera intrinſecus et extrinſecus membranae quaſi cohaereret. Hoc pacto Saxonicorum Imperatorum diplomata ſignata reperiuntur. Sub Sueuicis poſtea Imperatoribus in morem venit, vt ſigilla litteris vel diplomatibus ex ſericis aliiſue filis aut ex corrigiis inciſim appenderentur, cera certis capſulis incluſa.* Enimuero quod heic poſtremo loco adſerit Leuberus, [s]) penſilia ſigilla, quas Bullas vocabant, [t]) ſub Sueuicis demum Imperatoribus introducta eſſe, ſimpliciter concedi nequit. Etenim Mallinkrotius (5) licet fateatur, ſe non reperiſſe, quod ab Imperatoribus noſtris Germanis vetuſtiſſimis, puta Francicis, ſiue Carolingis, et Ottonibus, quique intermedii fuerunt, bullae aureae adpenſae fuerint, [u]) veri putat ſimile, eum morem, contracto inter Ottonem II. et Theophaniam Conſtantinopolitanam matrimonio, ad nos manaſſe. Sane Leo Oſtienſis 2. Chronic. Caſſin. 22. meminit praecepti Ottonis III. aureo ſigillo bullati. Auctor vitae Meinwerci Paderbornenſis Epiſcopi c. 30. refert, Henricum II. confirmaſſe quaedam bona iſti Eccleſiae Regiae auctoritatis praecepto, i. e. *Imperiali*

(5) de Archi-Cancell. Imper. p. 116.

s) *Penſilia ſigilla, quas Bullas vocabant*) Bulla dicta, quod ſignum Caeſaris, vel cerae impreſſum, vel capſulae cuidam ex auro et plumbo incuſum, litteris adpenderetur, non aliter ſane, quam olim Bullae pueris praetextatis. Hinc bullare nihil aliud eſt, quam ſigillare, et ſigillum adpendens bullator. v. M. Freher. *ad P. de Andlo l. 2. c. 5. p.* 181.

t) *Sub Sueuicis demum Imperatoribus introducta*) Eduardum, Regem Angliae eius nominis primum, ea in Angliam introduxiſſe, teſtatur Matthaeus Parkerus *in vita Anſelmi.*

u) *Veri putat ſimile, eum morem, contracto inter Ottonem II. et Theophaniam Conſtantinopolitanam*) Et quemadmodum Patriarchae apud Conſtantinopolitanos plumbea Bulla vtebantur. V. *Tom.* I. *Iuris Graeco-Romani* p. 236. 242. p. 259. Ita Archiepiſcopi in Germania. Nam in charta Liemari Archiepiſcopi An. 1058. quam l. 1. origin. Hamburgenſium attexuit Lambecius p. 146. eſt: *chartam hanc conſcribi iuſſimus, et bulla plumbea, vt nobis mos eſt, ſignari.* De quo alibi pluribus.

riali diplomate, aureo ſigillo bullato. [x]) Alia diplomatum exempla adduxit D. Thulemarius V. CI. (6) addatur Carolus Cangius (7) et A. Matthaei (8). [y]) Verum de huiuſmodi Bullarum vt et ſigillorum figura et inſcriptionibus alibi prolixius agendum. Vnum addimus de Aquila. [z]) Ea in bullis et ſigillis primum Ludouicum Bauarum, poſt Carolum IV. vſos deprehendo. [a]) Bicipitem ac integram Sigismundum Imperatorem, cum videret Orientalium Auguſtorum, (qui bicipite Aquila vſi) poteſtatem inclinare, Turcis vndique eorum prouincias inuadentibus, primum in inſignibus vſurpaſſe, cum Mariano Socino veriſſimum putauit idem Cangius (9). Quam coniecturam firmat, quod ſucceſſores eius Fridericus et Maximilianus I. poſt coronationem Romanam conſtanter in ſigillo maiore aquilam bicipitem habuere, vt ſequente Sectione docebimus. Vnam autem eſſe aquilam et bicipitem [b]) (quod imperitum vulgus

(6) De Bulla. c. 2.

(7) Gloſſario. V. Bullas aureas.

(8) Not. et obſeruat. ad annal. Egmondan. c. 6.

(9) Diſſert. de inferioris aeui numiſmatibus.

x) *Alia diplomatum exempla adduxit D. Thulemarius)* Fredericum I. Imperatorem praecepti paginam, qua Conradum Palatinum liberum et Capitalem Eccleſiae Treuirenſis conſtituit, aurea Bulla inſigniri iuſſiſſe, auctor eſt Browerus l. 14. *annal. Treuirenſ.* A. 1156.

y) *De Bullarum et ſigillorum figura et inſcriptionibus alibi prolixius agendum)* Vid. interim Mallinkrot. *de Archi-Cancellar. Imper. p.* 117. *et in not. p.* 234. *ſeq.* Addat. Sagittarii *Antiquitates Archiepiſcopatus Magdeburgenſis*, vbi in fronte libri exhibet ſigillum Ottonis M. inſculptam habens imaginem eius ad medium ventrem cum ſimplice velamento, caput, collum, et dextram, qua ſceptrum tenet, nudi, et ſiniſtra vmbellam tenentis, cum inſcriptione † OTTO DI GRA REX.

z) *Ea in bullis et ſigillis primum Ludouicum Bauarum)* Ita ſigillum foederis inter Ludouicum Bauarum et Philippum Regem Galliae An. 1341. iuxta ſolium a parte dextera aquilam vnam, et ſiniſtra aliam exhibet apud D. *Leibnitium Codic. diplomatic. tom.* I. *num.* 81. Clemens VI. Pontifex Romanus An. 1344. ſignum penſile eiuſdem Ludouici Imper. apud Steph. Baluzium lib. 2. *miſcellan.* p. 274. his verbis deſcribit, cum memoraret, litteram Ludouici, quam Procuratorium Ambaſſiatores vocauerint, ſigillatam impendenti quodam ſigillo rotundo in cera crocea, *in quo in medio ſculpta erat quaedam imago hominis habentis infulam in capite ſuo, ſedentis inter duas aquilas, habentis ſub pedibus eius duos leones, et tenentis in manu dextra quoddam ſceptrum, et in manu ſiniſtra quoddam pomum rotundum, in cuius circumferentia hae litterae legebantur: Ludouicus quartus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Et a tergo dicti ſigilli erat quaedam impreſſio alterius parui ſigilli, in qua erat ſculpta quaedam aquila, et in circumferentia ipſius eae litterae legebantur: Iuſte iudicate filii hominum.*

a) *Bicipitem ac integram Sigismundum Imperatorem primum in inſignibus vſurpaſſe)* Si genuina eſſent ectypa ſigillorum Friderici I. Henrici IV. Friderici II. Caroli IV. apud Sigismundum a Bircken Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich. *Speculo Honoris Archiducalis Domus Auſtriacae, l.* 2. *c.* 2. c. 3. *et l.* 3. *c.* 9. quae ſubiuncta diplomatis exhibent effigiem ſedentis in ſolio Regali Imperatoris, et ab eius dextra in paruo laterculo aquilam bicipitem expanſis alis, diuerſum ab his ſentire oporteret. Enimuero vti diplomata illa Fridericorum, vt apud auctorem illum leguntur, iam aliis ſuſpecta viſa. v. Sagittar. *Diſſ. de origin. Ducum Brunſuicenſ.* §. 22. ita neſcio, an ſigillis ipſis fidem tuto commodare liceat.

b) *Quod imperitum vulgus credere, ſcripſit Cuſpinianus)* Wo dem alſo, ait Wiguleus Hundius im kurtzen Auszug etlicher Hiſtoriſcher Obſervationen, lit. U. W. müſten Vier Füeß dabey ſeyn. Die Wahrheit iſt, daß die zween Köpff bedeuten die beyde Keyſerthumb in Orient und Occident, als ſie dann vor Jahren beyſammen geweſen.

vulgus credere, ſcripſit Cuſpinianus) (10) non duas, quarum vna alteram alis obtegat, vt ipſe putauit, ſi alia deeſſent, vel ordinatio Monetalis Ferdinandi An. 1559. §. Wie aber 10. ib. und des Reichs Kayſerl. Adler mit zweyen Köpfen, *et Imperii aquila biceps*, docuerit. Caeterum vſus aurearum Bullarum adhuc hodie obtinet, quando de rebus grauioribus expediuntur augusta diplomata, teſte Mallinkrotio (11).

(10) in Augusto Caeſare.

(11) De Archi-Cancell. Imper. p. 116.

IX. Liquor fuit ater. Aureo vſum Ottonem M. in diplomate, quo Eccleſiae Romanae iura confirmauit, quodque c) in Caſtello S. Angeli adſeruari dicitur, epigraphe eius in Conciliorum tomis oſtendit, teſte Mallinkrotio (1). Conradum III. Anno 1147. Corbeienſibus conceſſiſſe priuilegium, non tantum aurea bulla ſignatum, ſed etiam totum aureis litteris ſcriptum, idem Mallinkrotius (2) ex Kleinſorgio notauit. Henricum II. Imper. Meinwerco Paderbornenſi Epiſcopo diplomate, quod, aureis litteris diſtinctum, hodienum Paderbornenſis Eccleſia adhuc exhibeat, bona ei poſſeſſionesque confirmaſſe, auctor eſto Nicolaus Schaten (3). Add. Mabillon. (4)

(1) De Archi-Cancell. Imper. p. 234.

(2) d. l. p. 17.

(3) L. 5. Hiſtor. Paderborn. ad A. 1014.

(4) L. 1. de R. dipl. c. 10.

X. Materia, in qua ſcribebatur, d) fuit olim membrana. Corticis ſiue papyri Aegyptiacae vſum apud Francorum Reges Merouingos oſtendit Mabillon. (1) Chartae vulgaris vſus ab annis quingentis (quo auctore, eſt incertum) inualuit. Et tamen rariſſime ea in diplomatis Imperatores vſos deprehendimus.

(1) L. 1. de R. dipl. c. 9. §. 3.

XI. Veniamus ad rem ipſam. Sub Merouingicis Francorum Regibus plerumque hoc erat diplomatis exordium: e. gr. *Dagobertus Rex Francorum* e) *Vir inluſter.* Vt ex quindecim Dagoberti Diplomatis liquet

c) *In Caſtello S. Angeli adſeruari dicitur*) Baronio teſte *ad An.* 962. §. 2. *et ſeq.* Huius tamen diplomatis fidem concuſſit H. Conringius *de Germanorum Imperio Romano*, c. 10.

d) *Fuit olim membrana*) Aeneas Syluius l. 1. epiſtol. 104. *Ante chartae et membranarum vſum indolatis ex ligno codicillis epiſtolarum alloquia inſcribebantur, ſicut et Cicero et Damaſus et Iſidorus atteſtantur. Exinde tam Graeci quam Thuſci ſuperinducere ceras inceperunt, illasque graphio ferreo inſcripſerunt. Poſthaec chartarum vſus apud Aegyptum coepit, quae ex decerpto papyri tegmine conficiebantur, ac poſtea ex lineis pannis iam ineptis aliis vſibus. Exinde Reges Pergami membranarum vſum excogitarunt, quae ex membris pecudum detrahuntur, et adhuc propter memoriam loci Pergamena dicuntur. Modum conficiendae chartae hodiernum tradidit* Friſchlinus *in Comoedia, cui titulus: Iulius rediuiuus.*

e) *Vir inluſter*) Quomodo hic titulus ad Francos tranſierit, vid. eruditam coniecturam Caroli Cangii *Gloſſar. Lit. I. voce Illuſtris.* Hieronym. Bignonius *not. ad Marculf. l.* 1. *form.* 29. ex Sirmondo cauſſam illam profert. Hoc titulo nullum maiorem in Romano Imperio, tantam autem apud exteras gentes Imperii illius admirationem fuiſſe, vt caeteri Reges eius dignitatibus et honoribus inſigniri cuperent et honeſtari, vt liqueat exemplo Chlodouei Regis, qui Patritii et Conſ. nomen inſigniaque ab Anaſtaſio Imper. receperit, teſte Gregorio Turonenſe, l. 2. c. 38.

liquet apud Doubletum (1). Add. Ectypa apud Mabill. (2). Nunquam ergo principio Diplomatis addebant *Ego* vel *Nos*. Quanquam inter Meroueadas non tantum Dagoberti Nepotes (quod putauit Papebrochius) ſed et antecedentes alios de ſe numero plurali locutos probet Mabillonius (3). In imperio, poſtquam Romanum adpellari coepit, demum ab interregno illo magno, quod Fridericum II. excepit, Imperatores f) diplomata ſua Latina lingua ſcripta ſaepe, vernacula vt plurimum, cum additamento *Nos* vel WIR inchoabant (4). Diuini Nominis mentionem praemiſſam non habent, quae ſuſpicione carent Merouingica diplomata. Pipinus interdum hac formula vtebatur: *Pipinus D. G. Rex Francorum, Vir inluſter*, forte, quoniam extraordinario modo ad imperium peruenerat. Quod additamentum *gratia Dei*, vel eiuſdem ſenſus aliud, etiam perpetuo habent Caroli M. diplomata. Eidem autem Carolo, poſtquam Imperatoris Romani titulum adſumſit, haec a prioribus diſcrepans formula placuit, quam genuinam merito pronuntiat Mabillonius (5): *In nomine Patris, Filii et Spiritus S. Carolus Sereniſſimus, Auguſtus a Deo coronatus, g) magnus, pacificus, Imperator, Romanorum gubernans Imperium, qui et per miſericordiam Dei Rex Francorum et Longobardorum.* Poſteris eius frequentius vſitata fuit formula, qua ordiebantur diplomata: *In nomine S. et indiuiduae Trinitatis.* De caetero vnicuique Regi aut vnam, aut plures formulas pro diuerſo rerum ſtatu in vſu fuiſſe, docte per ſingulos Reges oſtendit Mabillonius (6). Inter Imperatores Saxonicos Ottonis M. Diplomata hoc habent exordium: *In Nomine S. et individuae Trinitatis Otto, diuina fauente clementia, Dei gratia, diuina opitulante clementia, diuini nutus prouidentia etc. Imperator Auguſtus.* Eodem ſequentes Imperatores conſtanter vſi, niſi quod paulo poſt Imperatores Romanorum ſeſe nuncupauerunt, et Rudolphus I. Rex atque ſucceſſores aliquandiu inuocationem diuini nominis in exordio omiſere. Inſolitus prorſus eſt titulus Ottonis III. in diplomate A. 1001. apud Nicolaum Schaten (7): *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis: Otto tertius Romanus, Saxonicus, et Italicus, dono Dei Romani orbis Imperator Auguſtus.* De cuius αὐθεντια alii viderint. Aſt certum eſt, Ottonem primum dixiſſe ſe Regem *Lotharienſium et Francigenum*, vt liquet ex chartis apud Ioann. Iacob. Chiffletium (8), licet rariſſime, et forte poſt eum nemo titulo illo vſus fuerit. Niſi quod Henricum II. qui vulgo ſanctus

(1) Antiquit. Monaſt. S. Dionyſ. p. 665. ſeq.
(2) L. 5. Tab. 17. ſeq.
(3) L. I. de R. diplom. c. 6. §. 1. ſeq.
(4) Conf. Leuber. d. libro n. 1. 24.
(5) L. 2. R. D. c. 3. §. 8.
(6) d. l. 2. c. 8. §. 6. ſeq.
(7) L. 4. Annal. Paderborn. ad An. 1001.
(8) In commentario Lotharienſi c. 2. adde Aubert. Miraeum a. Diplomat. Belgic. 17.

f) *Diplomata cum additamento Nos vel* WIR *inchoabant*) Quid mirum, cum iam illo tempore Comites idem aliquando feciſſe legamus. Vt in charta An. 1268. apud Lehmannum l. 5. Chron. Spirenſ. c. 102. *Nos Emicho Comes de Lyningen profitemur publice.*

g) *Magnus*) Etiam Carolum Caluum et Groſſum Magnos aliquando nominatos, probat Ioachimus Vadianus, l. 2. *de monaſt.* p. 53.

ſanctus vocatur, *Francorum et Muſelenenſium* Regem creatum ſcribat Dietmarus Epiſcopus Mersburgenſis. Eiuſdem Ottonis titulus alius legitur in priuilegio Laurishamenſi A. 963. *Otto Dei Gratia Rex Francorum (orientalium ſc.) et Longobardorum, ac Patricius Romanorum* (9). Ante Ottonem etiam Henricus Auceps *Regis Francorum Orientalium* titulum vſurpauit, in inſtrumento Pacis inter ipſum et Carolum ſimplicem, Francorum occidentalium Regem, An. 921. apud Nicolaum Schaten (10). An primus Imperator Fridericus Barbaroſſa *ſemper Auguſti* titulo ſe adpellauerit, nondum expeditum eſt (11). H. Conringius (12) (qui ex conſilio Doctorum Romani iuris, in Italia refloreſcentis id factum cenſet) et Boeclerus (13) id adfirmant. Verum iis ſe oppoſuit Vir Nobiliſſimus D. Thulemarius *pecul. Diſſert. de titulo ſemper Auguſti* (14). h) Nos vt non pauca diplomata, quae titulum ſemper Auguſti habent, inter ſuppoſititia referimus, ita eo nunquam ante vſos adfirmare vix ſuſtinemus. Tralatitium enim eſt, Imperatores Romanos poſterioris aeui i) PP. hoc eſt, *perpetuo vel ſemper Auguſtos* ſeſe adpellauiſſe, quid ergo vetuit, quo minus German. Imperatores ad illud exemplum, vt in aliis quam

(9) V. Boecler in Otton. M. p. 299.

(10) L. 3. Annal. Paderborn. ad A. 921.

(11) Ration. ad Tom. I. Conſt. p. 65.

(12) Ad P. 3. Lampad. c. 2. p. 103.

(13) L. 4. Notit. c. 1. ab init. Addatur Leuber. de Stapul. Saxon. n. 1532.

(14) Ad. Becman. Not. dign. diſſ. 2. c. 1. §. 6.

h) *Nos non pauca diplomata, quae titulum ſemper Auguſti habent, inter ſuppoſititia referimus*) Eo referenda haud dubie Ottonis M. Conſtitutio de locatione et priuilegio Camerae Imperialis Anno 947. incipiens: *Nos Otto Romanorum Imperator ſemper Auguſtus*, apud Goldaſtum tom. vnic. Conſtit. p. 215. Ottonis II. Imperatoris Conſtitutio ſuper confirmatione Iuris Municipalis Magdeburgenſium ac praerogatiua Scabinorum Anno 978. quae ſic orditur: *Nos Otto Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, apud Goldaſtum d. tom. p. 225. Charta diuiſionis Regni Francorum inter Karolum, Pipinum et Ludouicum filios Karoli M. Imperatoris An. DCCCVI. apud Goldaſt. *tom. vnic. Conſtit. Imper.* p. 145. & *in tom.* I. *Capit. Francor.* p. 439. quae ſic incipit: *Imperator Caeſar Karolus Rex Francorum inuictiſſimus, et Romani Rector Imperii, pius, felix, ac Triumphator ſemper Auguſtus.* Petro Pithoeo dubiae fidei viſa, et merito referenda inter tot ſingularis otii commenta, quae ſequiora nobis ſaecula ingeniaque pepererunt. Certe formula illa nuſquam alibi legitur. Adfert tamen ad fidem illius chartae ſtabiliendam nonnulla Stephanus Baluzius *in not. ad tom.* I. *Capit.* p. 1068. Apud le Blanc *dans ſa diſſert. hiſtorique ſur les Monnoyes de Charlemagne chap.* 4. ectypon ſigilli plumbei eſt, in quo legitur: D. N. KAR. IMP. P. F. PP. AVG. i. e. *Dominus noſter Karolus Imp. pius, felix, perpetuo Auguſtus.* Apud Perardum in *monument. Burgund.* p. 160. Diploma Caroli Calui Imperatoris *Sereniſſ. ſemper Auguſti* nomen praefert. In diplomate Ottonis I. quo Ludolpho Corbeienſi Abbati omnia a maioribus conceſſa renouat An. 973. apud Nicol. Schaten *Ann. Paderborn. add. A.* legitur: *Signum Domini Ottonis inuictiſſimi ſemper Auguſti.* In ſyntagmate Henrici Bodonis de conſtructione Coenobii Gandeſiani tom. 2. *Scriptor. Meibom.* p. 497. eſt priuilegium, cui ſubiicitur: Signum Domini Ottonis II. *Imperatoris et ſemper Auguſti.* Henrici IV. Imperatoris de receptione Clementis Papae et reiectione Hildebrandi Antipapae An. 1083. incipit: *Rex Henricus Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.* Apud Goldaſtum *tom. I. Conſtitut.* Henricus V. Imperator in priuilegio Ciuitati Bremenſi An. 1111. dato: *Henricus diuina Clementia Romanorum Imperator et ſemper Auguſtus*, apud Limnaeum *addit. tom.* I. *ad* l. 7. c. 7.

i) *PP. Hoc eſt, perpetuo vel ſemper Auguſtos ſeſe adpellauiſſe*) Inſcriptio Romana

D. N.

quam multis, ſeſe componerent? k) Caeſaris Auguſti nomen Imperatores ante Ludouicum Bauarum adſumſiſſe, vix oſtendi poſſe, ſcripſit idem Boeclerus (15). Caeterum l) Henricus VI. et Fridericus II. Imperatorio titulo adiecerunt titulum Regis Ieruſalem et Siciliae, Carolus IV. Regis Bohemiae, m) Sigiſmundus Regis Hungariae, Dalmatiae et Croatiae; Maximilianus I. Regis Germaniae; Idem Maximilianus et Fridericus Pater Imperatores Auſtriacarum etiam ditionum titulos, eodemque exemplo Carolus V. prolixum prouinciarum et dominiorum ad Auſtriacam Domum ſpectantium ſyrma ſubiunxerunt.

(15) Notit. d. l.

XII. De rebus, quae in medio diplomatis ſiue argumento ipſo occurrunt, latiſſimus ſe campus aperiret differendi, ſed quem ingredi nunc nolumus, cum a pleniore notitia Reipublicae hoc dependeat. Exemplis ſaltem aliquot vtamur. Sub Carolidis Aduocatos fuiſſe Eccleſiarum in comperto eſt. Aſt Subaduocatorum qui meminerit, ſcriptor aequalis nondum occurrit, nec charta illorum temporum vlla. Vt vel hoc nomine diploma Coenobii Lindauienſis, quod Ludouico Pio adſcribitur, non genuinum merito videatur. Vbi illud quoque animaduertendum, in eodem diplomate Adalbertum inſigniri *fidelem Vaſallum noſtrum et Sancti Palatii Comitem.* At in diplomate eiuſdem Ludouici, quod Erminmarus

D. N. FL. ARCADIO pio, felici, Victori et Triumphatori *ſemper Auguſto*, apud Ioann. Iacob. Boſſard. l. 3. *Antiqu. Romanar.* p. 54. qui etiam p. 29. exhibet inſcriptionem Romae in templo Iunonis: *Piiſſimo, Feliciſſimoque Principi Valentiniano inuictiſſimo, ſemper Auguſto.* Adde de Diocletiano et Maximiniano Hubert. Golzium *in theſauro rei antiquar.* p. 77. de aliis Gruterum *vol. inſcript.* p. 272. p. 257. *Nouellas Iuſtin.* 60. 68. 66. 89. 83. 90. 91. 95. 96. 97. 99. 111. in quibus Iuſtinianus PP. Auguſtus inſignitur.

k) *Caeſaris Auguſti nomen, Imperatores ante Ludouicum Bauarum adſumſiſſe)* Equidem Imperatores iam Odfridus *Keyſeros* adpellauit non ſemel in libris Euangeliorum, quorum mentionem ſupra habuimus, quoniam Germanice ſcribenti aliud vocabulum non ſuppetebat. Verum ſtylo publico ea adpellatio recepta non fuit. Tamen in diplomate An. 1001. ſupra memorato apud Nicol. Schaten l. 4. *Ann. Paderb.* legitur: *Signum Domini Ottonis Cæſaris inuictiſſimi*, et in alio eiuſdem anni: *Signum Domini Cæſaris inuicti.* Fridericum II. ea, vtvt non adeo frequenter, vſum, diplomata non ſuſpecta teſtantur, ſed et nummos exſtare Rudolphi Regis, qui noua et inſolita formula prae ſe ferant inſcriptionem: IMP. CAES. RVDOLPHVS REX GERM. COM. HAB. LAN. ALS. teſtatur Vir Nobiliſſimus D. Wagenſeilius de *Noriberg. reb. notab. c.* 26. *p.* 247. vbi et ectypon talis nummi exhibet. Aſt certum eſt, Ludouicum Bauarum perpetuum eius vſum introduxiſſe.

l) *Henricus VI. et Fridericus II. Imperatorio titulo adiecerunt)* In charta An. 1196. apud Miraeum l. 2. Diplomat. Belgicor. c. 57. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Henricus VI. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Siciliæ.* Et in alia: *Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis* MCXCVI. *indictione* XIV. *regnante Domino Henrico* VI. *Roman. Imperatore, anno regni eius* XXV. *Imperii vero* V. *Siciliæ* II. *Datum apud Gulenhuſum, pridie Nonas Martii.*

m) *Sigiſmundus Regis Hungariae, Dalmatiae et Croatiae)* quin et Marchionis Brandeburgici, Bohemiae et Lucenburgi haeredis, in diplomate An. 1416. apud D. Leibnitium Codicis diplomatic. *part.* I. *Diplom.* 126.

minmarus quoque Notarius ad vicem Hugonis recognouit, et ſubſcripſit ſub Data XV. Kalend. Maias An. Chriſto propitio XXVIII. Imperii Domini HLudouici piiſſimi Auguſti, indictione prima, Acto Aquisgrani palatio apud Baluzium (1) vocari *Comitem et Conſiliarium noſtrum* et deinceps *fidelem noſtrum.* Porro in memoriali An. 838. indictione ſecunda An. Domini HLudouici piiſſimi Imperatoris XXV. pridie Kalend. Maias memorari, iudicio interfuiſſe Aquisgrani inter alios multos Comites Adalbertum, ab iiſque diſtingui *Fulconem Vaſſum dominicum et Comitem palatii*, *Ragenarium Vaſſum dominicum et Comitem Palatii*, *Teutfridum Vaſſum dominicum*, *Adalelmum Vaſſum dominicum et plures Vaſſos dominicos alios.* Sub Saxonicis Imperatoribus nunquam obſeruare eſt, eos in concedendis Diplomatis ſcitu, conſilio aut aſſenſu Procerum Imperii vſos (2), ſub iiſdem Equites aurati ignorabantur. Hinc Conſtitutionem de priuilegio et locatione Camerae Imperialis Magdeburgenſis, quae Ottoni M. tribuitur, et mentionem facit eiuſmodi Equitum, merito explodit Boeclerus (3). Mitto alia.

(1) l. 5. Miſcellan. p. 177.

(2) Leuberus. Magdeburg. Stapel: Unfug. n. 1547.

(3) in Otton. M.

XIII. Sequitur ſubſcriptio. Hic autem ritus (verba ſequor Mabillonii (1), vt caetera alia, pro temporum varietate fuit varius. Primae ſtirpis Reges hunc ferme modum adhibuerunt, vt propria manu nomen ſuum ſubſcriberent, addito ſigno in varias aliquando figuras diſtincto aliquando figuram crucis praeferente, vt *Clodoveus Rex*, *Childebertus Rex.* Plerique addebant *ſubſcripſi*, quod vel totis litteris vel tribus prioribus, vel certe ſola littera S. cum ſigno (illo, quod iam diximus) continuato. Secundae ſtirpis, hoc eſt, Carolingi Reges, vt in caeteris paſſim, ſic et in modo ſubſcribendi a Merouingis deſciuere (2). Pipini formula haec erat: *Signum ✠ Pipini glorioſiſſimi Regis*, ſeu, quod idem, *ſignum ✠ Pipino glorioſiſſimo Rege*, interpoſito ſigno crucis inter *ſignum* et *Pipini* nomen. Solum ſignum crucis manu Principis expreſſum erat: caetera Cancellarius, ſeu Notarius adſcribebat. Carolus M. patrium morem ſeruauit: *Signum Caroli glorioſiſſimi Regis.* Idem praeſtitit Carolomannus eius frater: at poſt acceptum Imperium Carolus adhibuit, *ſignum Caroli Sereniſſimi Imperatoris ſeu Auguſti*, interpoſito Monogrammate (cui propria manu plerumque addebat litteram Y) (3) inter vocis *ſignum et Caroli.* Quem morem etiam ſucceſſores fere tenuerunt, excepto, quod, qui ſolum erant Regia dignitate praediti, inſcribebantur *glorioſiſſimi Regis* titulo: qui etiam Imperatores erant, *glorioſiſſimi et ſereniſſimi Auguſti* nomen praeferebant. Saxonici in Germania Imperatores vel Reges hoc fere modo ſubſcripſerunt: *Signum Domini Ottonis inuictiſſimi Regis. Signum Domini Ottonis*

(1) l. 2. de R. D. c. 10. §. 7.

(2) Mabillon. d. l. §. 8.

(3) v. Mabillon. d. l. 2. c. 21. §. 5. c. 22. §. 7.

Magni et inuictiſſimi Auguſti. Signum Domini Henrici III. Regis inuictiſſimi, Romanorum Imperatoris Auguſti. Interpoſuerunt autem monogramma poſt nomen ſuum. Eadem ratio ſubſcriptionis viguit fere vſque ad Rudolphum Habsburgicum, qui prorſus non ſubſcripſit, ſola ſigilli adpoſitione et teſtium ſubſcriptione contentus. At Caroli IV. poſtquam Imperator factus, haec fuit formula (4): *Signum ſereniſſimi Principis et Domini, Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris inuictiſſimi et glorioſiſſimi Bohemiae Regis.* Maximilianum I. morem ſubſignationis, quem Nepotes eius imitantur, inuexiſſe auctor eſt Iacobus Spiegelius (5). Ferdinandum III. adhuc Regem in ſubſcriptione encauſto vſum, notauit Schüzius (6). Antequam hinc abeamus, libet adferre, quod Ratperrus libro de caſibus Monaſterii S. Galli (7) memorauit, vt inde intelligatur circumſpectio Regum vel Imperatorum, in talibus adhiberi ſolita: *Contigit Ludouicum piiſſimum Regem publice placitum ſuum habere in Villa, quae dicitur Vlma, praeſentibus filiis ſuis aliiſque Regni ſui Principibus. Ad quod placitum conuentionis cauſſa perlata eſt, et coepit exinde Rex ſolerter et caute cum ſuis cogitare, atque pertractare. Rex ambarum partium cum conſpiceret vnitatem, ſeſe huic pacto interpoſuit medium, atque in ſemet omne negotium adſumens, cum manu ſua poteſtateue res ad Epiſcopum contradidit. Haec confirmatio cum per Regiam auctoritatem citra vtramque partem fuiſſet ſtabilita, et rebus ita a clementi Rege omni cum conſenſu compoſitis, iuſſit idem Rex ſuae auctoritatis praeceptum vtrique parti ad perpetuam confirmationem iſtius pacti ſtatim in praeſenti conſcribi, et vt cautius haec eadem firmitatis ſcriptura communiretur, praecepit primitus tantummodo dictatum, et in aliqua ſceda conſcriptum ſibi praeſentari, et, cum ille cauſſam comprobaret, tunc demum Cancellario praecepit in legitimis cartis conſcribere pacti confirmationem, et cum perſcriptae fuiſſent, propriae manus auctoritate confirmans, vnam Epiſcopo cum ſuis, aliamque Abbati Monachiſque contradidit, perpetuae firmitatis ſine aliqua euerſione ita retinendas indicio.*

(4) Bullae Caroli IV. apud Freherum de ſucceſſ. Princip. p. 610. Ioh. Iſaac Pontanus l. 7. Hiſt. Gelr. A. 1357.

(5) Not. ad Günter. l. 5. Ligur. conf. Speidelius voce Unterſchrifft.

(6) v. II. P. 5. §. 4. lit. B.

(7) de Caſibus Monaſt. S. Gall. c. 8.

XIV. Praeterea ſub Merouingica familia pone Regem ſubſcripſit Referendarius, curam Regalis annuli gerens, hac formula: DADO OSTVLIT. *Droctoaldus iuſſus obtulit. Aghlibertus recognouit. Wilſo laicus iuſſus ſubſcripſit, ſeu iuſſus obtulit* (1). Cancellarii minoris momenti inſtrumenta, quibus Rex nomen ſuum haud adpoſuit, ſic ſubſignarunt: *Sigulfus recognouit. Letaldus ſubſcripſit vel annuit.* Sub Carolingica autem familia, cum gradus inter ſcribas Regios eſſent, n) vt, qui

(1) Mabillon. l. 2. c. 11. §. 3. et 7.

n) *Vt, qui iis praeerat, ſummus Notarius)* Ex Adolardo Hincmarus ep. 3. c. 16. *Summus Cancellarius, qui a Secretis olim adpellabatur, erantque illi ſubiecti prudentes*

ac

qui iis praeerat, ſummus Notarius vel ſummus Cancellarius, aut Archi-Cancellarius, aliquando ſimpliciter Notarius aut Cancellarius, nonnunquam Archi-Capellanus, (forte, quia coniuncta fuere ſummi Cancellarii et Archi-Capellani officia, vt exemplo quoque Angilramni ſub Carolo M. Archi-Capellani, et ſimul Archi-Cancellarii confirmat Baluzius (2), addatur Carolus Cangius (3), qui Archi-Cancellariorum, ſimul Archi-Capellanorum indicem texuit) o) reliqui Capellani vel Notarii dicerentur. Sub Carolo M. formulae huius vſus erat, ſi quando Notarius vice ſummi Cancellarii ſubſcribebat: *Wido laicus ad vicem Radonis.* At ſub Ludouico Pio Notarii nomen inſuper adponere coeperunt hoc modo: *Meginarius Notarius ad vicem Fridiguſi recognoui.* In charta Ludouici Regis, qui Caroli M. pronepos fuit, apud Beatum Rhenanum et Franciſcum Guillimannum eſt: *Ernuſtus Notarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognoui.* Quae formula etiam in diplomatis Caroli Craſſi, Arnolphi et Ludouici III. deprehenditur, et frequentiſſima fuit ſub Imperatoribus Saxonicis. Hoc Archicapellani ſiue Archicancellarii munus a temporibus Ottonis M. in Germanico Imperio, ordine non interrupto geſſerunt Moguntini Archiepiſcopi, et diplomata Caeſarea eorum nomine ſubſcripta leguntur vſque ad Henricum VI. quo Imperante forma illa ſolita intermiſſa (4). Quanquam autem exſtare dicantur tabulae Impp. quibus hoc ius Moguntinae Sedi datum, et probabile videatur Mallinkrotio (5): tamen de Colonienſi non idem dixeris: Nam p) praeterquam

(2) annot. ad tom. I. Capitul. p. 1047.

(3) in Gloſſario.

(4) Gewold. de S. R. I. Septemuiratu. p. 701.

(5) De Archi-Cancell. Imperii Rom. Germ. p. 29. ſeq.

quod

ac fideles viri, qui praecepta Regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, et ſecreta illis fideliter cuſtodirent.

o) *Reliqui Capellani vel Notarii dicerentur)* Horum dignatio inde intelligitur, quod ex iis Epiſcopi plerumque ſumebantur. In Chronico Hildensheimenſi ad A. 993. eſt: *Bernuuardus Regius Capellanus ſanctae Hildineſchemenſi Eccleſiae ordinatur Epiſcopus.* Ad An. 1009. *Rhetarius Paderbornenſis Epiſcopus* II. *Non. Martii obiit. Cui Meinwercus Regis Capellanus ſucceſſit.* Ad A. 1029. *Brun Auguſtae Ciuitatis Epiſcopus, frater Henrici Imperatoris obiit. Cui Ippo Regius Capellanus ſucceſſit. Werinherus Argentinae Praeſul e mundo migrauit. Poſt quem Willehelmus Reginae Archicapellanus ſubintrauit.* Ad An. 1034. *Warmundus Conſtantiae Antiſtes obiit. Cui frater eius Eppo Regius Capellanus ſucceſſit.* Ad A. 1035. *Herimannus Hamburgenſis Metropolitanus ex hac vita migrauit. In cuius locum Adelbrondus regius Capellanus intrauit.* Ad A. 1037. *S. Agrippinenſis Eccleſiae Metropolitanus venerandae memoriae Piligrinus ad Chriſtum migrauit. In eius locum nobiliſſimae indolis iuvenis Hermannus eiuſdem Eccleſiae Archidiaconus, ſed Regius Capellanus et Ciſalpinus Cancellarius intrauit. Branthodus Halberſtadienſis Pontifex* VI. *Kal. Sept. diſceſſit, cui Burghardus Imperialis Cancellarius honorifice ſucceſſit.* Ad A. 1111. *In adſumtione S. Mariae apud Moguntiam Adalbertus omnium Cancellariorum, qui ante eum fuerunt in aula Regis, celeberrimus praeſente Imperatore, et conſentiente vnanimi Eccleſiae electione Moguntinus Archiepiſcopus conſtituitur.*

p) *Praeterquam quod alii ſub Impp. in Italia commorantibus, hoc munus geſſerunt)* v. Mallinkrot. *de Archicancellar.* Imp. pag. 221. ſeq.

quod alii ſub Impp. in Italia commorantibus, interdum hoc munus geſſerunt, q) ſub Friderico Aenobarbo demum et ſequentibus Imperatoribus, quando in Italia egere, non pauca vice Archiepiſcopi Colonienſis tanquam Italiae Archicancellarii ſubſcripta diplomata conſpiciuntur. Nam ita quoque Reinaldus Archiepiſcopus Colonienſis in Epiſtola: *Dilecto Domino et amico venerabili Sueſſionenſi Epiſcopo et Regni Francorum Cancellario, R. Dei gratia, ſanctae Colonienſis Eccleſiae Electus, Italiae Regni Archicancellarius.* Et in alia Epiſtola (6): *Praenobili Domino Ludouico glorioſo Regi Francorum R. Dei gratia ſanctae Colonienſis Eccleſiae Electus, et Italiae Archicancellarius.* Quo tempore etiam Moguntino Archiepiſcopo ſolennem Germaniae Archicancellarii titulum tributum, docent chartae. Quod vero Treuirenſem attinet, fatetur ipſe Browerus (7), eum Ottoni M. non poſſe munus ſuum acceptum ferre, et ex ſcriptore illis temporibus aequali, a quo Boëmundo Archiepiſcopo Treuirenſi, (hic A. 1299. viuere deſiit) Archicancellarii Arelatenſis Regni titulus tributus fuit, coniicit, eo potiſſimum tempore Arelatenſis Regni procurationem in Archicancellarii nomen migraſſe. Quanquam in iure Prouinciali Alemannico, quod circa tempora Friderici II. aut paullo poſt compoſitum videtur, et cuius excerpta ex Codice Ambraſiano nobis dedit Petrus Lambecius (8), iam tum legatur: r) Der Biſcholff

(6) Epiſt. 4. 4. d. tom. pag. 727.

(7) l. 16. Ann. Treuirenſ. ad A. 1299.

(8) l. 2. Comment. de Bibliothec. Caeſar. c. 8. p. 826.

q) *Sub Friderico Aenobarbo demum)* In priuilegio Friderici I. Imp. Epiſcopo Torcellenſi prope Venetias A. MCLXXVII. dato apud D. Leibnit. in Codic. diplomatic. prodromo n. 4. eſt: *Ego Godefridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi et Italici Regni Archicancellarii.* In diplomate Friderici I. Imper. dato apud ciuitatem Tridentinam A. 1155. quo Eccleſiae Leodienſi poſſeſſiones confirmauit, poſt monogramma ſubſcriptio haec eſt apud Ioann. Chapeauill. *tom. 2. Script. Leodienſ.* p. 107. *ſeq.* *Ego Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus et Italici Regni Archicancellarius recognoui.* Add. Gewold. *de* S. R. I. *Septemv. p.* 703. *ſeq.* Notatu autem dignum, iam 1094 Leonem IX. Pontificem Romanum Colonienſem Archiepiſcopum perpetuum S. Romanae Cardinalem S. Ioannis ante portam Latinam et Eccleſiae Romanae Archicancellarium creauiſſe. Vt auctor eſt Aegidius Gelenius *de admirand. magnitud.* Colon. *l. 3. ſynt. 1. §. 2.* Vnde probabile ſit, Imperatores noſtros exemplum illud ſecutos eſſe.

r) Der Biſcholff von Mentze iſt Chantzler ze Dutſchen Landen) In iuris Prouincial. Alemannici exemplari MSS. quo vtimur ſub titulo: Wer den Kunig kieſet, *quiſnam eligere debeat Regem:* ita legitur: Den Kunig ſollent kieſen drye Pfaffen Fürſten, und vier Leye Fürſten. Der Biſchoff von Mentze iſt Kantzler zu Dutſchen Landen, der hat die erſten Stimme, der Biſchoff von Trier die ander Stimme, der Biſchoff von Cölne die dritte. Unter den Leyen Fürſten iſt der erſten Zeweln an der Stymme der Pfallentz = Grave von Ryne des Riches Truchßeße, der ſol dem Kunige die erſten Schißelen fürſetzen und fürtragen. Der ander an der Stymme iſt der Hertzog von Sachſen des Riches Marſchalck, der ſol dem Kunige ſein Schwert tragen. Der Biſchoff von Cöln iſt Kantzler ze Lamparten. Der Biſchoff von Trier iſt Cantzler ze dem Kunigriche zu Arle, daß ſint drü Amt hörent zu der Kur. Der dritte iſt Marggrave von Brandenburg des Riches Kamrer, der ſol dem Kunige Waßer geben. Der vierte iſt der Hertzog von Peyern des Riches Schencke, und ſol dem Kunige den

Biſcholff von Mentze iſt Chantzler ze Dutſchen Landen, der hat die erſten Stimme an der Chur; Der Biſcholff von Trire iſt Chantzler über das Chunichrich Arel, der hat die andere Stimme an der Chur; Der Biſcholff von Chollen, der iſt Chantzler ze Lamparten, und hat die dritten Stimme an der Chur. *Epiſcopus Moguntinus eſt Cancellarius per Germaniam, et primus ſententiam dicit in Electione (Imperatoris;) Altera eſt Epiſcopi Trevirenſis, Cancellarii per regnum Arelatenſe; tertia Epiſcopi Colonienſis, qui in Longobardia Cancellarii munere fungitur.* Vtvt vix proferri poſſint chartae, ante Carolum IV. Imper. vice Archiepiſcopi Treuirenſis, velut Archicancellarii Galliae, ſubſcriptae (9), quo tempore etiam Moguntini et Colonienſes munus inſtauratum exiſtimamus. Cum certum ſit, s) poſt Friderici II. Imperatoris exceſſum modum illum ſubſcribendi veterum parum vel nihil obſeruatum fuiſſe, atque Imperiales chartas nullas a Moguntino, Colonienſi, Treuirenſi, ſiue per ſe, ſiue ad eorum vicem ſubſcriptas aut recognitas reperiri. Illud bene obſeruauit Mallinkrotius (10), t) munus recognitionis non ex negotiorum qualitate, qua ſc. vel Germaniam, vel Italiam, aut etiam Arelatenſe Regnum ſpectabant,

(9) Wagenſeilius de S. Roman. Imper. Officialibus. c. 2. §. 7.

(10) de Archi-Cancell. Imp. p. 23. et 37. d. libro. p. 46.

den erſten Becher fürtragen. *Regem eligunt tres Principes Eccleſiaſtici et quatuor Laici. Epiſcopus Moguntinus eſt Cancellarius per Germaniam, eius eſt prima ſententia* (in electione Regis); *altera eſt Treuirenſis, tertia Colonienſis Epiſcoporum. Inter Principes Seculares primus in electione ſuffragium fert Comes Palatinus Rheni Imperii Dapifer: hic menſae regiae primus dapes infert. Secundus ſuffragatur Dux Saxoniae, Imperii Mareſchallus: Hic regis enſem geſtat. Epiſcopus Colonienſis eſt Cancellarius Longobardiae. Epiſcopus Treuirenſis eſt Cancellarius Regni Arelatenſis. Haec tria officia ad Electionem* (Regis) *attinent. Tertius* (Electorum Politicorum) *eſt Marchio Brandeburgenſis Imperii Camerarius, hic dat manibus lymphas Regis. Quartus eſt Dux Bauariae Imperii Pincerna, qui primum Regi cyathum miniſtrat.* Qui vltimus locus ſatis probabile facit, Ius hocce aut ſub Friderico II. Imper. aut paullo poſt conſcriptum: nam a Friderico illo Wenceslao Regi Bohemiae, qui Monoculus dicitur, abiudicata dignitas Electoralis cum Archipincernatu adpexo, eiuſque loco Dux Bauariae pro Electore et Archipincerna S. Romani Imperii coepit haberi; donec Rudolphus Romanorum Rex An. 1290. Ottocari filium Wenceslaum Generum ſuum, Regem Bohemiae priſtino iure reſtituit. Vt erudite demonſtrauit P. Lambec. l. 2. *Commentar. Biblioth. Caeſar. c. 8. p.* 828.

s) *Poſt Friderici II. Imperatoris exceſſum- -nullas a Moguntino*) Hic tamen titulum retinuit, vt in charta A. 1302. apud Lehmannum l. 7. c. 4. *Nos Gerhardus D. G. Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* In charta A. 1314. apud Nicol. Burgund. l. 1. hiſtor. Bauar. *Petrus, Dei et Apoſtolicae Sedis gratia, ſanctae Moguntinae Sedis Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vt et Archiepiſcopus Colonienſis, cuius indicium eſt chartae A. 1275. initium apud Freherum *not. ad Petrum de Andlo l. 2. c. 1.* Wir Sy veſt Ertzbiſchoff von Cellen, des Reichs von Oberberge Ertz-Cantzler. *Nos Sylueſter Archiepiſcopus Colonienſis Imperii Citramontani Cancellarius.*

t) *Munus recognitionis non ex negotiorum qualitate*) Moris tamen erat, olim ſingulos Eccleſiaſticos Electores, tanquam Archicancellarios, territoriis diſtinctos, ſingula electionis diplomata conficere, offerenda Pontifici M. ab electis coronam poſtulantibus. Vt de tempo-

(11) de Archi-Cancell. Imp. p. 111.
(12) de S. Rom. Imp. Officialibus. c. 3. §. 1.

bant, [u]) ſed ex ſola Caeſareae demorationis differentia dependiſſe; praetereaque [x]) de limitibus Archicancellariatus Arelatenſis certi quid difficulter definiri poſſe. Eiuſdem Mallinkrotii (11) vera eſt obſeruatio, quam probat celeberrimus Wagenſeilius (12), rarum et infrequens ſemper fuiſſe, vt ipſi Archicancellarii ſubſcriptionis officio fungerentur, atque inde a primaeua eorundem inſtitutione ad Carolum V. vſque Imperatorem vix quatuor aut quinque ſe offerre exempla recognitionum, ab ipſis Archicancellariis praeſtitarum. Et licet ſub hoc Imperatore Albertus Brandeburgicus, Archicancellarius Moguntinus idemque Cardinalis, crebro nomen ſuum diplomatibus Caeſareis, inſolito more, ſubiecerit, cuius rei exempla paſſim et nominatim apud Chriſtophorum Gewoldum in libro de Septemuiris reperire ſit, tamen deinceps priſtinam rurſus conſuetudinem inualuiſſe, ipſosque Archicancellarios, vtvt in Diaetis vniuerſalibus aut particularibus, vel alia ex cauſſa in aula Caeſarea praeſentes, a ſubſcriptionibus temperaſſe. Addit Wagenſeilius: interim facultate hac eos vti poſſe, ſi ſingulari gratiae ac beneuolentiae erga aliquem id tribuere velint, nemo eſt, qui vocet in controuerſiam, et ſemel iterumque noſtro aeuo id factum nouimus. [y]) Caeterum ſub Sueuicis Imperatoribus a ſaeculo XII. nouus mos inductus fuit, etiam poſt interregnum diu continuatus, vt teſtium et quidem perſaepe complurium

temporibus Ludouici Bauari notauit Nicolaus Burgundus, l. 1. *Hiſtor. Bauar. ad A.* 1314.

u) *Sed ex ſola Caeſareae demorationis)* Idcirco eſt duplex diploma Caroli IV. quo Villae Pontis Moncionis nomen et titulum Ciuitatis contulit, vno A. 1356. Metis dato, cuius ſubſcriptio eſt: *Ego Ioannes Dei gratia Luchoniſchlenſis Epiſcopus, Sacrae Imperialis aulae Cancellarius vice Reuerendi in Chriſto Patris Domini Boemundi Treuirenſis Archiepiſcopi, Sacri Imperii per Galliam et Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarii recognoui.* Altero A. 1372. Pragae dato, cuius ſubſcriptio: *Ego Ioannes Olomicenſis Epiſcopus, Sacrae Imperialis Aulae Cancellarius vice Reuerendi in Chriſto Patris Domini Ioannis Moguntini Archiepiſcopi Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognoui.* Vtrumque diploma exhibet Ioan. Iacob Chifletius, *Commentar. Lotharienſ. c.* 5. Hinc mirum videri poſſet, cum Aquisgrani Carolus V. coronaretur, praeualuiſſe Moguntinum, vt Imperatori typaria offerret, quod Treuirenſis iuris eſſe ſui propterea cenſebat, quoniam Aquisgranum in Gallia Belgica, cuius ipſe Cancellarius, ſitum eſſet. v. Caſpar Ens apud Goldaſtum *Polit. Imperial. Part.* I. *p.* 74. Mireris quoque, tabulas priuilegiorum Veneto Duci ab Henrico VI. Imper. A. 1111. conceſſorum apud Nicolaum Craſſum *in not. ad Donati Ianot. remp. Venet. p.* 450. Veronae Brucardum Cancellarium et Monaſterienſem Epiſcopum vice Alberti, Archicancellarii, Moguntiae ſedis electi recognouiſſe.

x) *De limitibus Archicancellariatus Arelatenſis certi quid difficulter)* Quae inter Moguntinum et Treuirenſem hac de re quondam agitata v. apud Boeclerum *l. 6. Notit. Imper. c.* 5. Receſſus Imperii Treuiris et Coloniae conditos primo loco a Moguntino ſubſcriptos eſſe conſtat.

y) *Caeterum ſub Sueuicis Impp. a ſaeculo XII.)* Obſeruat Ioannes Tilius *de rebus Gall. libro, p.* 273. hanc rationem, vt ſumma Regni officia adprobationis ergo ſubſcriberent, a Romana ſede profectam eſſe, quia papales Bullae a certo primorum Cardinalium numero

plurium ſubſcriptiones admitterent: cum pauca ſub Merouingica aut Carolingica ſtirpe eius generis diplomata exſtent, vt obſeruauit Mabillonius (13) et ſub Imperatoribus Saxonicis nulla inueniantur. v. Leuberus (14).

(13) 2. de Re dipl. 21. §. 1. et 2.
(14) De Stapul. Saxon. n. 1547. n. 1509.

XV. Tempus ita exprimebatur in Merouingicorum Regum tabulis: *Datum quod fecit menſis - dies - anno - Regni noſtri, Compendio in Dei nomine feliciter*, ſeu datum ſub die V. Kalend. Decembr. Eas annos ab incarnatione Domini adſcriptos non habuiſſe, probat Zylleſius (1) his verbis: *Manifeſte conſtat ex hiſtoria, Dagoberti aetate et multo etiam poſt ad Caroli M. tempora, expeditas non fuiſſe a Regibus Francorum literas aſcriptis incarnationis Domini annis. In teſtes appellantur omnes, quotquot viderunt veterum litteras, et ſignate qui Dagobertinas aliquas in originali tractarunt, quos inter ſunt Domini Praeſides et Aſſeſſores Camerae Spirenſis, quibus Weiſſenburgenſe Diploma Dagobertinum non ita pridem in originali exhibitum fuit, prout et olim bina Weiſſenburgenſia Diplomata Dagobertina Hagenoae Maximiliano I. Imp. eiusque filio Philippo in frequentiſſimo Procerum coetu An. MDV. ſunt exhibita in originalibus a Rudigero vltimo Abbate Weiſſenburgenſi et primo ibidem Praepoſito, contendente cum Philippo Comite Palatino Rheni. Haec omnia Diplomata nullos habuerunt inſcriptos annos incarnationis Domini, nec habebunt vnquam, niſi ab infida manu addantur.* Eundem morem tenuit Carolus M. in diplomatis, quae ad res Eccleſiarum, Monaſteriorum priuatarumque perſonarum pertinent. Quanquam nonnulla, quae rempublicam maxime ſpectant, cum annis Regum adiunctos habeant annos incarnationis. Vt non dubiae fidei chartis oſtenderunt Mabillonius et Nicolaus Schaten l. VIII. *hiſtor. Weſtph.* p. 577. qui etiam *l.* IX. *ad* A. 802. profert diploma Caroli ipſius manu, et ſigillo conſignatum, quo D. Ludgero, adſcripto incarnationis anno, Lothuſium donauit. [z]) Adde diploma fundationis Epiſcopatus Verdenſis, apud iam nominatum Schaten (2) et Conringium (3). Sane modum numerandi annos a Natiuitate Chriſti tempore Caroli M. non inuſitatum fuiſſe, euincunt inter alia ſynodi apud laudatum Mabillonium (4). [a]) Vt ſimpliciter conce-

(1) Part. 2. p. 59. ſeq.
(2) L. 8. hiſtor. Weſtphal. p. 508.
(3) In annot. ad l. 1. de finib. Imper. c. 4.
(4) 5. de Re diplom. tab. 54. 55. 57.

ro ſubſignabantur, alioqui irrita habebantur. Gregorium VIII. conſtitutionem feciſſe de electione Imperii, quam formam ſubſcriptionis Caeſares aduehentes Roma exemplo fuiſſe Regibus Galliae. Principes noſtri, *inquit porro*, in ſuis chartis ab eo tempore eundem morem tenuerunt, vt alibi dicemus.

z) *Adde diploma fundationis Epiſcopatus Verdenſis, apud Schaten et Conringium)* Hoc tamen falſitatis arguit, rationibus non ineptis, Papebrochius *in vita S. Suiberti Epiſcopi Verdenſis ad* 30. *April.*

a) *Vt ſimpliciter concedendum non ſit, Carolum Craſſum)* Dauid Blondellus in pleniore Genealogiae Francicae adſertione. *Neque vlla*, inquit, *Francorum monumenta tota Pipini, Caroli M., Ludouici Pii et filiorum aetate Chriſti Annis, quod poſtea in more*

concedendum non ſit, quod magno alias conſenſu traditur, Carolum Craſſum Imper. primum fuiſſe, qui libellis, epiſtolis et diplomatibus annos natiuitatis Seruatoris adpoſuerit, edixeritque, vt deinceps anni a Natiuitate Seruatoris numerarentur. Ab eo tamen tempore mos perpetuus ad noſtrum vſque aeuum perennauit. Atque haec *prima* eſt *differentia* a Merouingicorum Regum tabulis. *Altera* in eo verſatur, quod modus ſignandi tempora per indictionem coeperit ab Imperio Caroli M. i. e. ab ineunte A. DCCCI. quod cum Papebrochio indubitanter pronuntiat Mabillonius (5): Cum vero tres ſint indictionum ſpecies, Romana, quae ſurgit a die 24. Septembris Iuliani, Conſtantinopolitana et Pontificia. b) Romana, quae et Imperatoria hodie dicitur, vt eſt a Conſtantino M. mox ab initio inſtituta, ab Impp. poſtea ſeruata fuit; eiuſque vſum Tabelliones in Imperio adhuc hodie retinent. Eſt et *tertia differentia*, quod Merouingici ſolum *Datum* vſurpauerint; Carolingi *Datum* ſeu *Data* et *Actum* diſtinxerint in vna eademque charta, quorum vnum fuit rei tranſactae, alterum confecti inſtrumenti. Idque in Imperio ad interregnum a morte Friderici II. duraſſe videtur. Nec omittenda *quarta differentia*, quando Merouingici Reges *Datum* quaſi a ſe poſitum efferebant, vt intelligitur ex formula: *anno Regni noſtri.* Quod plerumque aliter factum in tabulis Carolingicae familiae Regum vel Imperatorum. Vt innuit formula: *Anno Regni vel Imperii glorioſiſſimi, vel sereniſſimi Imperatoris vel Regis.* Idque in Imperio obtinuiſſe puto ad Rudolphum I. Habsburgicum, a quo et ſucceſſoribus Merouingica ratio poſtliminio reducta. Caeterum ſub Carolidis, et poſt ſub Saxonicis ac deinceps dies notis numeralibus Romanorum exprimi ſolebant. At poſt Rudolphum Habsburgicum, in chartis praeſertim Germanicis nomen diei a Sancto, qui nomen diei dedit, aut die, qui feriatum vel praeceſſerat vel ſequebatur, plerumque dinumerari conſueuit. v. g. Mitwoch nach St. Michaelis Tag. *Die Mercurii poſt feſtum Sancti Michaëlis* (Archangeli). v. Limnaeus (6).

(5) 2. de Re diplom. 26. §. 5. et l. 5. in tab. 16.

(6) Ad artic. 34. Capitul. Caroli V. p. 364.

XVI. Lo-

more poſitum, conſignata reperiri, ſi forte Synodica excipias. Hoc impugnauit Bollandus *in comment. praeuio vitae B. Ioannis* §. 7. *ad diem* 27. *Febr.* Iam M. Freherus in not. ad Conſtitut. Caroli Craſſi de feudis ſcribere non dubitauit: *Auentinus ſcribit, Carolum III. ſiue Craſſum primum annos Chriſti in inſtrumentis adnotari feciſſe, ſed fallitur, quando et in Caroli M. Francorumque Regum diplomatis adparent.* Hundius im kurtzen Auszug Hiſtoriſcher Obſervationen lit. I. So findet man aber, daß ſolliches auch zuvor bey Carolo M. ſeinem Sohn Ludouico und ſeinen Aenickel Ludouico König in Bayern ſchon im Gebrauch geweſen, wie Auentinus ſelbſt auch bekandt *eodem libro* 4. fol. 388. Davon findet man bey dem Stifft Paſſau etliche Diplomata oder Brieff, ſo in meiner Metropoli Salisburgenſ. bey den Paſſauiſchen Biſchoffen einkommen.

b) *Romana, quae et Imperatoria hodie dicitur)* Hanc deſcribit Rhabanus Abbas Fuldenſis *libro de computo* n. 66. 67. apud Stephan. Baluzium, l. 1. *Miſcellaneor.*

XVI. Locus quoque addebatur. Heic iterum diſcrimen obſeruare eſt: nam Merouingici non ſolent ad deſignandum locum ſubiicere palatii aut villae publicae vocabulum, quod Carolingis familiare eſt. Poſt eos in Germaniae Imperio prior modus fuit receptiſſimus, etiamſi alter quoque interdum vſurparetur: vt in Henrici II. Imper. diplom. A. 1022. *actum in Triburia regia villa palatio publico in Dei nomine feliciter. Amen.* De Palatiis Regum Francicorum diligentiſſime egerunt Hadrianus Valeſius (1), et Iohann. Mabillonius *libro de Re diplomatica quarto integro.* De Palatiis et Domiciliis (vulgo Pfaltzen oder Kayſerl. Lager-Statten) Impp. Saxonicorum, et qui poſt eos Imperium habuerunt, vid. Beniam. Leuberus (2). [c]) Inter Imperatores enim Germanicos primus ſedem in ducatu ſuo fixam habuit Ludouicus Bauarus, et poſt in Hungaria plerumque eius exemplo Sigismundus Imperator.

(1) In Notitia Galliarum.

(2) Magdeburg. Stapel Unfug. n. 767. ſeq. add. Fritſchius de Palat. et Dom. Domin. c. 5.

XVII. In ſigillis, quantum attinet eorum mentionem, et quatenus adfigebantur, itidem diuerſitatem obſeruare poſſumus. Nam Merouecadae ſigillare non meminerunt in chartis, vtique vero Carolidae, hac, aut ſimili formula: *Vt hoc auctoritatis noſtrae praeceptum firmum ac ſtabile permaneat, hanc chartam ſcribi, et annuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus.* Deinde ſub illis ſigilla adfigebantur paullo ſupra extrema Datae (quam vocant) verba: ſub his plerumque poſt Cancellarii aut Referendarii nomen, quod, vt ſupra diximus, in contextas conuolutaſque lineolarum tricas ſigillum Regium circumcingentes deſinebat. Illud ſub vtriſque vt plurimum obtinebat, vt ſigilla ad extremam chartae oram adfigerentur. Carolidarum morem ſequentes Imperatores vel Reges plerumque retinuerunt.

XVIII. Coronidis loco libet de priuilegiis Imperatorum vel Regum Germanici Imperii Auctorem libelli *Syntagmata dictandi* inſcriptionem habentis, quem ex Codice Metenſis Eccleſiae, ſcripto ante annos quingentos, Ioannes Mabillonius (1) protulit, audire: *Praecepta vel*

(1) l. 6. de R. D. n. 207.

c) *Inter Imperatores enim Germanicos primus ſedem* etc.) Adlzreit *part. 2. Ann. Boiic.* l. 7. §. 85. Sigismundus Imperator ſequutus exemplum Ludouici Bauari, in Hungaria plerumque Regiam habuit, cum Caeſares praeſertim Saxonici, Sueuici ſanguinis, ante Ludouici tempora nullam fixam ſedem haberent, ſed domeſticis poſſeſſionibus heredum fidei commendatis pro re nata in vrbibus Imperii et Epiſcoporum domiciliis per vices et velut in orbem Imperii negotiis darent operam, veſtigalibus et Caeſareo fiſco cum Principibus, qui officii cauſſa frequenter aderant, victitantes.

vel mundiburdia magnatum et ſaecularium poteſtatem ſunt ſolum. Proprie autem Regum vel Principum Praecepta ſignum certum non habent in exordiis, ſed, quod facere ſcriptoribus collibuerit, vel crucem, vel chriſmon, vel litteram quamlibet circumdatam ſerpentibus in hunc modum vel quodlibet aliud quod voluerit. Solet autem prima linea Praeceptorum longis et aequalibus litteris figurari. Initium autem Praeceptorum huiusmodi eſt: In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Heynricus Gratia Dei Imperator Aug. *Poſt iſtum prologum introducitur quaſi perſona Imperatoris loquentis, reddentisque cauſſam, qua inductus illud voluerit praeceptum ſtatuere, dicens, Regiae dignitati competere, vt talium virorum, a qualibus ipſe rogatus eſt, non debeant contemnere preces: vel quam voluerit facere illius edendi praecepti vel mundiburdii iuſtam cauſſam inſinuans. Poſthaec, quod ipſe loci illius homini ſua auctoritate concedat, vel roboret, erit illud ſubinferendum. In fine vero praecepti illud erit locandum, vt, quicunque contra illius praecepti decretionem fecerit, mille auri optimi libras, vel quodlibet aliud pretium, quod inſtituerit Imperator, ſe perſoluturum cognoſcat, medietatem regiae Camerae, et medietatem loco vel homini illi, cui illud pretium conſcribitur. Poſthaec, quod Imperator propria manu ſubſcripſerit, et proprio ſignari ſigillo iuſſerit, erit adiiciendum. Poſt completum praeceptum monogramma eſt ponendum, in quo nomen Imperatoris Augusti Dei gratia habeatur connexum, vel alia quaelibet, quae Imperatorem condeceat. Ex vtraque autem monogrammatis parte longioribus et aequalibus litteris ſcriptum erit ſignum Domini illius Imperatoris ſereniſſimi vel Auguſti, vel aliud quodlibet huiuſmodi. Poſt monogramma prolixioribus et paribus litteris ſcribitur*: HEINRICVS *vel* A. CANCELLARIVS vice G. Vercellenſis Epiſcopi recognoui *iſtud factum. In vltima cartae linea quoto anno a Domini incarnatione, et quota indictione, et quo Regni vel Imperii illius Imperatoris anno, et quo loco, litteris erit communibus conſcribendum.*

XIX. Dignum quoque notatu de chartis Wenceslai eſt, eas non aeſtimari, cum ſint, qui referant, illum membranas ſiue chartas dediſſe vacuas, ſolum ſigillum in imo continentes, ab aliis implendas. v. Limnaeus (1) et Blondellus (2).

(1) tom. I. addit. ad l. 2. c. 11. p. 26. ſeq. tom. II. addit. p. 63.
(2) praefat. apologet. XXIV. 4.

SECTIO

SECTIO II.

DE

DIPLOMATIS REGVM, ET QVEMADMODVM AB IMPERATORIIS DISTINGVANTVR.

I. Regis, cuius homonymia traditur, diplomata differebant ab Imperatoriis diplomatis.
II. Primo, quod ille Rex, hic Imperator diceretur.
III. Secundo, ratione ſubſcriptionis.
IV. Tertio, ratione ſubſignationis.
V. Quarto, ratione notationis temporis.

I.

Cum in Imperatorum et Regum Diplomatis differentia multiplex obſeruetur, non inutile fuerit illa cum his contendere. Vbi praemittendum, Regis apud Germanos ſignificatum non vnum fuiſſe. Sub Merovingis Regum liberos, viuis etiam patribus, Reges vocari, morem fuiſſe, exemplis probat Hadrianus Valeſius (1). Quae res chronologiam non parum conturbauit. Poſtea (quae *prima* erit nobis *ſignificatio*) ſub Carolingis deinceps ſaepius Regis vocabulum denotauit ſummum Germanici Imperii Rectorem nondum a Pontifice Romano coronatum, ſiue, vt Monachus S. Iuſtinae Paduanus (2) loquitur, *electum in Regem et futurum Imperatorem.* Quae ſignificatio apud Germanos deſiit, poſtquam Ferdinandus I. ob concertationem cum Paullo IV. Pontifice, coronam Romanam petere omiſit, [d]) eiuſque exemplum ſucceſſores ſecuti ſunt, [e]) a coronatione Germanica protinus electos Imperatores ſe nuncupantes. Deinde, (quae *altera* eſt *notio)* cum ſucceſſio adhuc in Imperio vigeret, deſignauit

(1) l. 7. Rer. Francic. ad A. 515.

(2) l. 1. Chron. rerum in Longobard. geſt. A. 1248.

(3) Vid. Thuanum l. 21. act. A. 1558.

d) *Eiuſque exemplum ſucceſſores ſecuti ſunt)* De Maximiliano II. Rudolpho II. et Matthia, vid. Reinking. *l. 1. de R. S. et Eccl. l. 3. c. 8. n. 20.* Iam Maximilianus I. *electi Imperatoris* titulum ante confirmationem Pontificiam vſurpauerat; cuius cauſſam ipſe reddit in epiſtola ad Ericum Ducem Luneburgicum ſcripta, apud Iuſtinum Goblerum *Chronic. Geſtor. Maximil. I. Imper. per Ericum Ducem,* ne ſc. Pontificem offenderet, quaſi ex contemtu coronationem illam neglexiſſe videretur. Addatur memorabile eius reſcriptum ad Senatum Eſslinganum 8. Febr. 1508. apud D. Dattium *l. 3. de Pac. publ. c. 7. n. 29.* Inauguratio autem eius A. 1508. non Romae ſed Tridenti per Nuntium Apoſtolicum facta. v. Sigiſmund. a Bircken l. 6. Spiegel der Ehren des Ertz=Hauſes Oeſterreichs, *ſiue Speculo c. 13. Honoris Archiducalis Domus Auſtriacae.* A quo tempore Maximilianus conſtanter electi Romanorum Imperatoris titulo vſus fuit. v. D. Dattius d. l. n. 32. Add. Petr. Martyr. Anglerium *l. 21. epiſtol.* 381.

e) *A coronatione Germanica protinus electos Imperatores ſe nuncupantes)* Notanter dicimus a coronatione Germanica: ante eam enim Reges vocari, docent principia Capitulationum.

deſignauit illos, qui in ſpem Imperii adſumebantur, [f] quales apud Romanos Caeſares dicti. Exempla videantur apud Witikindum (4). Ita [g] Conradus II. Imperator Henricum III, [h] hic Henricum IV. ſub Regis nomine ſucceſſorem deſignauit. [i] Coimperatorem vocauit Otto M. filium cognominem, [k] quippe, viuo Patre, coronatum a Pontifice Romano, in diplomate A. 969. apud D. Sagittarium (5), quo praedium quoddam Hunoldishuſen nominatum, ſitum in prouincia Haſſorum S. Mauritio Martyri in ſupplementum, operis Magdeburgici concedit. Adde alia eiuſdem Ottonis diplomata A. 970. et 978. apud laudatum Sagittarium (6) et alia A. 969. apud Nicol. Schaten (7). [l] At poſtquam electio introducta, Rex dicitur, (quae *tertia* eſt *notio*) qui viuo Imperatori velut adiuua et vicarius adiungitur, et poſt deceſſum eius ius Imperii nullo alio intercedente actu habet. Qua in notione hodie vocabulum Regis vtplurimum accipitur. Nobis heic Rex in prima ſignificatione intelligitur. Licet enim differentia inter Imperatorem et Regem hunc magis [m] ſit nominalis, quam realis, cum Rex omnia potuerit, quae Imperator, vt recte obſeruauit Limnaeus (8): tamen in diplomatis, vt dixi,

(4) l. 1. et l. 3.
(5) In Antiquitatibus Archiepiſcopatus Magdeburgenſis §. 121. conf. Limnaeum ad artic. 31. Capitular. Rudolph. verſu und nicht eſſe, p. 523.
(6) d. l. §. 125. 126. 127.
(7) l. 4. Ann. Paderborn. ad A. 968.
(8) ad c. 2. A. B. §. 5. obſeruat. 5. confer. ad cap. 1. §. 1. obſ. 5. p. 62. ſeq.

f) *Quales apud Romanos Caeſares dicti)* obtinebat idem mos conſtituendi conſortem Imperii apud Gallos, ſiue Francos Occidentales. Nam ita Glaber Radulphus l. 2. hiſt. c. 2. de Hugone Capeto: *Cum ſe cognouiſſet iam aliquantum viribus defici, congregatis in Aureliana vrbe quibuſque Francorum ac Burgundionum Regni Primoribus, Robertum filium ſuum Anno ſc. tertio decimo ante milleſimum incarnati Saluatoris adhuc ſe ſuperſtite Regem conſtituit.* Idem l. 3. hiſtor. c. 9. de Roberto: *Regio in Compendio adſcitis Regni Primoribus coronam, vt decreuerat, ex more a Pontificibus fecit puero* (Hugoni) *imponi.*

g) *Conradus II. Imperator Henricum III.)* Glaber Radulphus l. 5. hiſtor. c. 9. A. 1037. *Eodem anno Chuonradus apud Saxoniam Romanorum obiit Imperator. Cuius filius Henricus nomine, quem ipſe viuens pro ſe Regem conſtituerat, imperauit.*

h) *Hic Henricum IV. ſub Regis nomine ſucceſſorem deſignauit)* Chron. Hildenſheimenſe ad An. 1056. *Henricus infirmari coepit, et perductus ad mortem filium ſuum Heinricum Romani Pontificis ceterorumque Pontificum et Principum electione Regem conſtituit.*

i) *Coimperatorem vocauit Otto M.)* Ipſe quoque in charta A. 973. apud Franc. Guillimann. 2. *Habsb.* 7. *Otto iunior, ſenioris diuina annuente clementia coimperator Auguſtus.* Hinc emendandus Sigebertus in Chron. A. 971. in edit. Piſtorii p. 586. vbi legitur: *Ottoni coimperatori ſuo.*

k) *Quippe, viuo Patre, coronatum a Pontifice Romano)* Ipſe Otto M. in epiſtola ad Hermannum et Theodoricum Duces *ſcripta decimo quinto Kal. Februarii in Campania iuxta Capuam.* apud Witikindum *l. 3.* in calce: *Filius noſter in natiuitate Domini coronam a Domino Apoſtolico in Imperii dignitatem ſuſcepit.*

l) *At poſtquam electio introducta, Rex dicitur, qui viuo Imperatori adiungitur)* Hunc Friderici I. ſiue Barbaroſſae tempore *Romanorum Regem* inſigniri coepiſſe, cum antehac ſimpliciter Rex diceretur, obſeruauit Viquefort. *de l'election de l'Empereur. c. 8. p. 114.*

m) *Sit nominalis, quam realis)* v. Formula adpellationis Ludouici IV. aduerſus decretum Pontificis A. 1324. et quae Theologi pariter ac Iuriſprudentes tum exiſtimauerint, apud Nicolaum Burgundum *l. 3. hiſtor. Bauar.* candide iſthaec omnia narrantem. Confer additiones ad Annales Rebdorff. A. 1339. M. Freheri

dixi, differentia multiplex deprehenditur, ſiue reſpicias ſubſcriptionem et ſubſignationem, ſiue ſubnotationem temporis.

11. Princeps igitur differentia eſt, quod ante inaugurationem Romanam Rex, poſt eam Imperator Auguſtus adpellaretur. Initium fecit Carolus M. Francorum Rex, poſtquam Anno octingenteſimo primo ſecundum ſupputationem vulgarem, quae a natiuitate Domini annum inchoat, (nam de alia forte intelligendi, qui inaugurationem reiiciunt in An. 800. de quibus ſupputandi rationibus diuerſis erudite diſſeruit Mabillonius) (1) titulo Romanorum patritii omiſſo, titulum *Imperatoris Auguſti* accepit. Quanquam autem ſucceſſores eius Auguſti vel Imperatoris nomen n) non a die conſecrationis Pontificiae, ſed quiſque a morte Patris, vel deſignatione ſucceſſoris ab eo facta adſumſerint, neque annos regni atque Imperii diſtinxerint, vt ex diplomatis bene obſeruauit Onuphrius Panuinius (2): tamen Carolus II. cognomento Caluus, Ludouici Pii Imperatoris natu minor filius, poſt mortem Ludouici II. patruelis IIX. Calendas Ianuarias ineuntis A. Chriſti DCCCLXXVI. a Iohanne Papa VIII. Romae inunctus et Imperator coronatus, ab eo demum tempore ſe et Imperatorem et Auguſtum dixit, et annos Regni atque Imperii iterum diſcreuit. Cuius rei cauſſa fuit, quod ipſe primus omnium Imperium nec ſola hereditate nec ſola electione habuit. Nam neque heres a Ludouico II. Imperatore ſine liberis decedente inſtitutus fuerat, neque ab vllo electus, ſed per ſeipſum Imperii Romani titulum accipiens, Pontificiam Imperii Coronam Romanique Pontificis conſenſum magna pecunia emit, praeſertim, cum multi tunc eſſent Ludouici illius mortui propinqui, qui ad Imperium adſpirarent. Exemplum autem huius

(1) l. 2. de Re diplom. c. 23. §. 4. ſeq.

(2) de Comitat. Imper. c. 5. conf. Conring. de German. Imper. Roman. c. 10. ad Lamp. p. 3. c. 2. p. 102.

heri *tom. I. Scriptor. Germanor.* p. 426. *ſeq.* Iam ante, cum Alberto coronam Imperii denegaſſet Pontifex Rom. is impoſita ſibi regni corona gladium tenens in manibus dicebat: *Quid ergo, ſi Papa mihi coronam denegat! electione Principum et Rex ſum et Imperator*, teſte Trithemio *chron. Hirſaug. ad A.* 1299. Poſtea etiam ſub Wenceslao Rege Vbertus de Lampaniano vtriuſque iuris Doctor defendendum ſuſcepit: *Ante coronationem, facta in Alemannia electione ſolenni, Dominum Imperatorem conſequi nomen Imperatoris et Imperii, ſiue totius Reipubl.* vid. Maderi appendix otiis Imperialibus Geruaſii ſubiuncta *n.* 24. p. 116. Pertinet etiam huc Goldaſt. *Monarchia S. R. Imperii.* Hinc inepta merito videatur cauillatio Aeneae Syluii *hiſtor. Friderici* III. *pag.* 810. contendentis, ante coronationem Pontificiam rectius Teutonicorum, quam Romanorum Regem adpellari.

n) *Non a die conſecrationis Pontificiae, ſed quiſque a morte patris, vel deſignatione* etc.) Eginhardus vit. Caroli M. memorat, *Carolum M. congregatis ſolenniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio conſortem ſibi totius Regni et Imperialis nominis heredem conſtituiſſe* (Ludouicum), *impoſitoque capiti eius diademate Imperatorem et Auguſtum iuſſiſſe adpellari.* Et tamen Stephanus IV. Pontifex An. Chr. 816. Ludovicum hunc in Eccleſia Remenſi coram clero *et omni populo conſecrauit, et vnxit ad Imperatorem*, vt auctor eſt Theganus Chorepiſcopus Treuirenſis.

huius Caroli Francorum Reges et in o) Germanico Imperio Imperatores facti ad ſuperius vſque ſaeculum conſtanter obſeruauerunt, niſi quod Conradus III. p) forte ob diſcordiam cum Pontifice ab Imperatorio titulo non abſtinuit, etſi Romae non coronatus, vt obſeruat Goldaſtus (3), et confirmant duae eius epiſtolae ad Porphyrogenitum Comnenum hoc titulo inſignitae apud Ottonem Friſingenſem (4). Caeteri autem omnes vel *Dei gratia Reges Romanorum*, vel *electos Imperatores Romanorum* ſeſe adpellauerunt. Electi autem Romanorum Imperatoris titulum ferc intra annos ducentos coepiſſe, adſerit Herm. Conringius (5). De quo tamen dubitari poſſit: nam Ill. Leibnitius in *Cod. diplomat. prodromo N. 5.* profert epiſtolam decretalem Gregorii VIII. ad Henricum VI. Regem Roman. Friderici I. Imperatoris filium A. 1187. in qua illum illuſtrem Regem *electum Romanorum Imperatorem* nominat. Apud Eund. *d. prodr. n. 14.* Vrbani IV. epiſtola inſcripta eſt Richarto *in Romanorum Regem electo.*

(3) in replicat. pro Imperio c. 36.

(4) l. 1. de geſt. Friderici c. 23.

(5) ad Lamp. part. 3. p. 102. ſeq.

III. Subſcriptio, quae nomine Regis fiebat, talis, vel ſimilis erat: *Signum Domini Ottonis inuictiſſimi Regis*, a qua diuerſa, *Signum Domini Ottonis M. et inuictiſſimi Imperatoris.* Vbi obſeruandum, monogrammata regum, quae interponi ſolebant, a temporibus Conradi Salici diuerſa fuiſſe ab Imperatoriis. Specimen eſt apud Henricum Meibomium (1), qui Ottonis IV. monogramma geminum exhibet, vnum, quo a coronatione Aquisgranenſi, alterum, quo poſt inunctionem Pontificiam eſt vſus. Sunt etiam, qui notant, nomini Regis *Augusti*, nomini Imperatoris *ſemper Auguſti* titulum additum. q) Enimvero

(1) In Relectione apolog. pro Ottone IV.

o) *Et in Germanico Imperio Imperatores facti*) Ante Reges nominabantur. Quod enim Witikindus libro 1. et libro 2. poſt victoriam Hungaricam Henricum Aucupem ab exercitu *patrem patriae Imperatoremque* adpellatum ſcribit, adclamationibus militum, non ſolenni ſtylo tribuendum. Haud dubie etiam Germani militis, lingua vernacula vſi, voces ſic reddidit Witikindus, vt recte docet Conring. *de Germanor. Imper. Roman. c. 9. §. 16.* Hinc dubites de fide diplomatis ſuper protectione Archiepiſcopatus Treuirenſis A. 906. apud Magerum *de Aduocat. c. 5. n.* 344. Cuius initium: *Otto diuina Clementia Romanor. Rex atque Imperator*, et finis: *Actum feliciter in Dei nomine in Chalaen indictione 2. Regni Imperiique noſtri Anno 9.* Auget falſi ſuſpicionem ſigillum, cui inſculptum ſcribit Magerus, *ſcutum, roboratum aquila bicipite in pectore geſtante ſcutum faſciis plenum.*

p) *Forte ob diſcordiam cum Pontifice*) aut, vt aegre faceret Comneno. Nam ita A. de Geſtis Ludouici VII. Regis Gall. A. 1146. c. 8. apud Franciſcum du Cheſne *tom. 3. Script. Franc.* de Conſtantinopolitanis Imperatoribus: *Inuident Alemannis, nec vellent, quod poteſtas eorum et dominium creſceret. Dedignantur valde, quod Imperator Alemannus Imperatorem ſe nominet Romanorum. Volunt enim dicere, quod ſuus Imperator de iure debet totius mundi monarchiam obtinere.* Ludouicus quoque Bauarus ante coronationem Romanam codicillis mandati, quos legatis ſuis dederat, Caeſaris titulum nomini adſcripſerat, quod Pontifex Iohannes XXII. aegerrime tulit. v. Nicol. Burgundus *l. 2. hiſtor. Bauar.* A. 1324.

q) *Enimuero hoc diſcrimen falſum eſſe, complura diplomata euincere poſſunt*) Vt diplomata Henrici VI. Regis A. 1190. et A. 1193. apud Nicolaum Schaten l. 9. Annal. Paderbornenſ.

vero hoc diſcrimen falſum eſſe, complura diplomata euincere poſſunt. Equidem in inſtrumento pacis, Conſtantiae inter Fridericum Imperatorem et Italos An. 1183. compoſitae, legitur: *Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, et filius eius Henricus ſextus Romanorum Rex, Auguſtus.* r) Verum heic Rex non in prima, ſed tertia ſignificatione ſumitur. Sunt praeterea, qui putant, numerales notas eiuſdem nominis Regum ab inauguratione Pontificia dependere, quam ſententiam Italorum propugnauit Onuphrius Panuinius (2) prouocans ad diplomata. Aſt Paulus Langius Monachus in Chronico Citicenſi (3) apud Piſtorium (4) loquutus de Henrico II. *Henricus,* inquit, *iſte primus appellatur ab Hiſtoricis Italicis.* s) *Ipſe tamen ſemet ſecundum aſſerit in ſyngrapha ſua, quae Babenbergae exſtat, clare indicat. Primus quidem Henricus Pater Ottonis M. Hic, quia Romae coronatus non fuit, ab Italis non numeratur, et ita cum Conradis et Lothariis faciunt. Noſtrates autem Hiſtoriographi Henricum memoratum Ottonis M. Patrem primum ponunt, quia in Germania ſtrenue et optime imperauit, et ita de aliis.* Et H. Mutius (5) agens de Henrico ſancto ſcribit: *Hic Henricus appellatus eſt ab Electoribus Imperii Henricus ſecundus, ſed Itali, quem Germani crearant, Henricum Aucupem Parentem Ottonis M. non connumerabant inter Imperatores; hunc ergo primum vocant, ſed opponi aduerſus eos poteſt textus ille, Conſtitutio eſt et Palea, 63. diſtinct.* Sane, pro hac ſententia facere videntur diplomata multa, Henrici Claudi, ſiue Sancti, qui et Rex et Imperator, ſecundum ſe adpellavit, in diplomat. Anno 1011. 1014. An. 1016. An. 1017. An. 1018. An. 1020. An. 1021. An. 1023. apud Nicolaum Schaten (6), nec pauciora Henrici Imperatoris, qui Henrici Nigri filius fuit, et quartum ſe nominauit. In diplomate A. 1065. apud Zylleſium (7): *Signum Domini Henrici IV. Regis.* In diplomate 1066. apud eundem: *Signum Domini Henrici IV. Regis.*

(2) De Comitiis Imperatoriis c. 5.
(3) Ad An. 1002. et ad A. 1014.
(4) Tom. VII. Script. Germ.
(5) l. 14. Chronic. Germ. p. 108. addatur Nauclerus l. 2. Gen. 34. fol. 148. Cranz. 3. Saxon. 4. Cuſpinianus in Ottone III. Iacob. Spiegel ad Gunth. Ligurin. et ad l. 2. parall. Sylv. p. 259. ad part. 3. n. 26.
(6) l. 5. Annal. Paderborn.
(7) Part. 3. n. 27.

bornenſ. Ottonis IV. A. 1098. apud eundem d. l. 9. diploma An. 1203. apud Ioachimum Ioh. Mader. *in antiquit. Brunſuicenſ. append.* XXX. *monument. p.* 239. Philippi Regis A. 1205. apud Illuſtrem et Excellentiſſimum OBRECHTVM *prodrom. Rer. Alſatic. cap.* 12. p. 300. Rudolphi Habsburgici A. 1278. apud Ant. Weckium part. 2. Beſchreib- und Vorſtellung der Stadt Dreßden; *ſiue Deſcriptione et Deſignatione Ciuitatis Dreſdenſis. tit.* 1. *p.* 160.

r) *Verum heic Rex non in prima, ſed tertia ſignificatione ſumitur)* Quanquam hodie etiam in hac notione differentia illa non attendatur. v. Receſſ. Imper. Spirenſ. An. 1542. pr. Norinb. eodem anno pr. et An. 1543. pr. Auguſtanus An. 1555. pr. Ratisbon. A. 1557. et iam olim viuo patre Friderico II. filius Henricus ſe ſcripſit Regem D. G. ſemper Auguſtum, in charta A. 1232. apud Trithemium *in Chronico Hirſaugienſ. add. tom.* 1. et Georg. Helwichium *in antiquitatibus Laurishamenſibus ſub Conrado p.* 188. *et p.* 189.

s) *Ipſe tamen ſecundum ſe adſerit)* Idem ex ſyngraphis Babenbergae obſeruatis teſtatur αὐτόπτης Hartm. Schedelius *Chronico fol.* 207. et in chart. A. 10 3. apud Georg. Helwich. in antiqu. Laurish. p. 101. eſt: *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis: Henricus ſecundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.*

Regis. Diploma A. 1062. apud Mabillon. (8) *Signum Domini Henrici IV. Regis.* Diploma A. 1107. apud Ioan. Chapeauill. incipit: *Henricus D. G. quintus Romanorum Rex*, et finit: *Anno Domini Henrici quinti Romanorum Regis ſecundo.* Diploma 1071. apud Georg. Helwich. antiqu. Lauriſham. p. 120. *In nomine ſanctae et indiuiduae Trin. Henricus IV. diuina fauente clementia Rex.* Adhaec Lotharii tertii Imperatoris fit mentio in diplomate Friderici I. Imper. A. 1157. apud Aubertum Miraeum l. 1. *diplomat. Belgic.* c. 61. Idem Lotharius ſe nuncupat huius nominis tertium Regem Romanorum, in diplomate Traiectenſi A. 1132. apud eundem Miraeum *l. 1. piar. donat.* c. 87. Cum tamen Lotharium alterum Lotharii Imperatoris filium ne quidem Germaniae Regem fuiſſe conſtet. Sic et Chounradus, licet Imperator, ſecundum ſe perpetuo nominauit in diplomat. Anno 1027. 1031. 1032. 1033. apud Nicolaum Schaten (10). Add. Diploma A. 1026. apud Nicolaum Zylleſium (11). Denique licet Henricum, Friderici II. filium, et electum et Aquisgrani conſecratum Godofredus Monachus *ad An.* 1222. et ipſe ſemet in diplomate, quod in calce ſubiungemus, ſeptimum adpellauerit, nihilominus Henricum Luzenburgicum ſeptimum inter Imperatores numerari conſtat. Verum pro aduerſa ſententia pugnat, quod Conradus Sueuus ſecundum ſe vbique inſigniuit, vt in diplomate An. 1139. apud Franciſcum Guillimannum (12) in alio Anno 1145. apud Ioh. Iacobum Chiffletium, quod incipit: *Conradus diuina fauente clementia Romanorum Rex ſecundus:* in alio apud Iuſtinum Pertuchium (13) An. 1140. cuius initium: *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Conradus diuina clementia Rex ſecundus Romanorum.* Perinde, vt apud Aubert. Miraeum (14) in Charta An. 1146. et in alia An. 1138. apud eundem (15). Add. Diplomata An. 1145. An. 1147. An. 1156. apud Nicolaum Schaten (16). Et tamen hunc anteceſſerunt duo Conradi, magnae vterque virtutis et regiae dignationis. Rurſus Fridericus Imperator, Maximiliani I. pater, ſe tertium, adpellauit, vt ex monumentis variis etiam MSS. P. Lambecius (17) notauit. [t]) Et tamen Fridericus Dux Brunſuicenſis atque Luneburgenſis Anno

(8) Tom. 4. Vett. analector. p. 475.
(9) Tom. 2. Script. Leod. p. 54.
(10) l. 5. Annal. Paderborn.
(11) d. p. 3. n. 21.
(12) l. 5. Habſ. 6. c. 3.
(13) l. 1. Chron. Portenſ. c. 2. p. 21. ſeq.
(14) l. 1. Diplom. Belgicor. c. 59.
(15) l. 1. Donat. Belgic. c. 59.
(16) l. 8. Annal. Paderborn.
(17) l. 2. Comm. Biblioth. Caeſar. c. 8. p. 710.

t) *Et tamen Fridericus)* Quid dicemus de Friderico Auſtriaco, Ludouici Bauari aduerſario, quem hic ad Imperium admiſit, pari cum ipſo poteſtate ei praefuturum, vt ex genuino autographo Litterarum Vnionis liquidum adſerit idem Lambecius *in diar. ſanct. itinerar. Mariaecell. add. 1. pag. 259. ſeq.* Ipſe ſane ſe ſcripſit Regem Germaniae in diplomate An. 1329. apud Hundium tom. 2. Bayer. Stammbuchs ſub Ortenburg p. 19. Wir Friderich von Gottes Gnaden Römiſcher König, allzeit ein Mehrer des Reichs etc. et poſtea: iſt geben zu Wien am Freytag vor dem Palmetag, da man zehlt von Gottes Geburt dreyzehen hundert und in dem neun und zwantzigſten Jahr unſer König Friedrichs Reiche in dem funffzehenden Jar. Vt proinde mirum ſit, diuerſa narrare Nicolaum Burgundum *l. 2. hiſtor. Bav. A.* 1325.

Anno 1400. rite electus fuit. Niſi quis dicat, forte hunc propterea non numerari, quoniam ante coronationem Germanicam, et nondum publicata Wenceslai depoſitionis ſententia, occiſus fuit. Quod, adcurate deſignatis temporibus, docuit Vir doctiſſimus D. Henricus Meibomius (18). In hac diſſenſione exiſtimamus, ſi in diuerſis chartis vnus idemque ſe v. g. Henricum id nomen ſecundum et tertium dixit, id intuitu vel Regiae, vel Imperatoriae dignitatis accipiendum. Indicio ſunt duo diplomata apud Zylleſium (19). In priore A. 1056. eſt: *Anno Domini Henrici tertii Regis, ſecundi Imperatoris.* In altero eiuſdem anni: *Signum Domini Henrici III. Regis inuictiſſimi, ſecundi Romanorum Imperatoris.* Add. eiuſdem Diplomata An. 1049. apud Nicolaum Schaten (20) et An. 1052. et 1053. apud eundem. Adhaec in diplomate Henrici, quem quartum ſe toties inſigniuiſſe, antea audiuimus, legitur apud Zylleſium (21) An. 1101. *Signum Domini Henrici III. Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.* In alio diplomate A. 1083. ſe *Henrici II. Imperatoris filium* nuncupat, apud Nicolaum Schaten (22), et aliud A. 1086. apud eundem (23) incipit: *In nomine S. et indiuiduae Trinitatis, Henricus diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus*, et Henricus, qui toties ſe ſcripſit *quintum Romanorum Regem*, *ſe quartum Romanorum Imperatorem Auguſtum* nominauit, in diplomate An. 1123. apud Nicolaum Schaten (24). Quanquam idem redux a coronatione Romana, in nomen quintum Imperatorem ſe ſcripſerit, in tabulis priuilegiorum Duci Veneto An. 1111. datorum apud Nicolaum Craſſum *in not. ad Iannot. Remp. Venetam*, p. 440. Quarum initium eſt: *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia, quintus, Romanorum Imperator Auguſtus.* In calce autem eius legitur: *Signum D. Henrici V. Romanorum Imperatoris iuſtiſſimi.* Conradum autem Sueuum illum quod attinet, videtur is ab Italis in errorem inductus fuiſſe. Nam ita Abbas Vrſpergenſis (25) de Conrado ex Carolingica familia vltimo: *Hunc Italici ſcriptores, ſi diis placet, inter Imperatores non nominant, quia Italiam non habuit.* Denique, quod Henricus Friderici II. filius ne quidem inter Reges numeratus fuerit, cauſſa eſt haud dubie, quod pater ei dignitatem regiam abrogauerit. De Philippo Rege ſigillatim notandum, eum ſecundum nominari in diplomate A. 1199. apud Hundium (26), vbi legitur: *Signum Domini Philippi ſecundi Romanorum Regis inuictiſſimi.* Forte, quia alius eiuſdem nominis inter Imperatores veteres Romanos fuit. Caeterum ex dictis abunde intelligitur, ſtylum, quem vocant, Curiae vt alias, ita hac in re non vbiuis ſibi conſtantem ſed varium fuiſſe.

(18) Diſſert. hiſtor. de Frider. Luneburg. in Imp. Election.

(19) d. p. 3. n. 24. n. 25.

(20) l. 6. Annal. Paderborn. ad d. Ann.

(21) d. p. 3. n. 22.

(22) l. 6. Ann. Paderb. ad d. Ann.

(23) l. 7. Ann. Paderb. ad d. Ann.

(24) l. 7. Ann. Paderb.

(25) Ad A. 914.

(26) Tom. I. Metrop. Salisburg. p. 79.

IV. Subſignatio etiam Imperatorum ac Regum diuerſa fuit: Etenim Reges ante coronationem Romanam [u]) non vtebantur bulla, ſed tantum ſigillo, vt eſt *in Clementina Romani de iureiurando in fin.* et notauit Petrus de Andlo (1). Et quidem in ſigillo effigies Regis cum corona nón Imperiali ſed Regia, et aquila non biceps, ſed vniceps conſpiciebatur, vt exemplo Friderici III. docet Antonius Weckius (2), quem audiamus: Bey dieſem Siegel (cuius ectypon exhibet) iſt mit zu gedencken, daß es kein Kayſerl. ſondern ein Römiſch-Königliches iſt, und daher ſo wohl das Bildnis nur mit einer Königlichen Crone, als auch der Adler mit einem einfachen Kopffe zu ſehen; Nach der Zeit aber, und als dieſer Keyſer die Benediction zu Rom erhalten, und als Imperator geherſchet, hat Er in dem Siegel eine Keyſerl. Crone, und den doppelten Adler, wie der Abriß ſub N. 7. vorſtellet, geführet, woraus abzunehmen, wie die Vorfahren in ſolchen Sachen ſehr punctuell geweſen, und den mercklichen Unterſcheid gehalten, welchen die Obſervantz damals erfordert hat. Es iſt aber dem geneigten Leſer hierbey nicht verborgen, daß in den nachfolgenden Seculis hierin Aenderung geſchehen, indem ſich die erwehlten und in Deutſchland geerdneten Römiſ. Keyſer an die Rom-Fahrten oder Römer-Züge nicht ſo genau mehr gebunden. Denn obwohl Keyſer Carl der Fünffte dießfals noch ſorgfältig geweſen, hat es jedoch ſein Herr Succeſſor Keyſer Ferdinand der Erſte nicht mehr beobachtet, daraus erfolget, daß ihn Pabſt Paulus IV. für keinen ordentlichen Röm. Keyſer erkennen, und den gebührenden Titul geben, noch auch ſein Nuntius aufn Reichs-Conventen Ihme ſolchen zulegen wollen; Indem aber dieſes ein Werck von großer Conſideration, welches der Herren Chur-Fürſten des Reichs Wahl und Crönung concernirte, gab der Römiſ. Keyſer denſelben ſolchen Anſtoß zu erkennen, dieſe ſo wohl die Geiſtl. als Weltl. Hrn. Chur-Fürſten (jeder Theil beſonders) überreichten darauf zwey ſchrifftliche Gutachten, und hielten einmüthig dafür: Der Pabſt hätte darein gantz nichts zu ſprechen, die Wahl ſtünde vermög güldner Bull bey dem Chur-Fürſtl. Collegio, davon ſolte er ſich nicht dringen laßen, wolte der Pabſt ihn nicht davor erkennen, um des Willen, daß er nicht perſönlich nach Rom kommen, da er doch einen Legaten, welches gar genug wäre, geſendet, ſo ſolte Er es nur dem Chur-Fürſtlichen Collegio melden, und ihren Rath gebrauchen, da wolten

(1) l. 1. de Imper. Rom. c. 5.

(2) Part. 1. Beſchreib- und Vorſtellung der Stadt Dreßden. Deſcriptio et Deſignatio ciuitatis Dreſdenſis tit. 5. p. 23.

u) *Non vtebantur Bulla)* Sic Romanus Pontifex creatus, non conſecratus, bulla quidem vtitur Apoſtolorum Petri et Paulli vultibus ſignata ex vna parte, verum ex alia ſine aliqua caelatura vel impreſſione ſigni vel nominis, vt obſeruauit Cironius *l. 1. obſeruat. c. 2.* Hanc bullam dimidiam dixit Innocent. III. l. 1. *Regeſt. epiſt.* 83.

ten ſie ſich aller Gebühr bezeugen; Es erkenneten Ihn alle Chriſtliche Häupter, in- und außerhalb Europa, auch die unglaubigen für den Röm. Keyſer, warum ſolte ſichs der Pabſt denn weygern, etc. Und waren die Geiſtl. Hn. Chur-Fürſten in Ihrem Rathſchlage faſt die hefftigſten; darauf iſt erfolget, daß zu Vermeidung des beſorgten Praejuditzes, kein eintziger nachgehender Römiſ. Keyſer mehr in Perſon, wegen der Benediction, nach Rom gezogen. *Notandum hoc loco puto, ſigillum non eſſe Imperatoris, ſed Regis Romanorum, cum et toreuma regia dantaxat corona ornatum ſit, et aquila vnius capitis. Poſtquam vero Romae inauguraretur* (Fridericus) *et Imperatorio nomine ſummae rerum praeeſſet, Imperiali corona et aquila bicipite vſum eum in ſigillo, eius ichnographia, numero 7. notata oſtendit. Ex quo intelligitur Maiores haec talia anxia ſolicitudine curaſſe, quaeque diſcreta ex moribus illorum temporum credebantur, adcurato diſcrimine ſeparaſſe. Ceterum celandus non es, Beneuole Lector, aliud tempus alios mores poſtulaſſe, quando inſecutis ſeculis Imperatores, qui in Germania iam electi coronatique fuerant, expeditiones Romanas inſuper habuere. Tametſi enim huius itineris cura ſolicitauiſſet adhuc Carolum V. ei tamen ſuffectus* (Frater), *Ferdinandus I. id minime ſuſcipiendum ratus eſt. Quo facto Paullus IV. Pontifex negauit, pro vero Imperatore Romano a ſe habitum iri* (Ferdinandum). *Neque ipſe, neque ipſius ad Comitia Imperii miſſus Nuntius, vt Imperatorio eum titulo cohoneſtarent, adduci poterant. Imperator rem grauem, et quae ad ius eligendi coronandique Imperatorem attinere videbatur, ad Electores detulit. Hi omnes, tam Eccleſiaſtici, quam Politici, rei indignitate moti, conceptis verbis teſtari, ac vno ore dicere:* Non eſſe Pontificis has partes, non eius munus; electionem ſecundum Auream Bullam eſſe penes Collegium Electorale; hinc non eſſe, quamobrem Imperator cederet, ſi Pontifex porro eum pro Imperatore renueret agnoſcere, propterea, quod Romam profectionem ipſe non ſuſcepiſſet, cum tamen Legatum eo miſiſſe ſatis videri poterat, ſed hac de re certiores factos, neque conſilio defuturos Imperatori, neque, quo minus officio functi viderentur, vlla eſſe ratione commiſſuros. Ipſum ab omnibus, qui vel in Europa, vel aliis in terris populos imperio regunt, Chriſtianis Principibus pro Rege Romanorum haberi, neque infideles refragari. Cur ergo Papa ſolus difficilem hac in re ſe praeberet? etc. *Electores Eccleſiaſtici ceteris quaſi conſilio acriores videbantur. Inde, ne quid porro detrimenti caperet Reſpublica, nemo ſequentium Imperatorum inaugurationem petitum Romam iter ipſe fecit.* Caeterum Limnaeus (3) differentiae, quam de

(3) obſerv. ad A. B. c. 1. §. 1. obſ. 5.

bulla et ſigillo adduximus, opponit *Capitulationem Ferdinandi tertii art. 46.* vbi dicitur: Die güldene Bull ſeye ein uraltes Inſigne eines Regierenden Römiſchen Keyſers oder Königs. *Auream Bullam eſſe peruetuſtum inſigne regnantis Romanorum Imperatoris, vel Regis.* Verum confundit ille Regem in primo et tertio ſignificatu. Illud ad memoriam inſigne eſt, et inueſtigationem adcuratiorem meretur, quod Carolus IV. Imperator in charta A. 1348. apud Nicolaum Henelium (4) notauit: *Glorioſae memoriae Henricum auum ſuum, quondam Romanorum Imperatorem, ſigillo Comitatus Luccenburgenſis, et caeteros Diuos Romanorum Electos praedeceſſores ſuos ſuorum titulorum, et ſe etiam Marchionatus Morauiae ſigillo, ante ipſorum et ſuae coronationis ſolennitatem,* vſos fuiſſe.

(4) In Sileſiograph. appendice priuilegiorum.

V. Subnotatio temporis hoc habuit ſingulare, vt Imperatores, qui Reges fuerant, tempus et Regni et Imperii exprimerent. De Francicis Regibus a Carolo M. vſque adcurate egit Mabillonius (1). Ad noſtrum inſtitutum magis faciunt diplomata poſt exſtinctam Carolingicam familiam. Heic notat Carolus Sigonius (2): *Ante Pontificis coronationem Auguſti aut Imperatoris nomen non vſurpatum, ſed Regis Germaniae atque Italiae, ſiue Regis Romanorum et Imperatoris deſignati, annoſque Regnorum et Imperii diplomatis ſeorſim numeratos eſſe.* In diplomate Ottonis M. A. 965. apud Leuberum (3) legitur: *Anno regni Domini Ottonis XXX. Imperii* III. In diplomate Ottonis M. A. 970. apud Zylleſium (4): *Anno Regni Domini Ottonis XXXV. Imperii autem IX. filiique eius Regni X. Imperii autem IV.* In diplomate Henrici III. A. 1056. apud Zylleſium (5): x) *Anno autem Domini Henrici tertii Regis, ſecundi Imperatoris, ordinationis XXVIII. Regni vero XVIII. Imperii X.* Hinc intelligitur etiam, quod eſt in diplomate Henrici IV. A. 1065. apud Zylleſium (6): *Anno autem ordinationis Domini Henrici quarti Regis XII. regni IX.* et apud Mabillon. (7) in diplomate eiuſdem A. 1062. *Anno coronati Domini Henrici quarti Regis octauo; Regni vero ſexto.* Cuiuſmodi plures in rebus Henricorum III. et IV. quoque formulae exſtant apud Nicolaum Schaten (8), apud quem (9) inprimis notanda eſt charta

(1) l. 2. de Re diplomat. c. 26. §. 12. ſeq.
(2) l. 7. Hiſt. Ital.
(3) de Stapul. Saxon. n. 1600. conf. numeros ſequentes.
(4) d. p. 3. n. 15.
(5) d. p. 3. n. 24. n. 25.
(6) d. p. 3. n. 27.
(7) tom. 4. vett. analect. p. 475.
(8) Ann. Paderb. l. 6. et 7.
(9) d. l. 6. Ann. Paderb. ad A. 1062.

x) *Anno autem Domini Henrici ordinationis XXVIII. Regni vero XVIII.* etc.) In qua formula annus ordinationis primaeuam electionem et coronationem regiam, annus regni terminum capti regiminis et adminiſtrationis regni deſignauit, vt recte obſeruauit Mallinkrotius *de Archicancellariis Imperii part. 2. p. 61. et ſeq.* vbi etiam diuerſitatem ſub Carolidis et Saxonicis Impp. vel Regibus indicat.

charta Henrici IV. A. 1062. aetatis quoque mentionem faciens: *Anno autem ordinationis Domini Henrici quarti Regis VIII. regni vero X. vitae XII.* In diplomate Friderici I. A. 1157. apud Browerum (10): *Anno Regni eius ſexto, Imperii vero ſecundo.* Eadem formula fere eſt in aliis plerisque diplomatis. Imperator Sigiſmundus etiam annos Regni Hungariae addidit. Sic in diplomate A. 1419. apud Illuſtrem Leibnitium (11): *Regnorum noſtrorum anno Hungariae XXIX. Romanae electionis VI. Coronationis vero II.* Alia diplomata exhibet Limnaeus (12). Quem morem etiam ſucceſſores tenuerunt. Illud adhuc reſtat diſquirendum, quemadmodum anni Regni fuerint computati. Vbi libet adferre ſententiam Papebrochii, libero lectoribus iudicio relicto. *Extra controverſiam eſt*, inquit, *quod paſſim omnes, tam Reges, quam Pontifices et Epiſcopi a die ſuae euectionis communiter numerarint, vti etiam nunc numerant annos Regni Pontificatus ac Sedis ſuae, nulla habita ratione anni ciuilis vel Eccleſiaſtici ſuum ſeorſim principium habentis: et ſicuti diei illius tanquam natalis ſui annuam laetitiam celebrabant, et Romani Pontificis etiam nunc celebrant gratulatione publica, ita et in eo mutaſſe et mutare numerum anni publicis actibus inſcribendi. Quid igitur Carolus? Dico, eundem morem ipſum tenuiſſe, et annos Regni ab autumno in autumnum, quamdiu ſolum Regis titulum geſſit. At vero, cum in natali Domini Kal. Ianuar. A. DCCCI. praecedente Imperator Romae coronatus ac ſalutatus eſſet, nobiliorem iam natalem nactus, quam deinceps teneret, vt is cum annis Imperii, quorum tunc primum auſpicabatur, pari progrederetur paſſu, et ſolum ſemel in vnoquoque anno communis formula notarialis mutaretur, tres menſes ex A. XXXIII. Regni iam decurſos, et eatenus notatos dimiſit pro anno integro, et annum Regni XXXIV. cum anno I. Imperii coniunxit. Idem quin fecerint, quotquot annos Regni pridem numerari coeptos, poſt acceptam Imperii coronam nouo illi annorum numerandorum initio conformari debuerunt, nequaquam dubito; Sed non vacat omnia ſingulorum percurrere diplomata, vt ex iis haec veritas comprobetur. Pro omnibus ſit Otto primus. Hic anno Chriſti 936. eunte Iunio heres et Rex coram omni populo declaratus a Patre mortem inſtantem praeueniente. In diplomatis apud Zylleſium A. DCCCCXL. III. Nonas Iunii, et A. DCCCCXLIII. Kal. Febr. annos Regni ſui numerat IV. et VII. tanquam adhuc durantes vſque ad finem Iunii. In eo autem, quod apud eundem Zylleſium legitur, Datum Veronae III. Kal. April. An. DCCCCLXX. quando adhuc currere debeat annus Regni XXXIV. numerat annum XXXV. ſcilicet ſub initium Anni DCCCCLXII.*

(10) l. 14. Ann. Trev. ad d. A.

(11) part. I. Cod. diplom. p. 123.

(12) ad Capit. Caroli V. in calce p. 369.

(13) d. propyl. §. 45. ſeq.

 Romae

Romae coronatus Imperator, exindeque annum incipiens annum imperii primum nominare, abrupto Regni anno XXVII. qui ſolum dimidius effluxerat, incipit numerare annum XXVII. vt eſſet idem initium annorum Regni et Imperii, et ſic cum anno Regni XXXV. coniungitur annus Imperii nonus. Diploma Friderici III. ab An. 1452. primum numerant Imperii annum, cum tamen anno ſuperiore coronatum 16. Kalend. April. putet Onuphrius, idemque teſtentur Flandrici et Colonienſes Annales, vt obſeruauit Chriſtoph. Browerus (14).

(14) l. 19. Ann. Treuirenſ. ad A. 1452.

A P P E N D I X.

E P I S T O L A

Ad Virum eruditione, dignatione, genere illuſtrem, in qua de nupera defenſione Diplomatis pro Coenobio Lindauienſi, Lvdovico *Pio adſcripti, contra H.* Conringii *cenſuram ſuſcepta, diſquiritur.*

Perillvstris Domine

Quaeſiuiſti ex me aliquoties, quid de libro, cuius titulus eſt: *Iuſta defenſio antiquiſſimi diplomatis, quo Ludouicus Imperator Coenobium Nobilium Virginum Lindauienſe nono abhinc ſeculo ſtabiliuit, contra iniquam Hermanni Conringii Cenſuram ſuſcepta:* ante hos quatuor annos vulgato, iudicarem. Neque enim ignorabas, aeſtimare me ſcripta Conringii, in cuius nomen tot meritis egregium tantis *crepitibus* Vindex ille, quiſque eſt, detonare non erubuit. Et quanquam, qua ſingulari es eruditione, aliorum aduocare iudicia minime habeas neceſſe, ſed ipſi TIBI Senator eſſe poſſis, nolui tamen interrogationem tuam fruſtrari, vel iudicio, ſi bonum eſt, ſin minus, obſequio placiturus. Coepi igitur per otium adcuratius cogitare, et excutere, quae circa veterem Reipublicae noſtrae notitiam collegi, ſimulque expendi a Conringio contra diplomata et pro eo a Defenſore dicta. Tantum autem abeſt, hunc in adſenſum me traxiſſe, vt potius multa ſuppoſiti partus indicia, quae elidi

non

non poſſint, ſupereſſe deprehenderim. Quod tamen eo nolim dictum, vt illuſtris Coenobii iuribus quidquam velim detrahere. Agitur de gloria antiquitatis, cuius fides ſi vacillat, non etiam caetera concidere ſemper aequum eſt. Si quid vero praeſtitum a Vindice, effecit is luculentius, diplomatis fabricatorem Ludouico Pio voluiſſe id acceptum ferri. Aſt hoc quoque Conringius praeſenſit, diſerte ſcribens: *In diplomate illo nonnulla reuera reperiri, quae non niſi vni Ludouico Pio conueniunt: nonnulla, quae omnium commodiſſime vnius illius rebus quadrant.* Et dubitationem omnem expellet charta eiuſdem Ludouici, quam Monaſterio Campidonenſi datam verbotenus heic ſubiicere, pretium operae videtur. *In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. HLudouicus diuina repropitiante clementia* Imperator Auguſtus. *Si locis Deo dicatis propter amorem Dei et reuerentiam inibi ſibi famulantium quicquam beneficii de rebus tranſitoriis ad neceſſitates eorum ſubleuandas conferimus, id nobis procul dubio ad aeterna praemia conſequenda profuturum minime dubitamus: Idcirco nouerit induſtria omnis fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum, quia ad deprecationem dilectiſſimi fratris noſtri Drogonis, venerabilis Archiepiſcopi, ſacrique palatii noſtri ſummi Capellani, quandam cellulam appellatam Aldricella, quae domno ac genitori noſtro Carolo praeſtantiſſimo Imperatori tradita eſt, quae in ducatu Allemannico ſita eſt in pago Albigoi, ad quoddam monaſterium, quod dicitur Campidona, vbi praeſenti tempore venerabilis Abba praeeſt, ob emolumentum animae noſtrae et aeternae retributionis ſubdere, et de noſtro iure in ſui et poteſtatem praedicti monaſterii ſolenni donatione nobis transferre placuit. Pro hoc itaque noſtro fauore atque licentia dedit iam dictus venerabilis Abba Tatto ex ratione monaſterii ſui Ratulfo Presbytero atque Capellano noſtro, qui iam pridem eandem cellulam noſtra largitione tenuit, ad habendum in beneficium diebus vitae ſuae, in pago Heltenſtein in loco qui dicitur Hrudoldishoua ſex obas veſtitas ſub integritate earum; Et in alio in pago Auguſtgoi, quandam cellulam nuncupatam Herileſcella cum omnibus ad ſe pertinentibus, eo videlicet modo, vt praefatas res monaſterii diebus tantum vitae ſuae habeat, et poſt obitum ſuum reuertantur ad praenominatum monaſterium perpetualiter poſſidendae. Vnde vero ob firmitatis ſtudium hoc praeceptum venerabili monaſterio Campidonae pro vtriſque rebus confirmandis fieri iuſſimus, per quod decernimus atque iubemus, vt abhinc in futurum modo ſuperioris taxato in iure et dominatione eius conſiſtant: ita, vt quicquid vtilitatis Rectores praedicti monaſterii de vtriſque rebus facere ordinare diſponere decreuerint, libero*

Cenſ. diplom. Ludov. c. 5. p. 71. adde p. 77.

Ex tom. 4. Vet. Analectorum Ioh. Mabillonii. p. 470.

in

in omnibus perfruantur arbitrio. Et vt haec noſtrae confirmationis auctoritas per futura tempora inuiolabilem et inconuulſam obtineat firmitatem, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus, et impreſſione annuli noſtri iuſſimus ſigillare.

Signum HLVDOWICI Sereniſſimi Imperatoris Hirminmaris Notarius ad vicem Hugonis recognoui et ſubſcripſi. Data XIV. Kal. Maias Anno Chriſti propitio XXVI. Imperii Domini HLudowici piiſſimi Auguſti indictione ſecunda. Actum Bodoma, regio palatio, in Dei nomine feliciter, Amen.

Vides, PERILLVSTRIS DOMINE, in charta hac, perinde vt in diplomate, de quo quaerimus, Ludouicum, titulo diuina repropitiante gratia vſum, idem fere tempus, eundem locum, eundemque recognitorem deſignari. At enim vero hinc neutiquam ſequitur, fidem diplomati adſtructam eſſe. Solent veteratores, vt rei, in qua fallere volunt, maiorem concilient fidem, rei ſummam ſtudioſe exornare. Quis autem praedem dabit, fabricatorem aliud a Ludouico Pio circa idem tempus vel Lindauienſi vel alteri Coenobio datum diploma ante oculos non habuiſſe, vt ſecundum illud efformaret ſuum? Res certe rerumque circumſtantiae, quae in eo memorantur, vt diploma hoc Ludouiciani aeui ac ſincerum eſſe credatur, non ferant. Nimirum, vt recte a Viro rerum harum callentiſſimo obſeruatum eſt, *vndecimo Chriſtianae aerae ſaeculo et ſequentibus, dum Eccleſiae Romanae pacem tot vndique ſchiſmata ſeditioneſque turbarent, ea erat morum corruptela, vt qui Dei erant famulatum profeſſi, et videbant a poteſtatibus ſecularibus accidi immunitates ac poſſeſſiones ſuas, non magno crimini ſibi ducerent, pro ipſis tuendis commenta cudere.* His autem temporibus vt diploma quoque, de quo agitur, adſcribam, multa me mouent. Si non tantum ſyrma diplomatis, ſed diploma ipſum aeri inſculptum repraeſentaſſet Defenſor, idque autographo reſpondere teſtimoniis idoneis confirmandum curaſſet, ex ipſis quoque litterarum ductibus apicibuſque, cuius aeui ſcriptura ſit, iudicium ferri potuiſſet: at iſtud inſuper habitum ſuſpicionem auget. Quod enim olim Plautina illa Cleaereta de ſuis dicebat manibus, id maiori iure de temporibus dici noſtris poteſt, oculata ſunt, nec credunt quidquam, niſi quod vident. Neque vero, quamobrem toties deſiderantibus haut ſatis fuerit factum, cauſſa cogitari vlla poteſt. Vtcunque hoc ſit, vix ex Ludouiciani, quae ſuperant, aeui diplomatis vnum non ſuſpectum inuenias, quod perinde vt noſtrum in coenobium vnum tot immu-

D.Papebroch. propyl. antiquar. ad tom. 2. Aprilis c. 8. §. 103.

immunitates, tot priuilegia effundat. Nullum ſane inter illa quindecim, quae Defenſor fidem per ea diplomati facturus ſcripto ſuo attexuit, invenitur. Magnum vtique eſt, Coenobium Epiſcopi dioeceſanae legi ſubiectum eidem libertate et y) iuſtitia aequari: ſed veri vix ſimile, Epiſcopum ipſum hoc efflagitaſſe, ſi cogitetur, Epiſcopos monaſteriorum libertatem aegris ſemper adſpexiſſe oculis, neque ignotos etiam iſto ſaeculo queſtus fuiſſe: *Monachos Epiſcoporum iura inſatiabiliter ambire.* Magnum non minus eſt, Monaſterium *in tributis, in monetis, in teloneis et navigationibus, vt liberum, ſaluum et quietum permaneat*, ſtatui. Quanquam verbis hiſce iura illa non de nouo tribui, ſed velut iam ante poſſeſſa confirmari, nemo non primo auditu, et ſimul abſurdum in monaſterio noue condito intelligat. Adhaec a Ludouico Imperatore iura eiusmodi non in cumulum conferri, ſed particulatim deſignari conſueuerunt, numero videlicet nauigiorum, fluminibus, per quae naues ferantur, genere vectigalium et monetarum ſingulatim expreſſis. Id quod complura eiuſdem Ludouici iamdudum ab aliis et noue a Stephano Baluzio edita diplomata confirmare poſſunt. Iam quae circa Monaſterii Aduocatum ſtatuuntur, inſolita tantum non omnia ſunt aeuo Ludouiciano. Certe mireris, cenſalium hominum, quibuſcunque in locis conſtitutorum, negotia ſaecularia iuxta Aduocatum Abbatiſſae diiudicationi permitti, et quidem a Ludouico, qui Monachos, etiam Clericos Presbyteros, ſaecularia negotia tractare legibus interdixit. *v. l. 1. Capitul. 22. Additio 4. Capit. 46.* Deinde inceſſus Aduocati et acceſſus ad monaſterium cum non pluribus quam duodecim equis frugalitatem illius aeui ſuperat. Porro non niſi tertiam mulctarum partem Aduocato ſolui, neſcio an in vllo aeui Ludouiciani genuino diplomate legatur. Ecquis vero Subaduocati nomen in diplomatis aut Legibus Francorum, dicam amplius, in ſcriptis Ludouico Imperatori συγχρόνοις vnquam legit? Mos profecto iſte Subaduocatos conſtituendi multo ſerius Monaſteria inuaſit, et ob eorum graſſationes ſaeculo duodecimo lege publica fraenari coepit. Haec et alia, quae ſponte nunc praetereo, quemadmodum elidere Defenſor queat, non video, niſi forſan ludos facere ad infamiam ſaeculi pertinentes, et ſuauibus ad ridendi materiam commentis velit vti, cuius ſpecimen iam inſigne

v. Chron. Caſſin. l. 4. c. 80.

In appendic. Actor. vet. 26. 27. ad Capit. Francor.

v. Wigul. Hundius tom. 2. Metropol. Salisburgenſ. pag. 5. et 6.

y) *Iuſtitia)* Vocabuli huius vſus Regalia denotantis ſaeculo vndecimo perfrequens fuit. V. Diſſert. Excellentiſſimi D. Praeſidis de Superioritat. territoriali §. VIII.

inſigne dedit, quando in diplomate legitur: *Ludouicum per interuentum fidelium ſuorum illuſtrium Rabani ſcilicet ſanctae Moguntinae eccleſiae metropolitae, nec non Salomonis videlicet Conſtantienſis eccleſiae praeſulis poſtulante Adalberto priuilegia Monaſterio conceſſiſſe.* Animaduertens enim Defenſor, hoc in tempora Ludouici Pii non congruere, quoniam Rabanum Maurum A. 847. ex Abbate Fuldenſi in Archiepiſcopum Moguntinum electum eſſe, et Ludouicum Imperatorem, A. 840. obiiſſe conſtet, fingendum exiſtimauit, errorem a Notario commiſſum, vel ita emendandum, *Rabani ſc. Otgarii ſacrae Moguntinae* etc. vel pro Rabano ſubſtituendum Otgarium, quaſi Notario, ob bellum a Ludouico Baioariae Rege motum, cuius reprimendi cauſſa Ludouicus Imper. eo excurrerit, feſtinanti nomen Otgarii exciderit, aut Rabanus pro Otgario obrepſerit. Putauit quoque a veri ſpecie non alienum, ſi credamus, Rabanum iam Ludouici Pii voluntate Otgario deceſſuro ſucceſſorem deſignatum tum fuiſſe. Ego vero defenſorem commenta haecce nec animo ſuo adprobaſſe, nedum aliis adprobaturum, certo ſum perſuaſus. Etenim Rabanum viuo Ludovico Imper. ſucceſſorem Otgario fuiſſe deſignatum, hiſtoricorum nullus memorauit: Feſtinatio quoque ob bellum obtenditur, non probatur. Immo Ludouicum Bodomae in palatio Regio aliquamdiu commoratum, interſtitium temporis, in diplomate Campidonenſi ſupra prolato et hoc de quo quaeritur, deſignari, ſatis euincit. Deinde mendum adeo manifeſtum a Notario committi, aut commiſſum Recognitoris, aut Ludouici ipſius oculos fugiſſe, haut credibile eſt, ſiue ſpectemus primam coniecturam, vbi abſonum futurum erat, Archiepiſcopum Epiſcopo, Abbatem vtrique praeponi; ſiue alteram, vbi neſcio quomodo pro Otgario obrepere Rabanus potuerit, quem in aula Imperatoris, immo in orbe Chriſtiano notiſſimum z) Abbatem eſſe Fuldenſem Notarius aut a) Recognitor, niſi rerum, quae agerentur, valde imperiti, ignorare non poterant. Enimvero, quamobrem fabricator auctoritate Moguntini Archiepiſcopi et Conſtantienſis Epiſcopi diploma ſuum voluerit praemuniri, cauſa facillima eſt coniectu: eſt enim Lindauienſe Coenobium in Dioeceſi Epiſcopi

Defenſ. Diplomat. Ludouician. c. 7. c. 10. ſeq.

z) Acta Sanctor. IV. Febr. vbi exhibentur G. Henſchenii *commentar. praeuius*, Rodolphi Presbyteri Monachi Fuldenſis *vita HRabani Mauri* Ioh. Trithemii *eiuſdem vita*, *tribus libris deſcripta.*

a) *Recognitor)* Herminmaris ille Diaconus iam anno Ludouici Imperii VIII. adeoque per decem et octo annos id munus obierat. v. Diploma Ludouici apud Mabillon. *l. 5. Rei Diplomat. tab. 28.* et Nicol. Schaten *l. 2. Annal. Paderbornenſ. ad A. 822.*

Epiſcopi Conſtantienſis, qui Moguntini ſe profitetur Suffraganeum. Vtriuſque adſenſus magnum apud alios momentum erat habiturus, vt priuilegiis tam amplis nemo ſe opponeret. Et dolus fere proceſſerat, ſi, quemadmodum callide, ita caute fabricator egiſſet. Aſt vindici Numinis prouidentiae placuit, vt, ex quo firmamentum diplomati quaerebatur, dolus maxime pelluceret. Plura non addam, GENEROSISSIME DOMINE, ne publica morer commoda; et alioquin, iuxta Pindari dictum, *ad bonam cauſſam tria verba ſufficiunt*, malam nec ſarcinae verborum iuuant, ſiue, vt in verſibus, neſcio cuius, eſt apud Stobaeum.

οὐκ ἂν τις εἴπῃ πολλὰ θαυμαθήσεται,
ὁ μικρὰ δ' εἰπὼν μᾶλλον ἂν ᾖ χρήσιμα.

Non, ſi quis multa dicet, admirabimur,
Sed pauca magis, et vtilia ſi dixerit.

Scribebam ipſis Calendis Mart. A. MDCXCV.

* * *

Propoſitum quoque fuerat, diplomata nonnulla antiquiora ex autographis deſcripta heic addere, ſed poſtea viſum, in aliud tempus eorum editionem reſeruare, niſi quod vnum, a Viro Nobiliſſimo Illuſtr. Reipubl. Francofurtenſis Bibliothecario et Archiuario, D. Waldſchmidio beneuole communicatum, libuit adponere.

Henricus ſeptimus, diuina fauente clementia Rom. Rex ſemper Auguſtus vniuerſis in perpetuum. Vt ad noſtros poſteros et ſucceſſores perueniant firmiora ea, quae a nobis indulgentur, litterarum teſtimonio commendamus, ne tractu temporis eualeſcant, ſeu calliditate cuiuſpiam infirmentur. Meminerint igitur preſentes et cognoſcant futuri. Quod nos fratri Rudolfo et ſucceſſoribus ſuis prepoſitis ordinis ſancte Marie Magdalene in Alemannia talem fecimus graciam et dedimus libertatem vt recipere poſſint de magnatibus noſtris et imperii ſeu miniſterialibus, omnia bona que ipſis deuotionis intuitu dixerint conferenda licet ipſis a nobis ſint vel fuerint infoedati quod in ampliore beneficio ſi vixerimus ordinem permiſſum intendimus exaltare et promouere. Mandantes

et per graciam noſtram firmiſſime precipientes, vt nullus ſit qui permiſſis graciam ſeu libertatem a noſtra ſerenitate prouiſam infringere audeat vel perturbare. Quod qui fecerit iram noſtram ſentiet cum offenſa. Ad huius itaque gracie ipſis indulte preſentem litteram ſigillo noſtro communitam ipſis fecimus aſſignari. Teſtes ſunt huius Marchio Hermannus de Baden H. Marchio de Burgow. C. Burgrauius de Sturmberge. L. et S. fratres de Evindellaha. C. de Stophe Burchardus prepoſitus de Aſcaphenburc Capellanus noſter. Wernherus notarius noſter. Hermannus Muſicus et alii quamplures clerici et laici. Actum apud Geylentz anno ab incarnatione Domini Milleſimo Ducenteſimo triceſimo primo, primo Idus Iulii Indictione IIII.

Sigillum cereum dependet de filis ſericeis rubris et albis.

VII.

THOMAE RVDIMANNI
SCHEDIASMA
DE
VTILITATE DIPLOMATVM
CIVILI ET HISTORICA,
EX MONVMENTIS HISTORIAE POTISSIMVM SCOTIAE DEMONSTRATA, INDE A §. XXI. PRAEFAT.
QVAM
IAC. ANDERSONII
SCOTIAE THESAVRO DIPLOMATVM CET. PRAEMISIT,
EXCERPTVM.

XXI.

Diplomatum duplex vtilitas: *primaria*, ſiue ciuilis; et *ſecundaria*, ſiue *hiſtorica*.

Ad alteram iam pergendum eſt propoſiti mei partem, vt nimirum inſignem ex diplomatibus, ac praeſertim ex eorum quae hoc volumine exhibentur ſpecimine, capiendam vtilitatem paucis exponam. Diplomatum autem nomine hic intelligo, non ſolum ea quae proprie ſic dicta a Regibus, Pontificibus aliiſque viris illuſtribus, edebantur, quaeque aliter *litteras patentes chartas* aut *bullas* vocamus; ſed, laxiore vocis ſignificatu, cuiuſcunque generis ſcripta vel inſtrumenta, quibus iuris et dominii translationes, pactorum contractuumque declarationes, vniuerſae denique hominum inter ſe negotiationes ſanciuntur et confirmantur. Horum vero omnium duplex eſt vtilitas; altera *primaria*, quae et *ciuilis;* altera *ſecundaria*, quae et *hiſtorica* nominari poſſit.

Vtilitas diplomatum *ciuilis*.

XXII. Et *primaria* quidem (quam et *ciuilem* idcirco appellauimus, quod ad *ciuium* aliorum erga alios officia pertineat) eiuſmodi ſcriptorum vtilitas, vel potius neceſſitas, tanta tamque in omnes partes diffuſa eſt, vt hominum inter ſe ſocietas et coniunctio iis quodammodo contineri conſeruarique videatur. Apud incultos quidem priſcorum ſaeculorum

rum mortales, cum *ius bonumque non legibus magis*, vt Salluſtius [b]) ait, *quam natura valeret*, ſimplexque recti aequique amor et reuerentia ad eos in officio continendos ſufficeret; nihil fere ad eorum inter ſe pacta conuentioneſque ſtabiliendas, praeter nuda verba, aut teſtes aut ſigna aliqua adhibita requirebatur. At poſtquam ambitio, diuitiarum cupiditas aliaeque malae artes terras occupauere, homineſque ſuis rebus haud contenti, quae aliorum eſſent omnia ad ſe trahere ac rapere coeperant; bonis, qui paci, iuſtitiae continentiaeque ſtudebant, cum aliter improborum audaciam et iniuriam reprimere non poſſent, ad vim armatam decurrendum fuit. Hinc publica conſilia inire, leges condere, iudicia conſtituere neceſſe habebant. Atque hae quidem leges, poenaeque earum violatoribus irrogandae propoſitae, non aliter primo quam populi concione aduocata, ſummi magiſtratus, aut praeconis ad id munus deſtinati voce, abſque ſcripturae ſolennitate, in publicum promulgabantur. Procedente vero tempore, quo cuncta magis rata ac teſtatiora fierent, apud omnes fere gentes, quibus litterarum vitaeque humanioris erat conſuetudo, vſu receptum eſt, vt leges ſuas tabulis lapideis aeneiſue inciſas, vel alio quocunque modo ſcripturae conſignatas, ciuibus legendas cognoſcendaſque proponerent. Ex eadem cauſſa, neque, vt credibile eſt, multo poſt inualuit, vt quo maior certiorque rebus fides conſtaret, vniuerſa fere quae maioris momenti eſſent, hominum inter ſe acta et negotia, tam publica quam priuata, litteris committerentur. Quanta autem ex ſapientiſſimo hoc inſtituto commoda promanent, ſuperuacaneum eſt dicere, cum nullus fere iam populus adeo barbarus reperiatur, qui, ſi modo litterarum notitia ſit imbutus, non aliquem illius vſum arripuerit. Apud cultiores vero gentes tam longe lateque ſparſa eſt eius vtilitas, vt hominum non modo priuatorum fortunae, ſed etiam regnorum rerumque publicarum pax et ſecuritas ex eo maximopere, ſi non vnice, pendeat.

Vtilitas diplomatum *hiſtorica.*

XXIII. Hactenus de primario ſiue ciuili diplomatum vſu; proxime de ipſorum vſu ſecundario, quem et *hiſtoricum* ideo nominare libuit, quod circa hiſtorias, i. e. rerum geſtarum narrationes, verſetur, quaedam ſunt dicenda. Et hic quoque, quamuis priori illi cedat, ſumma deprehenditur eorum vtilitas. Hiſtoriam ipſam tot laudibus ornarunt, fructuſque ex ipſius lectione hauriendos tam luculenter expoſuerunt viri omnis aeui doctiſſimi ac prudentiſſimi, vt ſi vlteriorem illius commendationem in me ſuſciperem, non ſolum actum agere, ſed poſt multos

Homeros,

b) Bell. Catilin. c. 9.

Homeros, quod dici ſolet, Iliada canere videri poſſem. Illa autem rerum vtiliſſima atque iucundiſſima hiſtoria, quam oratorum princeps [c]) *teſtem temporum*, *lucem veritatis*, *magiſtram vitae*, *nunciam vetuſtatis*, appellat, ex diplomatibus, i. e. Regum populorumque actis publicis priuatiſue, praecipuam ſuam fidem, et auctoritatem foeneratur. Huius rei gnari viri hoc praeſertim biniſque ſuperioribus ſaeculis eruditiſſimi, cum viderent rerum a maioribus ſuis geſtarum commemorationes, vel fabularum vanitate inquinatas, vel a ſcriptoribus incertae famae rumoribus confiſis, vel partium ſtudio implicatis, traditas; huic malo vt obuiam irent, et ad veritatis lanceam omnia exigerent, ad acta Principum aliaque in ſcriniis publicis priuatiſue repoſita ſcripta, tanquam fideliſſima certiſſimaque omnis hiſtoriae documenta, ſibi vnice confugiendum exiſtimarunt. *Ex omnibus* quippe (vt ab Anderſonio noſtro [d]) obſeruatum) *ad hiſtoriae fidem firmandam teſtimoniis validiſſima maximeque appoſita ſunt diplomata. Ea pro ſe ipſa loquuntur, neque vllis rhetoricae artis lenociniis aut verborum fuco ad perſuadendum opus habent. Vnde factum eſt, vt chartae aliaque acta vetera ab omnia rimantis huius ſeculi hominibus tanto ſtudio perueſtigentur et excutiantur. Cum enim hiſtoriae pleraeque hinc miraculis ſomniiſque refertae, illinc ex fabuloſis narrationibus traditionibuſque coagmentatae eſſent; ad praua corrigenda, obſcura explicanda, quae deeſſent denique ſupplenda, nulla alia tuta relicta eſt via, quam ſedula priſcorum ſcriptorum monumentorumque indagatio. Ad egregios autem iſtos, veritatique eruendae tam neceſſarios theſauros liberum omnibus aditum patere, eoſque cum aliis mutuo communicari, quicunque vera probitate generoſoque animo praediti ſunt haud aegre patiuntur.* Haec ipſe Anderſonus, et rem ita ſe habere omnes fere omnium gentium hiſtoriae confirmant. Quid exteri in ſuorum quique annalium vitiis horum monumentorum ope expurgandis praeſtiterint, ſuperſedeo dicere. Ad ſcriptores autem noſtros quod attinet, non ab re facturum me exiſtimaui, ſi ex innumeris, quos in hiſtoria Scotica admiſſos errores actorum publicorum aliorumque adminiculo viri apud nos docti detexerunt, nonnullos exempli loco in medium proferrem.

Errorum in hiſtoria Scotica diplomatum ope detectorum quaedam exempla.

XXIV. Primum autem nobis ſuppeditat non celebris magis quam funeſta illa de regno Scotico, poſt Alexandri III. aut potius illius neptis Margaretae Noruegorum Regis filiae mortem, circa annum MCCXCI. orta controuerſia. Qui competitores, aut quo iure quiſque in regno petendo

c) Cic. de Oratore lib. 2. Cap. 9.

d) De abſoluta ſceptri Scotici poteſtate p. 15.

petendo ſe tueretur, non hic, cum res notiſſima ſit, attinet dicere. Caeterum, cum liti dirimendae Eduardus I. Anglus a proceribus Scotis arbiter eſſet electus, vt alios quamplurimos ſcriptorum noſtrorum, inprimis Geo. Buchanani in hac re commemoranda errores praeteream, vnus prae caeteris ad rem noſtram appoſitus, et in ſe inſignis, animadverſionem meretur. Conſtanter nimirum tradunt noſtri omnes annales [e]), Eduardum ex praecipuis duobus competitoribus Bruſſio et Balliolo (nam caeterorum ius infirmo aut potius nullo fundamento nitebatur) Bruſſium prius conueniſſe, eique regnum Scotorum pollicitum, ſi ſe in Regum Anglorum clientela, eorumque ditioni ſubditum profiteri vellet. Cum autem Bruſſius, turpem conditionem aſpernatus, ſe non ita cupidum regnandi reſpondiſſet, vt ea de cauſſa libertatem a maioribus relictam imminueret, Eduardum, eo dimiſſo, Balliolum acciuiſſe, eumque regni quam honeſtae famae auidiorem conditionem oblatam libenter arripuiſſe, eaque ratione ad ſolium euectum fuiſſe. At longe ſe aliter rem habuiſſe, totamque adeo hanc narrationem falſam ac commentitiam eſſe oſtendunt Acta Angliae publica, in turre Londinenſi aſſeruata, et in nobiliſſimo illo eiuſmodi monumentorum ad res iſtius regni ſpectantium a Thoma Rymero regiis auſpiciis ante aliquot annos in lucem edito theſauro contenta. Ex iis enim liquido apparet, omnes competitores, ipſumque adeo Robertum Bruſſium, eius qui poſt regnauit auum, Eduardum Anglum Scotiae dominum ſuperiorem ſaepius agnouiſſe. Duo inprimis illic habentur diplomata [f]) Gallico ſermone conſcripta, quorum priori hic titulus praefigitur: *Submiſſio competitorum regni Scotiae iuris eorum Edwardo primo tanquam ſuperiori domino regni Scotiae. Dat. Norhami die Martis proximo poſt Aſcenſionem Domini*, (i. e. quinto die Iunii anno MCCXCI.) poſteriori autem, *Conceſſio competitorum regni Scotiae Edwardo primo abſolutae regni poſſeſſionis*, *donec quaeſtio iuris determinata fuerit. Dat. Norhami* die poſtero, nempe *die Mercurii proximo poſt* idem *Aſcenſionis feſtum.* In vtroque Robertus Bruſſius diſerte nominatur. Alteri autem a Rymero haec rei confirmatio adiicitur: *Sub ſigillis ſingulis competitorum pendentibus a filis ſericis intextis rubei viridiſque coloris; viridi colore tinguntur omnia. Notandum vero quod primum deſideratur ſigillum a ſiniſtra* [g]). Sed neque gemina hac ſuperioris

e) Excipio vnum Pat. Abercrombium, qui in opere ſuo de heroibus Scotis non ita pridem edito, actorum publicorum fidem ſecutus, quid verum rectumque in hac re vidit ac aſſeruit Vol. I. p. 469.

f) Acta publ. tom. 2. p. 529. et 530.

g) Quaeri poteſt, an hoc primum a ſiniſtra ſigillum Rob. Bruſſii fuerit, et caſune an conſilio ablatum.

ris ſui in Scotiam dominii profeſſione contentus Eduardus, a ſingulis competitoribus haud multo poſt, i. e. XIII. eiuſdem menſis, fidelitatis ſibi iuramentum praeſtari etiam voluit [gg]); in quod etiam non modo proceres, ſed pleroſque omnes honeſtioris ſortis per vniuerſum regnum homines vi et metu adegit. Id porro in hac re dignum obſeruatu, quod Robertus Bruſſius, cum ad hoc ab Epiſcopo Bathonienſi et Wellenſi nomine Eduardi appellaretur, primus [h]) Scotiae regnum Angliae beneficiarium ſit profeſſus: quod a Balliolo inter poſtremos factum [i]), vtpote qui eo die, ſecundo ſcilicet Iunii, forte moras nectens abſuerit.

XXV. *Secundum* exemplum praebeat res haud minus memorabilis, in qua in toleranda hiſtoricorum noſtrorum, ne quid durius dicam, oſcitantia, turpiſſima Roberti noſtri III. natalibus, haud leue in omnem ipſius progeniem, atque adeo in maxime illuſtres tam regias quam alias tota fere Europa familias probrum tractura labes inuritur. Referunt ſcil. vel potius fabulantur noſtri ad vnum omnes ſcriptores [k]), Robertum II. Stuartinae ſtirpis primum Scotorum Regem, poſtquam ex pellice Elizabetha Mora hunc Robertum III. (quod nomen, Ioannis, quo primum appellabatur, nomine depoſito, is poſtea aſſumpſit) cum duobus fratribus, Roberto et Alexandro, ſuſcepiſſet, Euphemiam Comitis Roſſiae filiam vxorem duxiſſe, ex eaque duos filios Dauidem et Walterum cum filiabus aliquot genuiſſe; tertio autem ipſius regni anno, cum Euphemia Regina, eodemque tempore (quod addit Buchananus) Giffardus vir in Lothiana nobilis; cui Elizabetha collocata erat, fato eſſent functi, Regem concubinam ſuam Elizabetham matrimonio ſibi iunxiſſe, filioſque ex ea antea ſuſceptos, contra omne ius tam diuinum quam humanum, legitimos factos, liberis ex Euphemia creatis in regni ſucceſſione praetuliſſe. At totam hanc narrationem merum eſſe figmentum, vel potius mendaciorum male concinnatorum congeriem, ex diplomatibus actiſque regni publicis viri apud nos docti iam pridem euicerunt. Ex iis quippe luce meridiana clarius oſtenſum eſt, 1. Elizabetham Moram primam fuiſſe, non

Secundum exemplum.

gg) Act. publ. tom. 2. p. 558.
h) Ibid. p. 567 et ſeq.
i) Ibid. p. 548.
k) Ex hoc numero excipit Io. Sagius in ſua ad Gul. Drummondi de Hawthornden opera nuper edita praefatione p. 29. et Ioh. Gillanus, Animadv. in Dalrymplii Collect. p. 157. Ioh. Maiorem. Sed verior mihi videtur opinio illuſtris Georgii Comitis Cromartiae, et D. Iac. Dalrymplii, qui Ioh. Maiorem, non minus quam caeteros, Fordoni Continuatorem, Boethium, Leslaeum, et Buchananum in hac re erraſſe, et licet perplexe iam narret, idem quod illi de Roberti III. natalibus ſcribere voluiſſe exiſtimant.

non ſecundam, Roberti II. vxorem; 2. Eam non modo ante ipſius regni initium, ſed et nuptias cum Euphemia contractas, fato ſuo fuiſſe functam; 3. Ioannem Stuartum Elizabethae filium, qui poſtea Robertus III. eſt appellatus, regnante adhuc eius proauunculo Dauide Bruſſio, et diu antequam pater ipſius Robertus II. rerum potiretur, ab eo Rege Davide, vniuerſoque Scotorum populo legitimum Roberti II. filium ac haeredem ſemper habitum ac renuntiatum fuiſſe. Quin ex Reginae Euphemiae diplomate, quod in hoc volumine tabula LVIII. eſt perſcriptum, plane apparet, ipſam anno MCCCLXXV. i. e. quarto Roberti II. viuere haud deſiiſſe. Fordoni autem continuator Bowmakerus (qui primus huius fabulae architectus exiſtimatur) caeterique fere ante Buchananum noſtri ſcriptores, ſecum ipſi aperte pugnantes, Euphemiam Reginam anno demum MCCCLXXXVII. mortuam tradunt. E contrario ex charta authentica, a Cl. viro Ludouico Inneſio ante aliquot annos Pariſiis publica luce donata, perſpicuum quam quod maxime eſt, Elizabetham Moram Roberti III. matrem ante annum MCCCLXV. id eſt, VI. minimum annis prius quam Robertus II. eius pater regnum iniiſſet, et XXII. quam Euphemia Regina mortem oppetiiſſet, rebus humanis fuiſſe ſublatam. Non ignoro Gul. Atwodum, pro ſolita ſua impudentia, hanc Roberti II. chartam ſuppoſititiam pronunciare. At inanibus iſtius hominis argutiunculis refutandis commodior poſtea ſe offeret locus. Caeterum, vt huic chartae auctoritas defuerit, tot alia tamque varia certiſſimae ſinceritatis inueniuntur hanc rem confirmantia documenta, vt qui in poſterum ei fidem derogauerit, frontem vel ipſius Atwodi perfrictiorem habere eum neceſſe ſit.

Tertium exemplum.

XXVI. At ne in re apertiſſima nimis morari videar, pergo ad *tertium* quod promiſeram exemplum, quo diplomatum aliorumque eiusmodi ſcriptorum ad hiſtoriam noſtram emendandam vtilitas oſtendatur. Id autem ex rerum a Iacobo noſtro III. geſtarum commemoratione deprometur. Narrant nimirum plerique noſtrae hiſtoriae auctores, inprimis Geo. Buchananus, hunc Regem praua quos circa ſe habebat conſilia ſectatur, ſiniſtraſque ac iniuſtas de ipſius fratre Alexandro Duce Albaniae aliiſque Scotiae proceribus fouet ſuſpiciones ex moderati primum ingenii Principe in immanem tyrannum degeneraſſe; eoque pacto, civium in ſe odio concitato, ciuili bello ſemel atque iterum implicitum, acie tandem ac merita morte caeſum occubuiſſe. A ſummi numinis beneficio iam effectum eſt, vt tota fere luctuoſae huius tragoediae ſeries ex denſis quibus eam noſtri ſcriptores inuoluerant tenebris eruta, ac in apertam lucem horum monumentorum ope protracta ſit. Ex ampliſſimo enim

enim illo nunquamque ſatis laudando actorum publicorum Angliae theſauro manifeſte apparet horum omnium malorum originem non prauo, vt noſtri volunt, Regis ingenio, ſed Ducis Albani ambitioni, procerumque quorundam cum eo in illius caput ſummo ſcelere coniuratorum cupiditati dominandique libidini vnice acceptam referendam eſſe. Has quippe regni ab Albano affectati, quas inanes videri vult Buchananus, ſuſpiciones, iuſtis omnino rationibus ſubnixas fuiſſe oſtendit conuentio inter eum et Eduardum IV. Angliae Regem X. et XI. Iunii anno MCCCCLXXXII. inita, qua Dux Albaniae (qui ſe Alexandrum Dono Regis Angliae Scotorvm Regem appellat) ſolenniter promittit [l]), 1. *Se quam poſſet maximas Eduardo Anglo aduerſus quoſcunque Principes et mortales ſuppètias laturum.* 2. *Se intra ſex menſes poſt ſubditum ſibi Scotorum ſceptrum, Angli beneficiarium ſeſe profeſſurum.* 3. *Se oppida et arces Beruici et Lacus Mabani, regioneſque Lidaliam, Eſciam et Annandiam ditioni Angliae in perpetuum ſubiecturum.* 4. *Se foederi Gallico renuntiaturum.* 5. *Se, repudiata, ſi fieri poſſet, vxore, Caeciliam Eduardi filiam ducturum.* Contra ea paciſcitur Anglus, *Se ſumma ope adnixurum, vt Iacobo fratre exauctorato, Alexander regnum apud Scotos adipiſceretur, atque in eo retinendo aduerſus Iacobum, qui tunc rerum potiebatur, validis auxiliis ſuffulciretur.* Notandum vero hic inprimis eſt hanc conuentionem factam fuiſſe aliquot menſibus priusquam Regis Anglorum frater Dux Gloceſtriae cum Alexandro Duce Albaniae Scotiam inuaſiſſent. Vnde et illud praeterea manifeſtum eſt, eam, quae in Scotorum caſtris ab Archibaldo Anguſiae Comite aliiſque factioſis hominibus, ſub idem tempus excitata eſt, ad Lauderam ſeditionem, non derepente ortam, ſed diu antea inter ipſos agitatam deſtinatamque fuiſſe. Id ipſe fatetur Buchananus [m]), qui Ducem Albaniae Anglo *pollicitum*, ait, *ſimulac ipſe Scotiam attigiſſet, magna equitum peditumque auxilia conuentura, et Nobilitatem cum Rege diſcordem ſuam fore:* id quod perfidia et dolo Comitis Anguſiae magna ex parte effectum eſt. Narrat porro Buchananus [n]), Regem poſt hanc ſeditionem, relicto exercitu, *in arcem Edinburgenſem ſe abdidiſſe.* Alii autem captiuum eum ductum, atque in eam arcem incluſum, tradunt. Quod confirmant duo huius Regis diplomata [o]); alterum quo Alexandrum Ducem Albaniae comitatibus Marriae et Garriochae donat, hac memoriali cauſſa adiecta,

l) Vide Rymeri acta publica vol. 12. p. 156. et notas noſtras ad Geo. Buchanani hiſtoriam lib. 12. pag. edit. Fribarnianae anno 1715. in fol. 445.

m) Rerum Scotic. lib. 12. p. 234.

n) Ibid.

o) In publicis archiuis.

iecta, *Pro noſtram de carceribus ex caſtro noſtro de Edimburgh liberando perſonam, dignitatem ſuam ac nobilem perſonam grauibus vitae exponendo periculis, dictum caſtrum de Edinburgh obſidendo, ex quo inſultu noſtra iam perſona grata libertate congaudet;* alterum, quo varia priuilegia ſenatui populoque Edinburgeno conceduntur, in primis vero Praetori vrbano Vicecomitis intra vrbis pomoeria iuriſdictio, quod ipſius fratri Albaniae Duci in ſe de caſtro Edinburgh liberando ſtrenuam operam contuliſſent, XVI. Nouembris MCCCCLXXXII. Addit autem Buchananus p): *Quamuis Alexander reſidua fratris erga ſe odia mitigare, et nouo hoc beneficio nouam inire gratiam* ſtuduerit, *plus tamen apud animum impotentem valuiſſe veterum offenſarum, quam recentis beneficii memoriam. Acceſſiſſe*, porro ait, *ad priores ſuſpiciones calumnias inimicorum Alexandri, qui nimiam eius popularitatem aſſidue criminabantur; idque non dubium affectati regni argumentum aſſeuerabant. Illum autem admonitum per amicos, conſilia aduerſus ſuum caput in aula agitari, clam in Angliam ſeceſſiſſe.* Haec ille. At ſuſpiciones priores non vanas, ſed certiſſima fide innixas, ſupra docuimus: quas autem ad eas acceſſiſſe ait inimicorum calumnias iuſtas ac veras criminationes fuiſſe hinc liquet, quod altero poſt Regem cuſtodia eductum menſe, XII. viz. Ianuarii anni MCCCCLXXXIII. miſſis in Angliam legatis Archibaldo Comite Anguſiae, Andrea Graiae Regulo, et Iacobo Lidalio Halkerſtoniae Comarcho foedus ante ſex menſes cum Anglo initum iiſdemque legibus renouauerit, hac etiam caeteris adiecta, *Se nullis conditionibus a Iacobo fratre, aut quocumque eius ſanguine genito, adductum, arma vnquam depoſiturum* q). Porro praedicti ipſius legati *ſuo nomine, atque per fidei, honoris et militiae ſacra ſe obſtrinxerunt*, ſi Albaniae Dux abſque ſobole ipſi in regnum Scoticum ſucceſſura decederet ſe amicos clienteſque ſuos in nullius ditionem praeterquam Angli vnquam conceſſuros r) etc. s). Reſtabat manus vltima tot ſceleribus a rebellibus ciuibus contra Regem ſuum coniuratis poſt aliquot annos imponenda, quod poſtquam filium, ſedecim annorum puerum, in patrem armauerant, ipſumque ad iniquam certaminis aleam ſubeundam coëgerant, atque ex acie fugientem percuſſerant; in proximo ab ipſis indicto conuentu, omnium qui earum partium erant Ordinum decreto *ſua culpa*, id eſt, iure, *caeſus* ſit iudicatus hoc

p) Rerum Scotic. lib. 12. p. 235.

q) Vide Rymeri acta publica, tom. 12. p. 172. et ſeqq.

r) Ibid. p. 174.

s) Exſtat in archiuis Scotiae parlamentariis proceſſus iudiciarius, quo Alexander Dux Albaniae, et Iacobus Lidale de Halkerſton Miles, a tribus regni Ordinibus laeſae maieſtatis damnantur, a 27. Iunii ad 8. Iulii 1483.

hoc praecipue ei crimini dato, *quod Anglos in Scotiam arceſſere, regnumque adeo Anglorum ditioni ſubiicere adniteretur* [t]). At abſurdiſſimum hoc et ab omni fide abhorrens commentum refellunt acta quae diximus Angliae publica, ex quibus apparet nihil aliud Scotiae et Angliae Reges tum animo agitaſſe, quam vt ipſi eorumque ſubditi arctiore pacis et amicitiae vinculo, tribus matrimoniis propoſitis, coniungerentur [u]). Ex aduerſo autem ex iiſdem actis videre licet immanem perduellium ciuium impudentiam. Ab iis ſcilicet ipſis hoc crimen Iacobo intentatur, qui Anglis infeſto exercitu Scotiam inuadentibus ſeditione excitata auxiliatrices quaſi manus commodarant; qui ſe in Angli fidem ſaepius dediderant; qui regnum eius ſceptro (quantum in ipſis eſſet) ſubdituros ſe nunquam Iacobo eiuſque ſtirpe genitis obtemperaturos, iureiurando confirmauerant.

XXVII. Haec pauca ſpeciminis loco ex hiſtoria noſtra proferre viſum eſt exempla, quo chartarum et omne genus inſtrumentorum ad eam corrigendam vtilitas quaſi ob oculos poneretur. Caeterum, praeter iam dicta, quae Hiſtoriae ipſius intimam naturam et ſubſtantiam quaſi reſpiciunt, innumera alia ſunt, quae ad exteriorem eius faciem, id eſt, rerum geſtarum adiuncta et circumſtantias, pertinent: quo nomine cenſeri poſſunt ea omnia quae circa rem chronologicam, geographicam, genealogicam, heraldicam, quam vocant, aliaque ſimilia, verſantur. Quot autem vitiis et erroribus harum rerum neglectus et ignoratio, omnium fere gentium, et noſtrae praeprimis, annales deturparit, plus nimio cognitum habent, qui eiuſmodi ſtudiis animum appulerunt. At vero his deprehendendis expungendiſque certiſſima, ac fere vnica, ex veterum actorum perueſtigatione ab iis inuenta eſt via. Et, vt alia praeteream, quot in re ſola chronologica (quae dexter hiſtoriae oculus, vt geographica ſiniſter, haud inepte appellari ſolet) a vetuſtioribus noſtris ſcriptoribus admiſſi errores eiuſmodi monumentorum ope a recentioribus detecti ſunt et emendati [x])? Poſſem et hic commemorare quantum iis qui res publicas tractant, ad Politicen ſiue ſapientiam ciuilem comparandam, et ad Principum aularumque arcana penitius introſpicienda eiuſmodi ſcriniorum excuſſio momentum habeat: et quanta denique ad

Diplomatum ad rem ſchronologicam, geographicam, genealogicam illuſtrandam et emendandam vſus.

Eorum in re politica itemque ad antiquas gentium leges et ritus cognoſcendas, vtilitas.

 antiquas

t) Vide act. 12. parl. 1. Iacobi IV. in quo quaeſtio de iure praelii ad Stirtinum proponitur. Exſtat in editione Actorum Parliam. Scotiae, quam, quod typis Saxonicis impreſſa eſt, nigrum appellant, fol. verſo 82.

u) Vide act. publ. Rymeri vol. 12. p. 328.

x) Plurimas hoc genus prauas in hiſtoria noſtra temporum notationes, actorum publicorum aliorumque ope, ipſe obſeruaui, et ad verum calculum reduxi, in Annotationibus meis ad Buchanani rerum Scoticarum hiſtoriam anno 1715. editis.

antiquas variarum gentium leges et conſuetudines intelligendas, rituſque tam ſacros quam profanos explicandos, ſubſidia inde peti poſſunt. Sed cum haec aliaque eiuſmodi, viris doctis alioquin ſatis comperta, fuſiorem quam inſtituti noſtri ratio patiatur tractationem poſtularent, ſatis mihi in praeſenti fuerit ea ſummatim attigiſſe y).

De diplomatibus ſuppoſititiis

XXVIII. Sed, vt nihil ſceleri inacceſſum, nihil ab hominum improbitate vndique tutum eſt et ſecurum, vtiliſſimum hocce atque ad omnes vitae partes propemodum neceſſarium diplomatum inſtitutum corrumpi tandem et ad falſitatis iniuſtitiaeque omnis generis patrocinium traduci coepit. Cum enim vſu deprehenſum eſſet, nulla re certius hominum inter ſe commercia negotiationeſque quam litteris chartae commiſſis firmari poſſe; homines auidi et facinoroſi, quo fraudibus ſuis velum obtenderent, et res iniuſte quaeſitas et occupatas ſibi ſecurius vindicarent, ad diplomata et cuiuſcunquemodi ſcripta ementienda falſaque pro veris ſupponenda animum adiecerunt. Neque hoc fine ſtetit hominum quorundam nequitia, ſed per omnia quum ſacra tum profana ingrediens, hiſtorias alioſque omne genus libros procudere, atque ſub commentitiis veterum auctorum nominibus euulgare eſt auſa. Et hic quidem dolere ſimul et mirari conuenit, non homines aperte malos, iuſtique et iniuſti prorſus negligentes, ſed vitae monaſticae ſectatores, i. e. viros Deo rerumque coeleſtium meditationi dicatos, fallaciis eiuſmodi texendis ſe praeter alios omnes tradidiſſe. Caeterum, cum hoc pacto tam late graſſatum ſit et etiamnum graſſetur hoc malum, vt nihil fere impuras iſtorum falſariorum et impoſtorum manus effugerit; laudari ſatis non poteſt doctorum hominum ſollertia et aſſiduitas, qui hoc duobuſque ſuperioribus ſaeculis in id certatim et communi quaſi conſilio incubuerint, vt ſuppoſititiis omne genus ſcriptis larua, quantum pote, detracta, veris et genuinis ſuum pretium conſtituerent. Quot eiuſmodi libros ſpecioſis ſe titulis venditantes horum induſtria detexerit furtiuiſque ſuis coloribus nudauerit, vt non huius loci, ita neque mearum facultatum eſt, hic recenſere. Ad diplomata autem chartaſque antiquas quod attinet, exquiſita eorum doctrina ſtupendaque ingenii ſagacitate eo res deducta eſt, vt vera diplomata a falſis ſecernendi rationes ad artis iam formam

Doctorum virorum in iis detegendis ſollertia laudatur.

y) Qui plura de multiplici diplomatum, aliarumque chartarum vſu ſcire auet, adeat Ioh. Mabillonium de re diplomatica, God. Guil. Leibnitii Codicem iuris gentium diplomat. Ioh. Pet. Ludewigii Reliquias MSS. omnis aeui diplomatum Godefridi Abbatis Chronicon Gotwicenſe, Tho. Madoxi Formulare Anglicanum, Geo. Hickeſii theſaurum linguarum ſeptentrionalium, in ſuis Praefationibus etc.

formam et naturam quodammodo redactae videantur [z]). In hac nimirum, vt in aliis artibus, quaedam regulae traduntur, quarum ope inſtrumenta omnia ad examen reuocari, legitimaque a ſpuriis, indubitata a ſuſpectis internoſci queant. Ex his nonnullae magis ſunt generales: quales ſunt, aetati qua quaeque diplomata ſcripta ſunt congruens vel diſconueniens litterarum forma; recta aut praua temporis notatio; ritus, vocabula, et loquendi formulae eo ſaeculo receptae vel inſolitae, etc. Aliae autem magis particulares, et ex variis circumſtantiis rerumque adiunctis accurate inter ſe aut cum aliis collatis, prout cuiuſque diplomatis expendendi natura poſtulauerit, petendae [a]). Hae autem omnes praecipuum ſuum fundamentum in iis ſcriptis, quae extra dubium vera et genuina eſſe cognoſcuntur, poſitum habent. Cum enim, quod vulgo dicimus, RECTVM ſit SVI INDEX ET OBLIQVI; ita nulla re certius accuratiuſque diplomatum fides explorari poteſt, quam eorum cum illis quae manifeſtae ſunt ſinceritatis facta comparatione. Certe, quod in re morali olim cecinit Horatius [b]),

Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiuſue medullis,
Quam, qui non poterit vero diſtinguere falſum.

hic etiam locum habet. Niſi enim quorundam diplomatum γνησιοτῆτα certis aliquibus notis et indiciis perſpectam quis habeat, fieri non poteſt, vt de aliis quae dubiae ſuſpectaeque fidei ſunt recte atque ex vero ſententiam ferre poſſit.

VIII. IOH.

z) De hac re inprimis legi merentur, quae habet, vt alibi paſſim, Cl. Mabillonius in praenobili ſuo nunquamque ſatis laudando de Re diplomatica opere, praecipue vero libri 3. Cap. 1. 2. et 6. et Supplementi cap. 1. §. 3. Regulas quidem a doctiſſimo illo viro, in epilogo ſui operis, id eſt, praedicto illo libro 3. cap. 6. et vltimo, traditas, vt incertas aut fallaces carpit in re antiquaria itidem verſatiſſimus Geo. Hickeſius in praefatione ad linguarum ſeptentr. theſauro p. 36. et ſeqq. At eas, me iudice, egregie vindicauit Fr. Theodericus Ruinart, in praefatione ad ſecundam operis Mabillonaei editionem, in qua Hickeſium regulas illas male intellexiſſe, aut in alienum ab auctoris mente ſenſum detorſiſſe, vt mihi quidem videtur, oſtendit.

a) Io. Mabillonius in ſupplemento ad libb. de Re diplom. cap. 4. de variis corruptorum inſtrumentorum generibus agens, ſic §. 4. concludere non dubitauit: *Ex his omnibus, ſiue falſis ſiue interpolatis, nullum tanta arte effingi vel refingi poſſe puto, cuius falſitas vel interpolatio a perito antiquario detegi non poſſit. Ea eſt enim veritas, vt luceat per ſeſe, totque circumſtantias munitur, vt mendacio et falſo, quantumuis belle fucato, ſemper aliqua deſit.*

b) Lib. I. epiſt. 10.

VIII.

IOH. GOTTL. KRAVSE,

HISTOR. PROF. PVBL. ORD. WITTEBERGAE,

PROGRAMMA

DE

VSV DIPLOMATVM CONRADI I. GERMANIAE REGIS,

QVOD

ORATIONI SOLENNI

NOVIS INCREMENTIS MVNERIS ACADEMICI AVCTVS PRAEMISIT.

Summae auctoritatis eſſe ad fidem faciendam litteras principum publicas, quae exquiſita circumſpectione curaque conſignari ſolent, nec niſi principis monogrammate olim ſigilloque et Cancellarii Archicapellanique nominibus et ſigno corroboratae in manus tradebantur petentibus, vna omnium, ſolidiſque rationibus ſubnixa, eſt ſententia. Quamobrem in eruendis familiarum illuſtrium originibus, ſucceſſionibus, cognationibus, in priſtina prouinciarum forma, locorumque nominibus vetuſtis indagandis, in habitu denique imperii noſtri iuribuſque et rebus geſtis maiorum explicandis confirmandiſque, inſignem vſum eſſe id genus monumentorum, dudum experti ſunt, qui curuum recto diſcernere norunt atque in ſuperiorum temporum hiſtoria ſapiunt vltra vulgus. Quorum ſtudio diligentiaque haud dubie iam dudum effectum eſſet, vt patriae noſtrae annales omnibus exterorum populorum hiſtoriis, ſi non elegantia, fide tamen et integritate, palmam praeriperent; niſi poſt maximam ſtragem, quam Martis Vulcanique furores ipſaque temporum edacitas infinitis intulit chartis, etiam hominum inuidia, quae ſuperſunt, reliquias ancipitis fortunae ludibriis committere, quam e latebris protractas communi vſui noſtri futurique temporis conſecrare maluiſſet. Quandoquidem vero quae ſolida ſaeculi noſtri eſt gloria, principes nunc, et qui ad clauum reip. ſedent, experientia edocti, rem ſuam agi, ſi plu-

res,

res, frequentiorem veterum chartarum vſum conſecuti, et legere fugientes noſtriſque diſſimiles admodum literarum notas, et interpretari e moribus veterum, et a legitimis ſpuria ſecernere diſcant, paſſim forulos recludunt et in publicum proferri patiuntur tot venerandae antiquitatis cimelia, vt, quod nonnemo feſtiue dixit, pluere nunc videatur diplomatibus: opera danda eſt, ne his, quaſi crepundiis quibuſdam, aut oculi feriis, vnice fallendi temporis aut oblectandi animi cauſa vtamur, ſed ea conferamus ad emendandos perficiendoſque annales gentis noſtrae, iuriſque patrii diſciplinam. Quae res animum mihi addidit ſuperioribus annis, vt magno meo et otii et ſumtuum impendio, in vnum conferrem, quaecunque reperire potui vetera inſtrumenta, cumprimis autem diplomata regum et imperatorum noſtrorum, eaque redigerem in ordinem, plures, vbi proſtant, eiuſdem tabulae editiones compararem inuicem maculaſque eluerem, denique cum rerum ſcriptoribus contenderem eoque omnem conuerterem curam, vt hinc lucis aliquid annalibus foenerarer. Quae quidem ſi quis facile et abſque negotio fieri poſſe exiſtimet; is demum hoc ipſo aperiet omnibus, et quam immenſa ſit veterum inſtrumentorum multitudo, quamque per innumeros et aliquando rariſſimos libros diſperſa, quantaque cura et circumſpectione hic ſinguli propemodum apices ſint tractandi, et quam conſuetudinem familiaritatemque cum mediae, quam vocant, aetatis ſcriptoribus contraxiſſe oporteat eum, qui operae aliquod hic pretium facere velit, ſe plane cum ignariſſimis ſcire. Ego poſtquam tot laborum taedia, etiam cum valetudinis diſpendio, deuoraui, tot bonas horulas, quas alii ludo iocoque, aut gulae ventrique obediendo tranſigunt, tot noctes vigiliaſque impendi, poſtquam iis ſumtibus qui fortunam meam excedere longiſſime videbantur, neceſſariam huic inſtituto ſupellectilem librariam comparaui; ſentio tamen longius me adhuc abeſſe ab illa operis, quam mente dudum praeformaui, imagine. Interim ſolatur me, inter aerumnas etiam aſſiduas, et animum erigit ſpes illa, ſi vitam vireſque vrgendis, ea qua coeptum eſt via, deſtinatis, indulgere mihi dignetur ſummus rerum humanarum arbiter, fore, vt naſcantur nobis Fasti Avgvstales Germaniae, Cyclis veterum et annalibus marmoreis Athenienſium, et quibuſcunque Romanorum Faſtis non fide minus et dignitate, quam vſu et praeſtantia potiores. Equidem ſatis intelligo, nihil ſimul coeptum eſſe et omnibus numeris abſolutum; et ipſae negotii ſuſcepti rationes poſtulare videntur, vt deprauatorum etiam monumentorum quinimmo et commentitiorum habeatur ratio, neque limae criticae locus hic concedatur, niſi ex ipſis autographis apographa, aut

ex apographorum noua comparatione ſcribarum typothetarumque errores liquido demonſtrari poſſint; caetera in marginem aut in commentarios eſſe reiicienda, vt ex ipſis naeuis de fide tabularum iudicium fieri poſſit: ipſa tamen dies quod ſperamus, nonnullis medicinam afferet, prolatis in publicum ipſis autographis, alicubi fortaſſis latentibus aut apographis ſincerioribus. Quae donec conſequamur, vſus etiam eorum, quae nunc ad manus ſunt, erit minime ſpernendus, immo talis, vt iis carere hiſtoriarum ſtudioſos omnino non poſſe, noſtro quidem tempore, nemo ſit qui dubitet. Exemplo ſint diplomata Conradi I. Germaniae regis, vel eo nomine, quod eius pauciora inueniantur, adeoque argumentum anguſtis ſcriptionis huius limitibus conueniat; cum caeterorum principum longe plura, immo quorundam centurias dare in promtu nobis ſit. Conradi diplomata etiam ſedulo excuſſis horum cimeliorum arculis, vix octonarium numerum ſuperare, affirmat auctor Germaniae principis poſt Carolingicae ſub Conrado I. quae ductu Illuſtris Ludewigii, Almae Fridericianae Cancellarii, Viri in his litteris facile principis, eſt conſcripta; eorum tamen ſyllogen altero tanto numeroſiorem producere nobis licet, quae vt pluribus deinceps augeatur, ad illuſtrandam Conradi hiſtoriam, mancam adhuc paſſim et a ſcriptoribus paene neglectam, in votis habemus. Accipe interim indiculum eorum, quae in libris editis, aut integra, aut ex parte exhibentur, aut ſaltem commemorantur.

* * *

Anno Incarnationis Domini
DCCCCXII.

Actum FVLDÆ *curia regia*
in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Dat. VIII. id Aprilis, Indict. XV. regnante glorioſiſſ. rege CONRADO, anno I. regni eius.

WALAFRIDVS *Notarius ad vicem* PILIGRIMI *Archicapellani recognouit.*

Eſt protectorium diploma pro monaſterio Fuldenſi.

Actum ad Locum FVLTENSEM
in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Dat.

Dat. II. Id. Aprilis Indiƈt. XV. regnante glor. rege CHVONRADO anno I.

ODALFRIDVS *Notarius* ad vicem PILIGRIMI *Archicappellani recognovi & ſubſcripſi.*

Fuldenſibus quædam in *Helmerichshuſen* & *Hengiſtorf* in pago *Grapſeld* donat.

Aƈtum ad monaſterium FVLDENSE

\- - - - - - *nomine* - - - *Amen.*

Dat. II. Id. April. Ind. XV. anno vero regni inviƈtiſſ. regis CHVONRADI primo.

VDALFRIDVS *Notarius ad vicem* PILIGRIMI *Archicappell.* Poſſeſſiones & immunitates Fuldenſis monaſterii confirmat.

Aƈtum FRANCONOFVRT

in Dei nomine feliciter. Amen.

Dat. Kal. Julii Indiƈt. XV. regnante glor. rege CHVONRADO anno I.

SALOMON *Cancellarius ad vicem* PILIGRIMI *Archicapell.* recognovi & ſubſcripſi.

Fuldenſibus ad interceſſionem genetricis ſuæ *Glismuodæ*, in pago *Huſitin* in Comitatu *Bardonis*, curtem *Dribura* donat, ea conditione, ut Glismuoda loca *Mittiu*, *Altinchiricha*, *Meſtineshuſa*, *Linna* et *Niunnchiricha* in pago *Loganacgonune* in Comitatu *Ottonis*, fratris regis, ad dies vitæ in proprietatem accipiat.

Aƈtum ad TRIBVRIAM palatio regio

feliciter. Amen.

Dat. X. Kal. Sept. in monte Abirinesburg Ind. XIII. anno I. regni CHVNRADI glorioſiſſ. regis.

WODELFRIDVS *Cancellarius ad vicem* PILIGRIMI

Archicappellani recognovi.

Rogatu *Thiedolachi* Epiſcopi, & *Erkangeri* Comitis, *Erdolfi* et *Finandi*, monaſterio *Aberinesburg* donat, quæ *Folcmar* poſſederat in villa *Hanſcuhesheim*; *Laureshamenſi* autem monaſterio, poſt obitum *Sigolfi* monachi, poſſeſſiones eius in pago *Lobotungowe* in Comitatu *Luitfridi* Comitis.

D CCCC XIII.

Aƈtum in ipſo monaſterio CORBEIÆ *in Dei nomine feliciter. Amen.*

Dat. III. Non. Febr. - - - - - - regni autem Domini CHVONRADI Sereniſſ. regis anno II.

\- - - - - - - - - - - -

Corbejenſibus priuilegia prædeceſſorum corroborat.

Actum CHASSELLA
feliciter in Dei nomine.

Dat. XII. Id. Mart. Ind. I. anno vero regni Domni CHVONRADI II.

SALOMON *Cancellarius ad vicem* PILIGRIMI *Archicappellani recognovi.*

Meſchedenſi virginum coenobio privilegia anteceſſorum confirmat.

Actum apud LAVRISSAM.

Dat. X. Kal. Jul. Ind. I. - - - - - - regni II.

- - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - -

Actum ad FORCHAIM
in Dei nomine. Amen.

Dat. - - - - - anno glorioſiſſimi regis CONRADI III.

- - - - - - - - -

Ellinratæ concubinæ Arnulphi Imp. donationem ad monaſterium Ratisbonenſe, Capellam nempe in *Ergoltinga*, traditam in manus Tutonis Epiſcopi et Advocati ſui *Imonis*, confirmat.

D CCCC XIV.
Actum ad FORCHAIM
in Dei nomine.

Dat. VIII. Kal. Junii Ind. II. anno regni piiſſimi regis CONRADI III.

- - - - - - - - - - - -

S. Emmerami monaſterio Ratisbon. Foreſtum iuxta *Sulzpach* cum Foreſtario *Syfrid*, perpetuo iure in proprium donat.

Actum apud WILINABVRCH
in Dei nomine feliciter. Amen.

Dat. VII. Id. Julii Ind. II. anno vero regni CONRARDI glorioſiſſ. regis III.

SALOMON *Cancellarius ad vicem* PEREGRINI *Archicapellani recognoui.*

Vltraiectinæ Eccleſiæ priuilegia confirmat.

Actum

Actum FRANCOFVRTI *in palatio regio.*

Dat. VII. Id. Julii Ind. II. - - - - regni II.

\- - - - - - - - -

\- - - - - - - - - -

D CCCC XVI.

Actum REGANESPVRCH.

\- - - - - - - - anno regni CONRADI regis piiſſimi V.

\- - - - - - - - - - -

S. Haimerani monaſterio Ratisbon. decimam partem vectigalium in Ratisbona donat, admonente *Adalberto* Epiſcopo, ad coemenda luminaria.

D CCCC XVIII.

Actum apud FRANCONOFVRT *in Dei nomine feliciter. Amen.*

Dat. XI. Kal. Maji Ind. V. anno vero regni Sereniſſ. regis CONRADI VII.

Salomon *Cancellarius ad vicem* PILIGRINI, *archicappellani recognoui.*

Donationem *Dracholfi*, Epiſcopi Herbipolenſis, ad monaſterium Schwarzaha, concernentem loca *Gerlachshauſen*, *Weivelt* et dimidiam partem ad *Stockheim*, & *Lanckheim*, & *Feuerbach* & *Caſtimallesdorff* & *Selinsdorff* & vineas duas ad *Nordheim* confirmat.

Fragmentum diplomatis, ſine ſubſcriptione, locique aut temporis nota.

CVNRADVS, diuina Clementia fauente et ordinante Romanorum & Francorum Rex, Fuldenſi monaſterio, ubi locum requiei poſt finem vitæ præelegerat, prædia duo, a parentibus hæreditario iure accepta, in *Hagen* & *Sumerde*, pro victu & veſtitu fratrum monaſterii donat, preces eorum pro animæ ſuæ, matriſque *Glismudæ* liberatione, expetens.

Non immorabor nunc Geographicis, neque diplomatica et critica, vt a praeſenti inſtituto aliena, niſi per occaſionem, attingam. Ea potius expendere iuuat, quae propius ad res Principis noſtri ſpectant. Atque

de patria eius maioribuſque dudum inter eruditos diſceptatum eſt; vbi quanquam parum lucis e diplomatibus nobis affulgeat, apparet tamen praedia eum, quae hereditario iure acceperat, in Franconia habuiſſe. Matris autem GLISMVODAE nomen, a nemine hiſtoricorum, quod ſciam, annotatum, e ſolo fragmento diplomatis vltimo loco a nobis commemorato, quanquam illo dubiae fidei innotuit; quod nuper egregie confirmatum eſt, a Cel. Schannato in lucem productis tabulis Kal. Iulii, anni DCCCCXII. datis, quibus matri a Fuldenſibus poſſeſſionem locorum quorundam paciſcitur. Eaedem litterae quoque indicant nobis alterum Conradi noſtri fratrem OTTONEM, Comitem in pago Loganacgouue, cum hucuſque ſolus Eberhardus cognitus eſſet, quem imperii inſignia poſt fratris mortem eiuſque iuſſu, Henrico Saxoni tradidiſſe, hiſtorici affirmant: quanquam huic addant nonnulli Wernerum Conradi Sapientis, Franconiae Ducis, vt habet Continuator Reginonis, patrem. Coniugis CHVNEGVNDAE nulla in tabulis noſtris mentio; fuiſſe tamen, colligitur e donatione ad monaſterium Laureshamenſe, quam Chronicon Laurishamenſe apud Freherum p. m. 117. his verbis commemorat: *Huius regis (Cunradi) vxor* Chunegunda *locum proprietatis ſuae* Ginga *appellatum, cum omni iure, regalique praecepto, ſancto Nazario tradidit, atque ibidem in eccleſia, quae dicitur* Varia, *ſe tumulari praecepit.* Quod regale praeceptum donec alicubi e tenebris eruatur, ſufficiet nobis locum ſepulturae diemque mortis eius obſeruaſſe. Hanc diſcimus e Necrologio Laureshamenſi, quod Cel. Schannatus Vindemiarum Tomo I. inſeruit p. 37. vbi ad VII. Idus Febr. legitur: CVNIGVNDIS *Reginæ. Hæc dedit Gingen ex integro.* Vt adeo recte eandem diem obitus ei adſcripſerit Tollnerus in notis ad Cod. Diplom. n. 16. quanquam annus mortis adhuc lateat.

Sed ad regiam dignitatem Conradi veniamus; quam quo tempore ſuſceperit, non vna eſt veterum ſcriptorum ſententia, aliis annum DCCCCXI, aliis ſequentem praeferentibus; Funccio etiam Chronologo eadem initia ad an. DCCCCXIII. protrahente. Iam ſi e tempore, quo diem obiit anteceſſor eius Ludouicus, argumentum petere velis, eadem ibi quoque incertitudo eſt, aliis annum DCCCCX, aliis DCCCCXI, nonnullis etiam eum, qui hunc proxime excepit, aut ſequentem, laudantibus. Sed quemadmodum regnum Ludouici vltra XIII. Kal. Febr. anni DCCCCXI. protenſum non fuiſſe, diplomata cum Necrologio Laureshamenſi collata oſtendunt, inque tabulis Ludouici, an. DCCCCXI.

VII.

VII. Id. Aug. vt fertur, datis, quas habes in Ill. Ludewigii Reliquiis T. VII. p. 426, numeros aperte corruptos eſſe nemo non videt; ita etiam primus annorum Conradi, e tabulis eius publicis tutiſſime eruitur, quae confirmant calculos eorum, qui eum fuiſſe annum DCCCCXII. contendunt. Has autem amice conſpirare cernimus, duabus tantum exceptis, altera, quae ſecundum regis annum cum DCCCCXIV. coniungit: quas vt in mendo cubare, extra controuerſiam collocemus, ad normam authenticarum exigenda ſunt; cum illius tantum excerpta exhibeat Hundius in Metropoli Salisb. huius autem non niſi temporis notas Lerſnerus in Chronico Francofurtano, atque adeo vtrobique librarius facile aberrare potuerit. Tria vero autographa eiuſdem anni DCCCCXII. ſuppeditat nobis vnum Fuldenſis abbatiae tabularium, a Cancellario recognita et ſigillo Regis munita, quae ſumma cura deſcripſit et publici iuris fecit Cel. Schannatus; primum et ſecundum II. Idus Apriles, tertium Kalendis Iulii datum; e quibus manifeſtum eſt, annum Chriſti DCCCCXIII. non eſſe III. Conradi, ſed II, contra ſequentem regis huius III. non ſecundum.

Annis aerae vulgaris inuentis, quibus quiſque regni Conradi eſt alligandus, parum tamen profeciſſe videbimur, niſi etiam inueſtigatum fuerit, vnde initium cuiuſque ſit capiendum. Tollnerus quidem, quem ſupra laudauimus, electum eſſe Conradum menſe Decembri anni DCCCCXI, coronatum anno ſequenti dicit, ſed cauſſas ſententiae ſuae non aperit. Ego arbitror, ſecutum eſſe Luitprandum, qui Lib. II. c. VII. ait, Noſtrum ſeptimo regni ſui anno diem obiiſſe, qui ſi nondum abſolutus erat X. Kal. Ianuar. anni DCCCCXVIII, cum vita decederet Conradus, teſte Mariano Scoto, et tamen is Ludouico ſucceſſerit anno DCCCCXI, quod Reginonis Continuator tradere videtur, oportuit ſane intra diem XXIII. et XXXI. Decembris ad regnum perueniſſe. Sed deſerendus vtique eſſet Luitprandus, probanduſque Ditmarus Merſeburgenſis, qui Conrado VIII. annos tribuit, ſi calculum Saxonicorum, vt aequalium, ſtrictius ſequi vellemus. Nam ſi ſedecim tantum annos regnauerit Henricus Auceps, quod Ditmarus et Witichindus teſtantur, atque deceſſerit VI. Non. Iulii anni DCCCCXXXVI; ſequeretur, non ante medium annum DCCCCXX. rerum potitum eſſe. Neque id diu poſt obitum Conradi factum eſſe potuit; huius enim exequiis peractis principes, vt loquitur Ditmarus, concione in Friteslari *celeriter* poſita, Henricum coronauerunt.

Itaque

Itaque dubitandum non foret, diem mortis, qui vtique fuit X. Kal. Ianuarias, non ad annum DCCCCXVIII, ſed ſequentem pertinere; adeoque Conrado, ſi regnandi initium feciſſet ineunte anno DCCCCXII, aut etiam DCCCCXI. ad finem vergente, annos VIII. fere, aut potius omnino, abſolutos dandos eſſe. Sed cum a Witichindo et Ditmaro diſcedant diplomata, et Henrici non XVI. tantum, ſed XVII. annos numerent, ſane dubitari non debet, auſpicia Henricum coepiſſe anno DCCCCXIX, atque Conradum obiiſſe paullo ante finem anni DCCCCXVIII; maxime cum etiam Fuldenſes, apud quos quieſcit corpus Conradi, quosque adeo latere non potuit dies annuſque eius emortualis, eundem annum Necrologio ſuo inſcripſerint, cuius fidem recte ſecutus eſt Marianus, et ipſe Fuldenſis monachus. Itaque ſi librarii culpa numerus apud Ditmarum corruptus emendetur, atque VII. pro octonario ſubſtituatur, conſentiet is Luitprando: ita tamen, mea ſententia, vt non currente, ſed iam abſoluto anno ſeptimo defunctus ſit Conradus, quod etiam Hermannus Contractus aſſerit. Atque ſi venia ſit coniecturae, dicam, videri mihi in verbis iis, manifeſte corruptis, Ditmarum, *XIV. Kal. Nouembris* non diem mortis, ſed initium regiminis facere, atque pro verbis, *feſtino eius obitu in*, legendum, *poſt feſtinum eius obitum.* Qua ratione neque Fuldenſi Necrologio, cui ſumma hic fides eſſe debet, neque Luitprando, in anno dieque indicando contrarius erit Ditmarus, eiuſque verba ita cohaerebunt: *Petitionem* (Conradi) *extremam* (primates) *cum magno luctu et gemitu ſuſcipientes et impleturos ſe, vita comite, promittentes*, poſt *feſtinum eius obitum* (VII. *ordinationis ſuae anno XIV. Kalend. Nouemb. pro dolor completo) ac exequiis in Limburg* (Wilinburg) *peractis*, diſceſſere. Quod attinet ad diplomata Conradi, dolendum eſt, nullum hucuſque repertum eſſe, quod poſtremis anni menſibus datum ſit, praeter illud, quod notas temporis, X. Kal. Sept. anni DCCCCXII, Indict. XIII. habet, ſed manifeſte corruptas, cum Indictio anno Chriſti non reſpondeat, et Wodelfridus Cancellarius, qui id recognouiſſe dicitur, iam tum ſucceſſorem nactus eſſe videatur Salomonem. Et quanquam concederemus, numerum anni Chriſtiani hic incorruptum eſſe; tamen eo minime efficeretur, quod Pfeffingerus ad Vitriarium volebat, Conradum non ante annum DCCCCXII,

ſed

ſed tantum non ante X. Kal. Sept. anni praecedentis, regia poteſtate auctum eſſe. Pagius in Critica Annalium Baronii ex anno regni III. tabulis VII. Id. Iul. anni DCCCCXIV. datis adiecto collegit, Conradum ſaltem non ante illam Iul. menſis diem in ſolium regium euectum eſſe; e caeteris autem, quas ſupra laudauimus, primae Fuldenſes oſtendunt, eum iam VIII. Id. Aprilis anni DCCCCXII. regem fuiſſe, et Corbeienſes, ſequenti anno, III. Non. Febr. iam numeratum eſſe annum regni II, ideoque intra VII. Id. Iul. aut etiam X. Kal. Sept. anni DCCCCXI. et principium Febr. menſis anni ſequentis regia dignitate Noſtrum eſſe condecoratum; quod interpretationi noſtrae Ditmari Merſeburgenſis ſaltem non repugnat. Vlterius autem eam comprobatum iri ſperamus, ſi plenius in lucem producerentur Praecepta regalia Conradi, quorum dies adhuc ignoramus, aut quorum notae temporum in mendo cubant, nec non, quorum argumentum tantum ad nos peruenit; vt de vectigalibus quibuſdam in Thuringia ad monaſterium Fuldenſe donatis, quorum meminit Ebirhardus monachus in Summariis Traditionum c. 2. de donationibus ad Laurishamenſe Coenobium in Chronico Laurishamenſi, de aliis in Ekkehardi Iun. Caſibus S. Galli. Fragmentum autem ſupra adductum ſine temporis notatione, vel ob titulum Regis Rom. et Francorum admodum ſuſpectum, et Conſtitutio de pace publica, quam Goldaſtus exhibet, ſaltem quoad verba, haud dubie conficta eſt; Synodi Atheimenſis acta, ob aetatem Epiſcoporum, quorum nomina ſubnotata inueniuntur, genuina eſſe non poſſe, Leuckfeldius in Antiquitatibus Halberſtadenſibus oſtendit. Plura, quae addere poteram, nunc quidem non capit chartae huius anguſtia; quamobrem iis, aliisque obſeruationibus meis diplomaticis locus erit in recitationibus meis hiſtoricis, ad quas etiam poſthac frequentandas optimarum literarum in Alma Leucorea noſtra ſtudioſos publica hac tabula inuito. Cum enim, ante quinquennium, et quod excurrit, auctoritate Regia ſubſtitutus Hiſtoriarum in hac Academia Profeſſor Publicus Ordinarius, ex eo tempore in hanc diem demandati mihi muneris partibus defunctus ſim, *Sereniſſimus Potentiſſimuſque Rex et Princeps Elector Saxoniae* FRIDERICVS AVGVSTVS, *Dominus meus longe clementiſſimus*, annui ſalarii acceſſione auctum, eidem muneri deinceps etiam praeeſſe iuſſit.

Quamobrem, vt indulgentiſſimam clementiſſimi Principis in me voluntatem, ea, qua par eſt, pietate, et deuotiſſima grati animi ſignificatione publica, venerer, perendie *de munificentia vere Regia Potentiſſimi AVGVSTI noſtri, qua fouet artes et ſcientias quaſcunque*, verba facturus ſum, eamque recitationem meam vt *Rector Academiae Magnificus Patreſque huius Reipubl. Litterariae grauiſſimi*, Patroni et Collegae mei per tot annos amantiſſimi, omnique obſeruantia colendi, et quicunque apud nos bonis litteris fauent, nec non *Generoſiſſimi Nobiliſſimique Academiae Ciues* praeſentia ſua ornare velint, officioſiſſimis precibus obteſtor. Dab. VI. Kal. Aug. A. D. ∞ɪↄccxxxɪɪ.

IX.

IOH. WILHELMI WALDSCHMIDT,

ACADEMIAE MARBVRG. PROCANCELLARII, REGII ET PRINCIPALIS REGIMINIS CONSILIARII,

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

DE

PROBATIONE

PER

DIPLOMATARIA.

Vom

Beweis durch Copial-Bücher.

D. XVIII. DECEMBR. A. MDCCXXVI.

RESP.

CHRISTIAN. THEODOR. LIPPE.

§. I.

Quemadmodum a fide *Diplomatum*, ius in Regiones integras, Regalia ſingula, aut poſſeſſiones magni momenti alias ſaepenumero dependet. Ita *probationes* quoque in Publicis ſimilibusque gravioribus Controverſiis, non aliunde magis adornari ſolent. Cum vero Diplomati, ad probandum inducto, non aliter ſua fides, aut effectus plenae probationis conſtet, quam ſi nulla ſuppoſitionis, ac fraudis ſuſpicione laboret. Eoque tanto magis aduertendum ſit, quo certius, in vaſta illa Diplomatum multitudine, quae recentiori aetate, e tenebris in claram lucem protracta, talia quoque, quae ſubleſtae fidei, aut plane ſpuria, antiquitatem tamen mentita, velut zizanium inter triticum, magno numero comparuiſſe, ac etiamnum comparere. De γνησιοτητι, aut νοθευσει

 Diploma-

Diplomatum autem certius iudicari haud poſſit, quam ipſo originali inſpecto. Exploratiſſimum ſimul eſt, eam demum probationem per Diplomata, omnium perfectiſſimam eſſe, quae ex indubitatis autographis inſtituitur et perficitur. Vtrum vero *Exemplis Diplomatum* omnis probandi vis propterea deneganda ſit, in ipſis cauſarum argumentis non vna vice diſceptatum eſt. Quaeſtionis illius partem nobiliorem, integra *Diplomataria* attinentem, pro argumento Diſſertationis Academicae hac vice ſelegimus, dicturi de eodem, non equidem quantum dici poteſt, fortaſſe tamen quantum debet.

§. II. Prius vero quam deſtinata componamus, generaliora nonnulla, huc pertinentia, praemittere, haud abs re eſſe ducimus. Haec inter de *origine Diplomatariorum* primo loco diſpiciemus. Inter varias nimirum cautiones alias, quas huiuſmodi Literarum patentium, ab Impp. et Regibus conceſſarum, primi conſeruatores, Eccleſiae et Monaſteria, adhibuerunt, vt robuſtiſſima haec cauſarum et iurium ſuorum firmamenta, aduerſus temporum iniurias, infinitoſque caſus, rebus adeo corruptibilibus imminentes munirent; quin et ſi autographum forte periret, aut vetuſtate exeſum, non amplius legibile eſſet, contenta tamen illius, aliunde probari poſſent. Duae ſequentes in primis huius loci ſunt, quas Mabillonivs, magnus ille rei diplomaticae magiſter, nobis ſuggerit. Primo enim plura autographa vnius eiuſdemque Diplomatis, mox ab initio confici curarunt, diuerſis in locis deinceps cuſtodienda [a]). Non raro etiam per eoſdem Notarios, quorum manu autographa exarata, plura exempla deſcribi, immo ita depingi fecerunt, vt ab autographo difficulter, et non niſi ex nota aliqua ſuperaddita diſcerni potuerint [b]). Quibus dein et illa *exempla* acceſſerunt, quae ipſimet, priuata manu, ad varios vſus, multoties deſcripſerunt. Priora, eodem Mabillonio obſeruante, eum potiſſimum in finem confecta, ne autographa ex Archiuis et ſcriniis quotidie producere, aut ad *Placita Comitum* per *Pagos* circumferre neceſſum haberent. *Miniſterialibus* [c]) vero, penes quos temporalium aliorum, tum et litium cura erat, *exempla* qualiacunque documento et praeſidio

a) *de Re Diplom. lib. 1. Cap. 2. §. 7. et paſſim.* Dn. de Lvdwig *Reliqu. Mſcr. med. aeui Tom. I. praef. §. 6.* Cumque *Barthol.* Germon *in diſcept. de veter. Reg. Franc. Diplom.* quo hypotheſi ſuae inſeruiret, rariſſime factum eſſe contendiſſet, vt plura autographa ab initio emiſſa fuerint, infra laudandus Autor *Chron. Gotwicenſ. lib. 2. pag. 78. Mabillonium* ſtrenue vindicauit.

b) Idem, *d. l. cap. 7. §. 5.*

c) De quibus Eccleſiarum Miniſterialibus, eorum differentiis, variiſque officiis, conſulendus tamen omnino Dn. Estor, *Tract. de Miniſter. cap. 6.*

praeſidio erant. Quia tamen haec ipſa, velut ſcopae diſſolutae, diſtrahi, aut amitti facile poterant, eam tandem cautelam addiderunt, vt omnia, aut praecipua Diplomata vno contextu deſcribi, deſcripta vero in vnum pluresue Codices redigi curauerint. Quod inſtitutum, cum poſterioribus quoque ſaeculis conſeruatum ſit, et ab Eccleſia ad Regionum Dominos tranſierit, Vrbes quoque, nec non Collegia et Familiae inſigniores illud ſuum fecerint; abhinc magnus ille *Diplomatariorum* numerus, qui in Germania, aliiſque Regnis hodienum ſupereſt, exortus. Ipſum vero tempus, quo huiuſmodi Codices primum colligi coeperint, MABILLON *lib. 3. cap. 5. §. 2.* ſpecialius adhuc deſignauit, ante Saeculum X. nullum aut rarum eorum vſum fuiſſe ſcribens, cum antea *libri cenſuales* ſeu *polypticha* [d]) eorum vice fungerentur. In Germania tamen, *Diplomataria* ſerius adhuc coepiſſe [e]) vt credamus, complura efficiunt [f]).

§. III. Huiuſmodi Codices variis nominibus dudum olim inſigniti ſunt. Eoque *Tomi Chartarum*, quorum apud GREGORIVM *Turon. Hiſtor. lib. I. cap. II.* fit mentio, vulgo quidem referri ſolent, quodſi tamen verba GREGORII paulo penitius inſpiciamus, apparet facile, de literis originalibus, in plures faſciculos compactis, ipſi ſermonem eſſe. Potiore iure *Inſtrumentalia Volumina* [g]) vt et *Panchartas* [h]) ſeu *Pantochartas*

 (ab

d) Quibus Eccleſiarum et Monaſteriorum praedia, ſerui, annui cenſus, ſimiliaque iura ſummatim ſaltem exhibebantur.

e) Recordamur quoque, ab Illuſtri Camerae Imper. Aſſeſſore Dn. DE GVDENVS aliquando nos audiuiſſe, quod in omnibus Archiuis et Chartophylaciis, quae perluſtrauit (perluſtrauit autem complura, teſtante incomparabili monumentorum, quem poſſidet, theſauro, digniſſimo vt omni ex parte publici iuris fieret), ne vnicum quidem Diplomatarium aut Chartularium inuenerit, ante finem Saec. XIII. exaratum.

f) Diplomata certe a Regionum Dominis ſerius conceſſa, indeque multo ſerius in Diplomataria redacta eſſe, quilibet nobiſcum agnoſcet, qui Superioritatem Territorialem ſenſim et per ſpiramenta temporum ad ſuum faſtigium aſcendiſſe, haud diffitetur. Notiſſima *Auentini* verba, quibus *Annal. Boj. lib. 6. ad ann.* 1125. memorat, *Heinricum octauum* (Nigrum alias dictum) *regnlum Boiorum, primum omnium priuatis auſpiciis donationem feciſſe, diploma dediſſe, hoc ſua imagine ſignaſſe, id quod antea Impp. Reges et Caeſares tantum factitarint etc.* IOH. EISENHART *in Diſſert. de Iure Diplom. cap. 2.* §. 5. pluribus iam expendit. Add. *Frid. Lud.* DE BERGER *in append. not. ad Ius Publ. B. de Cocceji pag.* 776. vbi id potiſſimum vrget, quod Diplomata vere talia, (de Chartis enim aliiſque Inſtrumentis hic non loquimur) a Regionum Dominis, ante tempora Imp. Henrici IV. emiſſa, produci hactenus non potuerint.

g) Huiuſmodi voluminis *in Hiſtoria fundat. Monaſt. Caſaurienſis* apud DV CHESNE *Script. rer. Francic. Tom.* 3. *pag.* 551. mentio fit: quod enim hoc nomine nihil aliud, quam Chartularium ſeu Diplomatarium indigitetur, Chronicon eiuſdem Monaſterii apud Lucam D'ACHERY *Spicileg. veter. aliquot Script. Tom.* 2. *pag.* 927. *edit. nouiſſ.* neminem dubitare ſinit. conf. *ſequens nota* (*m*).

h) Id quod exemplo *Panchartae nigrae Eccleſiae S. Michaelis Turonenſis* DV FRESNE *Gloſſar.*

(ab hoc enim truncato vocabulo Graeco, alterum illud defluxit) antiquioribus eorum ſynonymis accenſemus. Vſitatiora vero nomina, quibus *Chartularia*, *Antiquaria*, *Regiſtraria*, *Antigrapha*, *Protocolla*, *Tranſumta*, *Diplomataria*, *Bullaria*, *Regeſta*, inſigniri ſolent, DN. de LVDWIG *Reliqu. MSC. med. aeui Tom. I. praef. §. 9.* recenſuit. Germanis hodie Copial-Bücher, et in Curiis Feudalibus [i]) Copial-Mann-Bücher, Mann-Regiſter [k]) audiunt. Nos ad probationem per exempla *Diplomatum*, quatenus illa *Chartis* contradiſtinguuntur, potiſſimum intenti, *Diplomatariorum* nomen, vtvt non ſatis Latinum [l]), vſu tamen paſſim receptum, merito ſelegimus.

§. IV. *Diplomataria* haec in multiplici differentia eſſe, res ipſa loquitur. Praeterquam enim quod vel antiqua, vel recentiora, immo et recentiſſima: ex originalibus, vel apographis, vel vna manu, vel diverſis deſcripta: Diplomata integra, vel ſaltem excerpta eorum exhibent: membranaceo, vel chartaceo Codice comprehenſa: in Archiuis aliiſue Scriniis, vel in priuatorum manibus verſantur, quin et typis vulgata ſunt. Diuiſio illa, qua MABILLON *lib. 3. cap. 3. §. 5.* eadem in tria genera, ſeu tres claſſes ſecernit, inſtituto noſtro vel maxime convenit. *Prima* earum, Diplomataria et Chartaria illa continet, quae mere hiſtorica ſunt, dum monumenta vetera in iis ita connexa, vt ſeries rerum, eo in loco, quem Diplomata attinent, geſtarum, ſimul explicetur. Cuiuſmodi collectiones hiſtoricae inter monumenta alia, quae ex Archiuis et Monaſteriorum clauſtris, proximis ſaeculis, prodiere, magnus hodie extat numerus [m]), cum labor ille Monachis potiſſimum,

Gloſſar. d. verb. et MABILLON *de R. D. lib. I. c. 2.* §. 3. euicerunt. Alias vero eodem nomine, Chartas Regales in genere, tum et illas in ſpecie, quibus poſſeſſiones et bona Eccleſiae aut Monaſterio confirmata, maxime poſt amiſſa inſtrumenta, denotatas eſſe, iidem Auctores obſeruarunt. De caetero *Pancharta-rum* nomen in Monumentis Germaniam attinentibus, nuſpiam ſe deprehendiſſe, Auctor *Chron. Gotwicenſ. lib. 2. pag.* 82. annotauit.

i) Libri enim illi, itidem Mann-Bücher dicti, de quibus DN. POTTGIESSER *Tract. de Statu Seruor. Lib. I. c.* 4. §. 99. a noſtro inſtituto, hac vice, alieni ſunt.

k) Non omnes enim Libros Feudales Lehn- und Mann-Bücher vulgo dictos, meris Diplomatariis accenſeri poſſe, vel ſolo exemplo der Reichs-Lehn-Bücher edocemur, de quibus DN. MOSER Einleit. zum R. H. R. Proceß, *part.* 3. *c.* 1. §. 116. *ſeq.* Add. ROSENTHAL *Synopſ. feud. cap.* 12. *concl.* 14. *num.* 13.

l) Si qua excuſatione hic opus eſſet, noſtram faceremus illam, qua B. DN. IOANNIS in *praef. Spicil. Script. veter. pag.* 6. vſus.

m) Prae caeteris tamen, citatum ſupra, *Chronicon Caſaurienſe* hic memorandum, cuius autographum LVC. D'ACHERY *d. l.* in *Monito* eidem praemiſſo, ita deſcribit: *Conſtare illud*, ait, *ex ingenti volumine, elegantiſſimis characteribus ante hos* 500 *annos exarato, quod omnes Monaſterii Chartas complectatur: auctorem enim, Ioannem Berardum,*

mum, otii, quod peractis Sacris ſupererat, fallendi cauſa, a ſuperioribus iniunctus fuerit n). *Secundam* claſſem Diplomataria illa conſtituunt, quae ex ipſis Diplomatum et Chartarum autographis deſcripta, a Notariis recognita et ſubſignata. Haec talia in bene ordinatis Archiuis et Chartophylaciis Regionum Germaniae paſſim hodienum reperiuntur, ſi non a Notariis, aliis tamen perſonis publicis, publica auctoritate confecta o). Ad *tertiam* vero claſſem Diplomataria pertinent, quae nec hiſtorica, nec authentica, ſed puram inſtrumentorum collectionem continent; et ſi vel maxime Archiuo aut Scrinio publico illata, nullum tamen publicae auctoritatis, aut factae recognitionis teſtimonium prae ſe ferunt. Et prout MABILLON porro teſtatur, talia eſſe Chartaria pleraque, quae in Eccleſiis, tam Cathedralibus et Collegiatis, quam Coenobialibus aſſeruantur, ita quoque non dubitandum, pleraque Diplomataria et Chartaria antiqua, typis hodie deſcripta, eiuſdem generis eſſe.

§. V. Superioribus et illa differentia adhuc addenda, quod quaedam Diplomataria, et Chartularia ab Impp. ſpecialibus priuilegiis, ad plenam probandi vim obtinendam, munita ſint. Prout enim a ſaeculo IX. X. ac deinceps confirmationum vſus inualuit, vt nullum valere creditum fuerit Diploma ſimileue Inſtrumentum, niſi accedente noua eiuſdem confirmatione;

Berardum, eiuſdem Monaſterii Monachum Benedictinum et Praepoſitum, anno 1169. ſummatim ordine Chronologico, quae prolixius referunt Chartae, marginibus adſcripſiſſe, hiſtoriamque contexuiſſe, additis praeter ea, quae Piſcariam (Inſulam in qua Monaſterium ſitum) *ſpectant, ſerie Impp. Regum, ac Principum, bellis quoque ac cladibus, depopulationibus variiſque euentibus, etc.*

n) DN. de LVDWIG *d. Praef.* §. 10.

o) Diplomatarium tale, anno 1464. exaratum, quod in Archiuo Illuſtriſſ. Dnn. Comitum DE ISENBVRG aſſeruatur, in Diplomate apud LVNIG. Reichs-Archiv. *Spicil. Secul. Part.* 2. *pag.* 1617. (de quo §. 24. plura dicemus) ſequentibus verbis deſcribitur: Anfänglich iſt es ein Pergamenen dick Buch, mit Bretter eingebunden, mit rothem Leder, und zwey clauſuren am Leder, mit Seide überzogen, mit einem ſonderlich erhobenen Schlöſſlein beſchloſſen, dazu meſſingen Buckeln verwarth, und ſonſt ziemlicher Geſtalt, gantz unverſehrt, welches Buchs Anfang lautet: dies nachgeſchriebene iſt das Regiſter aller nachgeſchriebenen Brieffe, Schrifften und Sachen, jeglich nach Zahl der Blätter dies Buchs gezeichnet und geſchrieben, alſo daß am erſten Blat der Zahl eines anfähet, und was am jeglichen halben Bladt beſonders geſchrieben iſt, ſtehet auch darin wie hirnach folget. Und folget mit rother Dinte geſchrieben: Schrifft, Lehnſchafft, und anderes vom Reich. Nach gemeltem Regiſter folget dann das Iſenburgiſche Wapen mit Silbern und andern guten Farben, zu dem Wapen gehörig, gemahlt und fürgeſetzt, iſt auch ſolches Buch durch eine einige Handt fleiſſig geſchrieben, auch bis auff dreyhundert und viertzig beſchriebene Blätter quittirt. Und werden im ſelben Buch regiſtrirt befunden, der Herrſchafften und Graffſchafften zu Büdingen Lehen-Brieffe, privilegien, derſelben confirmation, hoher gerichtlicher und anderer Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, vielerley Uhrkunden, Heuraths-Verſchreibungen, Vertzieg, Kauff-Brieſſe, Burgfriede, item rechtlich und gütlich

firmatione; idemque inſtitutum, licet ſub infelicibus Friderici II. temporibus, rarius obſeruatum ſit, poſt interregnum magnum tamen haud penitus ceſſauit, CHRON. GOTWICENSE *Tom. I. lib. 2. pag. 78.* Ita haud dubie et mos ille exinde promanauit, vt *Copiarum* et Librorum *Copialium*, quos vocant, ſpecialis confirmatio, ab Impp. petita fuerit. Pertinent eo, quae ex *Summa* Priuilegiorum Reip. Argentoratenſis, quotannis publice praelegi ſolita, apud LIMNAEVM *lib. 7. cap. 3. num. 25.* intuitu, der ſo genanten Miſſiven, oder Brieff-Bücher, darin die Acta und Briefſ. Documenten, welche in Originali uffm Pfennig-Thurn liegen, abgeſchrieben und begriffen, citauit DN. WENCKER r). Ita vero LIMNAEVS: Kayſer Maximilianus I. hat die Stadt Straßburg und ihre Bürger gefreyet, wann Sie, Ihre Bürger, und die Ihren, ihre Brieff um Zinß, Gülte, Güter oder Schuld beſagend, durch Vidimus, oder Tranſſumpten, von einem Biſchoff, Prælaten, Stadt, oder andern treffentlichen und glaubhafften Perſonen ausgangen, mit derſelben anhangenden Siegeln beſiegelt fürbringen, daß denſelben vom Kayſerl. und des Reichs Hofgericht zu Rothweil geglaubt, und darnf gehandelt, geurtheilt und verfahren werden ſolle, als ob ſie die rechte Originalien und Hauptbrieff fürbrechten und darlegten: Datum Kempten Anno 1494. Dieſe Freyheit ſeye auch von Carolo V. und Ferdinando I. confirmirt: aber von Kayſer Maximil. II. ſub dato Augſpurg Anno 1566, um ſo viel extendirt und verbeſſert worden, daß den Tranſſumten, von Ihren, deren von Straßburg Freyheiten, nicht allein am Hofgericht zu Rothweil, ſondern auch am Kayſerl. Cammer-Gericht, und ſonſt allen Gerichten gleich den Original-Briefen geglaubt werden ſolle. Gleiche Confirmation ſeye von Rudolpho II. Anno 1582. und Ferdinando II. Anno 1621. erlangt.

§. VI.

gütlich Entſcheidt, Spruch und Verträge, Weisthum, Inſtrumenta, und ſonſt andere mehr Uhrkunden, allerhand Gebrauch und alt Herkommen, geiſtliche Lehnſchafften, Stiſſtung und dergleichen Sachen Handlungen Latein und Deutſch ꝛc. es haben auch nebſt dem unſere Vettern anzeigen laſen, daß nit jedermann, ſondern allein die Herren ſelbſt, oder wem ſie das aus ihren ſonderlich vertranten Dienern, Ambtleuten und Secretarien verſtatten einen Zugang zu ſolchem Buch haben ꝛc. Apud eundem LVNIG. *d. l. pag.* 1642. liber ille vocatur das Archivaliſche Document Buch, ſonſt das rothe Buch genant; Obiter hic (leuiuſculum licet ſit) notamus, morem illum, vt a colore ligaturae externo huiuſmodi Libri denominentur, non ſolum perantiquum, prout exemplum *Panchartae nigrae Turonenſis*, ſupra §. III. adductum, nos docet, ſed paſſim, etiam hodienum obſeruari, ſuccurrit in ſpecie, in Actis Minda tranſmiſſis, ſaepius des rothen Lehnbuchs de anno 1400 mentionem fieri. Alias Diplomatariorum authenticorum deſcriptiones ſponte hic praeterimus.

p) Nunc temporis CONSVL (Ammeiſter) praelaudatae Reip. meritiſſimus, in *Apparatu et Inſtructu Archiv. pag.* 92. addens: Es habe auch Kayſer Sigiſmundus dem Probſt zu St. Thomas in Straßburg befohlen, der Stadt gute

§. VI. Maiorem vero attentionem meretur q) memorabile illud *Priuilegium* r), quo IMP. FRIDERICVS III. s) exceſſas praerogatiuas reliquas, *Eminentiſſimae* SEDIS ARCHIEPISCOPALIS et ELECTORALIS TREVIRENSIS augere voluit: petitioni ELECTORIS IACOBI I. t) id tribuens, quod *Diplomataria* illa *Treuirenſia*, quae Mann = Bücher dicuntur, in iiſque deſcripta *exempla*, eandem probandi vim habere debeant, quam ipſa autographa deperdita, ſi praeſto eſſent, operarentur. Diploma ipſum, temporis annotatione ſubiuncta: Datum Straſburg Anno 1442. den Montag nach Bartholomæi, extat apud LÜNIG. *Spicileg. Eccleſ. Contin. 1. pag. 232. et Corp. Iur. Feud. Tom. 1. pag. 389.* In eoque Priuilegium hoc ſequent. verbis exprimitur: Deſſen haben Wir angeſehen des ehegenanten Unſers Neven fleiſige Bitte, auch betrachtet, daß Wir deſſelben Stiffts Obriſter Lehen = Herr ſeynd, und daß ſolch des Stiffts Lehen, Pfandſchafft und anderes, Uns auch antreffe, und von Uns, und dem Reich nicht entzogen werden mögen: Darumb mit wohlbedachtem Muth, guthem Rath Unſerer Räthe und Getreuen, und rechten Wiſſen, ſo haben Wir geſetzt, und geordnet, ſetzen und ordnen mit dieſem Brieff, von Römiſcher Königlicher Macht Vollkommenheit, alſo, daß ſolche des ehegenanten Stiffts Mann = Bücher, zu Behaltung deſſelben Stiffts Lehen, Pfandſchafft, und wie mann das nennen mag, kräfftig und in Macht ſeyn ſollen. Alſo, ob die Briefe die mann in den ehegenanten Mann=Büchern ausgeſchrieben, copirt und verzeichnet findet, als vorgemeldet iſt, durch Krieg

gute und wahrhaffte Vidimus, den da wohl zu glauben ſeye, zu machen, von ihren Brieſen, Privilegien und Freyheiten, am Kayſerl. Gericht und Cantzley oder ſonſt fürzubringen und zu zeigen.

q) In Priuilegiis Argentoratenſium, *exemplis Diplomatum* eorumque Collectionibus vis probandi non aliter tributa, quam ſi ab Epiſcopo, Praelato, Vrbe, aut perſona alia fide digna, ſigillo appoſito recognita eſſent, qualia TREVIRENSE hoc ne quidem requirit.

r) Quare hic Imperator aliis IV. aut V. vocetur; cum ipſemet *Tertium* ſe dixerit: vt et cur titulo eines Römiſchen Königs ante coronationem Romanam, A. 1452. demum inſecutam, in Diplomatibus (hoc noſtro etiam) pro more illorum temporum vſus ſit, vide apud IOHANN IOACHIM Müller Reichs = Tags = Theatri unter Kayſer Friedrich V. Erſte Vorſtell. *cap.* 1. §. 4. 5. 6.

s) Veritatem huius Diplomatis ipſe WILHELM. KYRIANDER in *Comment. de Aug. Trev. p. m.* 205. negare haud ſuſtinuit, vtut de caetero inſenſiſſimum erga Sedem Archiepiſcopalem animum (cui tamen condigna repoſuit Browerus) et quoad hunc paſſum celare haud potuerit. Characterem vero huius Scriptoris ex iis, quae apud Illuſt. Camerae Imp. Aſſeſſor. DN. DE LVDOLF *Symphor.* 2. *Conſult. et Deciſ. For. pag.* 134. leguntur, dignoſcere licet.

t) Merita huius Archipraeſulis erga Imp. Fridericum, reliquaſque res ab eo geſtas, praeter BROWERVM (Liuium illum Treuirenſium) ſupra alleg. Müllers Reichs=Tags=Theat. Erſte Vorſtell. *pag.* 1. 9. 14. 18. 86. 276. 282. 340. 341. 352. Zweyte Vorſtell. p. 515. Dritte Vorſtell. p. 594. prolixe memorauit.

Krieg und Unrath vieleicht wären entfremdet worden, daß dann ſolchen Mann-Büchern und alten Schrifften, gleich den Haupt-Briefen geglaubet, und der Stifft dadurch nicht verkürtzt werden ſolle, ꝛc.

§. VII. Cauſae vero a D. ELECTORE pro obtinendo Priuilegio adductae, in Diplomate his verbis repetuntur: Es habe derſelbe Königlicher Majeſtät mit ſchwerem Gemüth erzehlet, und vorbracht, wie in den zwey vergangenen Läufften, und Irrungen, die ſich in dem Stifft Trier leider lange memacht hätten, viel Saumnüß geſchehen ſeye, nehmlich daß ſolcher Zwytracht, wegen derer die um den Stifft kriegen, die Lehen nicht ordentlich geliehen, auch etliche ſolche Lehen, Pfandſchafft und anderes betreffende, durch Hülff und Beyſtand willens der Partheyen, verruckt, und entfrembdet worden ſeyen, derer auch der ehegenante Churfürſt etwa viel wieder in ſeine Gewalt bracht habe; darum er beſorge, daß in den künfftigen Zeiten, Seinem ehegenanten Stifft, ſolche Lehen, Pfandſchafft und anderes möchten gelaugnet oder abgezogen werden, wiewohlen Er die in ſeinen Lehen-Büchern, die mann Mann-Bücher nennet, verzeichnet und beſchrieben habe ꝛc. Specialiorem vero Codicum iſtorum deſcriptionem, cum Diploma Caeſareum non exprimat, illi demum ſupplere valebunt, qui ad Archiua ELECTORALIA, veraſque rerum conſignationes aditum habent. Illud interim, ſuggerente nobis Hiſtoria, affirmare poſſumus, non ſolum Archiua Treuirenſia antiquiſſimis Diplomatibus, Chartis aliisque monumentis [11]) canam antiquitatem redolentibus, (quae tot hoſtiles inuaſiones et calamitates aliae intacta reliquerunt) omnium ditiſſima eſſe: ſed Archipraeſules quoque, pro eorum conſeruatione, eaſdem cautiones, quas ſupra §. 2. memorauimus, dudum olim adhibuiſſe. Ita enim de BALDVINO *Archiepiſcopo* (Fratre Henrici VII. Imp.) *Autor anonym. de eius rebus geſtis*, apud BALVZIVM *Miſcellan. Tom. I. lib. I. cap. II. Diſcreta*, ait, *prouiſione*, Balduinus, *omnia Eccleſiae ſuae priuilegia, primo Papalia; ſecundo imperatoria, tertio homagialia et alia perpetua, timens amiſſione diſtractionem, antiquorum cereorum fragilium ſigillorum propter diuturnalem reuolutionem priuilegiorum fracturam diſpendioſam, multumque damnoſam, poſſe poſteris imminere, in vnum volumen congregando, et transſcribi mandando, vtiliter ordinauit, et illud triplicauit, vnum ſuae Eccleſiae Capitulo, et Capitulari loco, aliud ſuae et ſucceſſorum ſuorum Camerae*

11) Inter tot cimelia Litteraria, quae in Archiuis *Treuirenſibus* aſſeruantur, memorandus omnino, pretioſiſſimus ille *Codex Capitularium Anſegiſi*, partim Latina, partim veteri lingua Francica conſcriptus, (in Bibliotheca Maioris Eccleſiae olim, nunc in Archiuo aſſeruatus) quem BALVZIVS tantopere, fruſtra licet, deſiderauit, BROWERVS vero *Annal. proparaſceve cap.* 10. ſpecimen ſaltem exinde retulit.

Camerae Treuerico in Palatio; tertium vero ſacrum et Succeſſorum feriato ſemper Camerario ad omnia et ſingula quo diuerteret loca deuehendum prouide deputauit, vt in omni loco Archiepiſcopus poſſet ſua homagia, literas et priuilegia ſaltem ſub copia prouidere, nec non vnicuique, dum opus eſſet recitare: Hoc et hoc a nobis in feudum dinoſceris habere. Et omnium Eccleſiarum ſacrarum collegia ad ſua priuilegia oſtendenda, vt in iſta ſcriberentur volumina, diſtrictiſſime coarctauit, et quotquot erant ſibi oſtenſa, quae tamen ſub bullis apparuere veris, inſcribi verbotenus procurauit; vt ſi inpoſterum aliqua priuilegia rapinis incendiis indignitate conſumta, ſeu malae cuſtodiae deputata, vel quocunque modo perderentur, in praedictis voluminibus perpetua memoria perdurarent. Sic ergo velut Ioſephus prouidiſſimus habebatur.

§. VIII. Generalioribus hiſce praeſtructis, ad thema ipſum pergimus, propius diſquiſituri, an per eiuſmodi Codices, in quibus Diplomata Archiui aut Tabularii alicuius, vna ſerie deſcripta, probatio in Foro inſtitui poſſit, et quaenam vis probandi iiſdem tribuenda ſit? Quia vero de auctoritate illorum Codicum, qui non niſi *exempla* Diplomatum continent, veterum Regum et Impp. Francicorum nomina prae ſe ferentia, diſputatio omnis fruſtranea eſſet, ſiquidem autographa ipſa nullius fidei, aut certe pro ſpuriis habenda eſſent, donec contrarium probetur. Series dicendorum omnino poſtulat, vt, in limine adhuc, concertationum illarum, quas poſt HENSCHENIVM et PAPEBROCHIVM, facundus ille Presbyter e S. I. *Bartholomaeus* GERMON x), initio huius Seculi excitauit, mentionem aliquam faciamus. Ipſa quoque tela, in *bello* hoc *diplomatico* y), aduerſus MABILLONIVM vibrata, ſeorſim nobis enumeranda eſſent, ſi criſtati bellatores iſti z), autographa vetera, ad vnum omnia, tanta

Eee 2 ſtrage

x) Editis *duabus Diſceptationibus de veteribus Regum Franc. diplomatibus et arte ſecernendi antiqua diplomata vera a falſis ad Ioh. Mabillon. Pariſ. Anno* 1703. *et* 1706. Quibus poſtea acceſſerunt, *Diſceptationes einſdem argumenti, aduerſus Ruinartum, Fontaninum etc. Venet. Anno* 1708. *editae.*

y) Quo nomine motus iſtos, a *Germonio* et ſociis excitatos, tum etiam controuerſias, Diplomata ſpecialia attinentes, in Germania ſubortas, ſupra allegatus DE LVDWIG *in d. Praefat.* ſcite inſigniuit, ac prolixe deſcripſit. Idem argumentum praeter *Ludov. Raguet* in Hiſtoria *des Conteſtations ſur la Diplomatique*, Pariſ. 1708. edita, vlterius proſecutus eſt *Auctor Cenſurae in Hiſtor. Italiae medii aeui, quae Mediolani Anno* 1729. *prodiit.* Nouiſſime DN. DE MEIERN eandem telam continuauit, et erudite pertexuit, in *Praefatione Tom. III. Actor. P. Weſtphal.* praemiſſa.

z) Qui Saeculo illo viuere debuiſſent, quo moris adhuc erat, vt, ſi ſuper Charta aliqua contentio oriretur, veritas illius per duellum, aut iudicium ferri candentis, ſimilesque purgationes vulgares probanda eſſet. vid. MABILLON *Act. Sanct. Ord. S. Bened. Sec. IV. Tom.* 1. *pag.* 765.

ſtrage confeciſſent, quanta fiducia aſſerere non dubitarunt [a]) *eadem, quo antiquiora, tanto magis, propria ſua vetuſtate, ſuſpecta, eoque minorem fidem ipſis habendam eſſe.* Et quamuis non ſemel profeſſi ſint, quod plura quidem, non omnia vero huius generis Diplomata impugnare intendant, reipſa tamen, eas veri a falſo diſcernendi leges et regulas ſubſtituerunt, ad quarum fallacem normam, fidem, monumentorum tantum non omnium, *quae ignis, barbari, tempus edax, tuque inuidioſa vetuſtas intacta reliquerunt* [b]), non vacillare tantum, ſed plane concidere, neceſſum foret. Eorum vero impetum, tum MABILLONIVS ipſe, (vel ſola *Papebrochii* retractatione, quam Supplementis R. D. inſeruit, triumphans) tum plures alii, iuſtitiae cauſae fauentes, ſcriptis eruditiſſimis abundeque notis, in primis vero *Iuſtus* FONTANINVS, *Theodericus* RVINART, *Dominicus* LAZZARINVS, *Antonius* GATTVS [c]): nouiſſime autem *Chronici Gotwicenſis* doctiſſimus AVCTOR ita repreſſerunt, vt argumenta, aut fucatos potius ipſorum ſermones, huc conducere operae pretium non videatur.

§. IX. Quod autem *Diplomatariis* plane nulla, aut certe exigua *probandi* vis tribuenda ſit, complures ſat ſpecioſae rationes efficere videntur; quarum potiores ſeorſim nunc expendemus. Et quoniam omnes illos ita ſtatuere neceſſe eſt, qui Codices hoſce ad normam eorum, quae Iure Communi circa *exempla Inſtrumentorum* prouiſa, vnice exigunt, (vnde etiam in Conſiliis et Reſponſis frequens quidem *copiarum* ſeu exemplorum, Codicum vero vnde deſumta, rarior occurrit mentio.) Ideo primarium argumentum, quo ſententia illa nititur, haud dubie hoc eſt: expediti Iuris eſſe, *exemplis*, etiamſi a Fiſco producantur, credendum non eſſe, ſi authentica ſcriptura deſit. Ita enim PAVLVS in *l. 2. ff. de fide inſtrum.* *Quicunque a fiſco conuenitur, non ex indice* [d]) *et exemplo alicuius ſcripturae, ſed ex authentico conueniendus eſt, et ſi contractus fides poteſt oſtendi. Caeterum calumnioſam ſcripturam vim in Iudicio obtinere, non oportet.* Eamque regulam, a Iure Canonico *cap. 1. 2. et vlt. X. d. t.* repetitam, Practici ampliationibus ſuis in tantum extendunt, vt *exemplo* nullam probandi vim tribuant, etiamſi Inſtrumentum ipſum

a) Vtrum *Germonius* et ſocii, ex mera inuidia, vt communiter putatur, vel alia de cauſa eo progreſſi fuerint, pluribus diſquiſivit DN. DE MEIERN *d. l.*

b) Vt grauiter conqueſtus *Mabillon. in Supplement. R. D. cap. 2.*

c) Quod nomen non fictitium (vt nonnulli exiſtimarunt,) ſed Auctorem Ticinenſem Profeſſorem eſſe, DN. DE MEIERN *d. l.* obſeruauit.

d) *Indicem* vero, ab *exemplo* hoc ipſo differre, quod breuem ſaltem rei ipſius annotationem contineat, SCHVLTING *ad Pauli recept. ſent. lib. 5. tit. 12. num. 11. nota (m)* recte obſeruauit.

ipſum per plures, immo per centum Notarios deſcriptum, et *exemplatum* ſit, teſtantibus ſe vidiſſe autographum ſine macula eſſe, et *exemplum* eidem *concordare.* Cum Notarius facile decipi, et induci potuerit, vt crederet, ſcripturam adulterinam, vnde *exemplum* deſumſit, authenticam eſſe [e]). Idemque Dd. non de illis tantum *exemplis*, quae recentiori manu, ſed etiam, quae charactere antiquo [f]) ſcripta, quin et in Archiuo reperta ſunt [g]), affirmant. Addunt, proceſſum ſuper Inſtrumento, non niſi in *copia* producto, inſtitutum, ipſo Iure nullum eſſe [h]). De caetero in *cap. fin. X. de fide inſtrum.* certam formam praeſcriptam eſſe, ſecundum quam exempla Inſtrumentorum conficienda, ſi quidem autographis deperditis, aut vetuſtate exeſis, vim probandi aliquando habere debeant: indeque ſequentia requiſita primaria elici ſolent: (1) Vt *transſumtio*, quam aiunt, perſonae publicae, quae nimirum ab Actis, aut Notarius publicus ſit, auctoritate Magiſtratus demandata. (2) Vt ante omnia citati fuerint omnes illi, quorum intereſt, quo videant exemplum ab authentico transſumi. (3) Vt cauſae cognitio praecedat, et Iudex ipſe authenticum diligenter prius inſpiciat, vtrum in aliqua parte vitiatum? an alia falſi ſuſpicione prematur? an ſigilla integra ſint? etc. (4) Si de authentica ſcripturae fide quodammodo certus ſit, *exemplum* Iudicis auctoritate inde deſumatur, totuſque actus Protocollo inſeratur [i]). Ex his omnibus autem facile liquet, ICtos illos, ſuperiorum temporum in primis, normam hanc, quam diximus, vnice ſecutos *Diplomatariis et Chartulariis* quibuslibet haud multum tribuere potuiſſe, aut etiamnum poſſe, cum ex iiſdem non ſemper conſtet, iuſſu Regionis Domini, aut Magiſtratus collectionem ſuſceptam, nomen ſcriptoris ſi vel maxime expreſſum, ſaepius tamen in obſcuro relinquat, an perſona publica fuerit: de caetero examen autographorum accuratius praeceſſiſſe, vix vnquam liqueat: vt vero ii, quorum intereſt, vbi Diplomataria conficienda erant, prius citarentur, nec moris vnquam nec poſſibile fuerit, etc. Ne etiam gratis haec dixiſſe videamur, inter plura alia Iudicata, quibus Diplomatariis et Chartulariis non maior vis tributa, quam quae cuiuslibet Inſtrumenti exemplo de Iure Communi competit, vnicum illud praeiudicium hic allegamus, quod celebris ille Antuerpienſium Canoniſta *Franciſcus*

 ZYPAEVS

e) *Hermann.* VVLTEIVS *Conſil. Marb. Vol. 4. Conſ. 34. num. 188. et ſeqq.* SCHWEDERVS *Conſil. Tubing. nouiſſ. Tom. I. Conſ. 10. num. 15. et ſeqq.* GRASS. *Vol. V. d. Conſil. Tubing. Conſil. 60. n. 6. 7. et ſeqq. et nubes Dd. quos allegarunt.*

f) Vid. LEYSERVS *Meditat. ad ff. Specim. 261. medit. 7.*

g) Idem *d. l. Specim. 266. medit. 9.* ibique alleg. Richter. *ad auth. ſi quis. C. de edendo.*

h) COLERVS *de Proceſſu Execut. part. 3. c. 1. n. 51.* SCHWEDERVS *d. l.*

i) Vid. DN. BÖHMER *Iur. Eccleſ. lib. 2. tit. 22. §. 5. ſeqq.*

ZYPAEVS *Conſult. Canon. lib. 2. tit. de fide inſtr. Conſult. 1.* nobis ſuggerit [k]). Add. interim CONSILIA MARBVRGENSIA *Vol. IV. Conſil. 37. iuncto Conſil. 34.*

§. X. Aſt enimuero, qui rationes ita ſubduxerunt, eos rem ipſam *ad iuſtae pondera librae* haud ſatis trutinaſſe, quis non videt? *Primo* enim inter ſoliuagum *Inſtrumenti* alicuius *exemplum*, et *Diplomatarium*, magnum vtique intercedit diſcrimen, vtcunque enim, prioris intuitu, incertum maneat, an autographo omni ex parte concordet? et, ſi exemplum tale in Archiuo repertum, an autographum ipſum, in eo extiterit, an publica fide inde deſcriptum, et qua tale, eidem illatum fuerit? Pro Diplomatario tamen integro, quo Literae patentes Impp., Regum, Principum et Statuum Imperii, aliaeque conuentiones publicae, earumque firmamenta, velut in vno eodemque Archiuo antiquitus conſeruata, referuntur, quoties ad probandum inducitur, praeſumtio militat, quod publicis auſpiciis et quidem (alio fonte vnde deſumi potuerit, non apparente) ex autographis ipſis deſcriptum ſit. Idque tanto magis, quo minus cogitari poteſt, monumenta haec in tanto numero et ſerie, ad manus priuati alicuius fortuito olim perueniſſe. Atque adeo Diplomataria ipſa (pro eo tamen probabilitatis gradu, cui variae eorum differentiae locum faciunt,) ſingulis quoque exemplis, in eo comprehenſis hactenus fidem addunt. Pariter (2) et illud attendendum, an *Diplomatum exempla*, originalibus deperditis, non maiorem fidem Iudicis animo ingenerare poſſint, quam nudis Inſtrumentorum exemplis Ius Rom. tribuit. Quodſi enim characteres adſunt, vſu explorati, ex quibus vera et genuina Diplomatum authentia vel in *exemplis* dignoſci poteſt, eadem ad rigorem *d. l. 2. ff. de Fide inſtrum.* non magis diiudicanda ſunt, quam in quaeſtione, an maſſa ex auro et aere conflata, ſeparari poſſit, deciſum ex *l. 5. §. 1. ff. de R. V.* hodienum petendum, nam quod *Vlpianus* in *d. l.* negat, metalla haec ſeparari omnino poſſe, vſu et experientia dudum comprobatum eſt. Dari autem eiuſmodi characteriſmos, ex quibus Diploma, genuinum an ſpurium ſit, vel ſolo *apographo* illius inſpecto,

k) Caſum ibidem refert decimas noualium attinentem, ac praeter alias litis illius circumſtantias memorat: *producta fuiſſe alterutrius partis monumenta ex peruetuſto Codice, in pergameno ſcripto, et inſcripto*: Liber priuilegiorum; *exarato, vt in frontiſpicio narratum, anno 1460. charactere admodum antiquo, et in Archiuo G. adſeruato, ignota tamen ſcriptoris manu, ſine mentione collationis ad iuſſum Iudicis, per publicam perſonam factae etc.* Inter reliquas vero rationes decidendi, ob quas Codici vis probandi penitus abiudicata, et illam refert, quia *ad hoc, vt exemplo fides fiat, praeter Iudicis autoritatem partis praeſentia requiratur, quam, cum Codex ille conficeretur, interueniſſe non conſtet.*

ſpecto, apparere poſſit, *Ars Diplomatica* [l]), extra omnem controuerſiam collocat, infinita quoque exempla, in quibus id praeſtitum teſtantur [m]). Indeque artem illam ICtis commendatiſſimam eſſe debere, monuit Dn. Böhmer [n]). Quod vero citationem eorum attinet, quorum intereſt, quam a Dd. in ſingulis *exemplis* non ſolum, ſed integris quoque Diplomatariis conficiendis, tantopere deſiderari vidimus, eam *cap. fin. X. de fide Inſtrum.* ne quidem requirit, prout praelaudatus Dn. Böhmer [o]) pluribus oſtendit. Et ſi vel maxime, in caſu vbi lis iam mota, aut certe imminet, citatio illa neceſſaria: ad Diplomataria tamen dudum olim, et forte ante tot ſaecula, cum de lite illa ne cogitari quidem poterat, confecta, haec talia non pertinere, Mabillonivs [p]) recte repoſuit. De reliquis requiſitis *in d. cap. fin.* enumeratis, tum etiam quid antiquitas, quid fides Archiui exemplis addant, ſuo loco dicemus.

§. XI. *Secundo* loco *probationi per Diplomataria* obſtare, eiuſque fidem imminuere videtur, quod ſingula exempla non ſolum, ſed integri quoque Codices Diplomatici tot vitiis et erroribus ſcatere ſoleant. Totius autem inſtrumenti fidem ſuſpectam faciat particula falſa, ſicut fermenti parum totam maſſam corrumpit, *Conſil. Marburg. Vol. 4. Conſil. 30. n. 289. et 900.* Et ſi autographum inſtrumenti ſine die et conſule, nihil probat, *d. Vol. 4. Conſ. 16. n. 108.* ac non abſolutum praeſumitur, *Conſil. 37. num. 292.* nec non in quo falſus annus, falſaue indictio poſita, quoad ſolennia

l) Eandem *nouum antiquariae artis genus* vocat quidem Mabillon, quod tamen priſcis haud penitus incognita fuerit, vel ex memorabili praeiudicio illo in *cap. 6. X. de fide inſtrum.*) relato ſatis apparet. *Mabillonius* vero omnium primus fuit, qui characteriſmos illos in certas, vſu comprobatas regulas redegit. Et cum intra Diplomata a Merouingicae et Carolingicae Stirpis Regibus conceſſa, fere ſubſtiterit, B. Hertivs *in Diſſert. de fide Diplom.* veſtigia ipſius legens, ad Diplomata Impp. et Regum Germ. iam tum progreſſus eſt. Nunc vero reuerendus Abbas *Liberi et Exemti Monaſterii Gotwicenſis, Ordinis Benedictini in Auſtria Inferiori* Dn. Gothofredvs von Bessel, in ſaepius laudati *Chronici Gotwicenſis Tomo prodromo* (de quo idem merito praedicamus, quod *Conringius* alicubi de *Lehmanni Chron. Spirenſi*, non ex tituli modeſtia illud aeſtimandum, ſed totius Germaniae Hiſtoriam Diplomaticam in eo reperiri, ac re vera incomparabile opus eſſe), Criticum Diplomatum examen, a Conrado I. ad vltima Friderici II. tempora vſque continuauit.

m) Quanquam enim Germonivs Artem ipſam quoque, pyrrhoniſmis ac ſcepticiſmis ſuis conuellere tentauerit, *in Diſcept. aduerſus Mabillon. 1. pag. 42. et Diſcept. 2. cap. 5.* inter alia contendens: *nullas haberi poſſe regulas, quibus priſcorum ſaeculorum autographa ſecernantur, nec ex characteriſmis, vulgo adduci ſolitis, eorum veritatem probari poſſe* etc. Solide tamen eidem repoſuit *Chronicon Gotwicenſe lib. 2. pag. 79. et 80. Ridiculo hoc principio omnes veritates in dubium vocari poſſe, et ſi nulla ars diiudicandi vera Diplomata, non apparere, quomodo falſitates Diplomatum inde probari poſſint, cum falſo verum neceſſario opponatur*, etc.

n) *Ius Eccleſ. lib. 1. tit. 3. §. 18.*

o) *d. l. lib. 2. tit. 22. §. 6.*

p) *de R D. lib. 5. cap. 5. §. 9.*

ſolennia pro vitioſo habendum eſt. *d. Conſil. 37. num. 139.* Id de apographis eorum tanto magis affirmandum ſit. Et ſane negari nequit, non impreſſa ſolum Diplomataria, ac Diplomatum apographa, ſeorſim edita q), ſed illa etiam, quae in MScr. etiamnum perſiſtunt, multis vitiis et erroribus ſaepiſſime referta eſſe. Experientia quoque docet, quodſi plura eiuſdem argumenti Diplomataria, ſucceſſiue deſcripta, vt fieri aliquando ſolet, producantur, haec inter tantas variationes deprehendi, vt alia aliis peiora eſſe, quaenam vero praeferenda ſint, haud aeque appareat. Haec omnia autem, vbi de *probatione* agitur, tanto magis attendenda eſſe, cum in recurſu ſubſidiario ad *exempla* Diplomatum, pro certo ponendum ſit, autographa ipſa aut periiſſe, aut legibilia amplius non eſſe, aut callide ſupprimi.

§. XII. Sed et haec tanti non ſunt, vt propterea *Diplomatariis* quibuslibet, omnis probandi vis deneganda ſit. De *exemplis* ſeorſim deſcriptis, nec non de *exemplis exemplorum* (qualia quae typis deſcripta) hic non loquimur. Diplomataria vero authentica, quibus plenam probandi vim infra aſſeremus, maiori cum accuratione conſignata eſſe, quam vt craſſis eiuſmodi erroribus et vitiis ſcateant, publica auctoritas, qua confecta ſunt, non ſolum credi iubet, ſed et omnes illi teſtantur, qui plures eiuſmodi Codices perluſtrarunt. Et ſi vel maxime in iiſdem ſphalmata quaedam deprehendantur, leuiora tamen erunt, indictionem ſimilemue temporis annotationem vt plurimum attinentia. Inſtrumentum vero, in quo falſus annus, falſaue indictio poſita, propterea non vitiari, cum veritas illius ex reliquo tenore probari poſſit, ANTECESSORES *Marburg. d. Conſil. 16. num. 145.* reiecta (quam pro ratione dubitandi adduxerant) contraria opinione, defendunt. MABILLONIVS autem r) pluribus euicit, *leuiores eiuſmodi errores, ac minime ſubſtantiales, in apographis admiſſos, veritati detrahere haud poſſe; et cum aliis Codicibus antiquis, quorum apographa ad nos peruenerunt, Codici v. gr. Theodoſiano*

q) Ita P. SCHATEN, praeſtantiſſimo alias Hiſtorico, obiecit PAVLINI *Syntag. Hiſtor. Germ. part. vlt. pag. 532.* Diplomata Corbeienſia, Annalibus ipſius Paderbornenſibus inſerta, vitioſiſſime deſcripta et edita eſſe. Add. *Obſerv. Hallenſ. Tom. 10. Obſerv. 14.* vbi plura Diplomata vitioſe edita recenſentur, in ſpecie vero quoad Diploma illud Eccleſiae Bremenſis, quod Caroli M. nomen praefert, inter editionem *Adami Bremenſis* et *Cranzii* vltra 50. variantes lectiones intercedere, in alterutro etiam plures lineas omiſſas eſſe per comparationem vtriuſque oſtenditur.

r) *Lib. 3. cap. 6. et lib. 5. §. 11.* Add. *lib. 1. cap. 7. §. 9.* vbi de cauſis quibus factum, vt in exemplis ex originalibus tranſſumtis, prioribus ſaeculis iam tum errores eiuſmodi paſſim commiſſi fuerint. Cumque HICKESIVS *in theſauro linguarum veterum ſeptentrionalium* aſſerta haec impugnaſſet, MABILLONIVM ſtrenue vindicauit RVINART, in doctiſſima praefatione, nouiſſimae editioni *Lib. de R. D.* praemiſſa.

Theodoſiano (quin et Libris Iuris Iuſtinianei) errores minime ſubſtantiales, non officiant, rationem dari non poſſe, cur Chartaria nullam propterea fidem in Iudicio mereantur, maxime ſi vetera, et bonae notae ſint. Idemque ECKARD *in animadverſ. ad* DN. SCHANNATI *Hierarchiam Fuld. §. 32.* memorabili caſu illuſtrauit. De caetero, ſi apographum, ex Diplomatario aliquo productum, eiuſmodi vitiis laboret, quae ſubſtantialia eius incerta aut perplexa reddunt, probationem inde petitam nullius ponderis eſſe, res ipſa loquitur. Denique ſi plures eiuſdem Diplomatarii Codices producantur, interque illos variantes lectiones, aliaque diverſitas deprehendatur, Iudex ex characterum forma reliquiſque circumſtantiis diſpiciet, quinam eorum ex autographis proxime deſcriptus, indeque maiorem fidem mereatur, in reliquis, iuxta praeſcriptum *l. 21. ff. de teſtibus*, attendet, quaenam rei aptiora, et vero proximiora eſſe compererit.

§. XIII. Pariter, *tertio*, *probationi per Diplomataria* vix quidquam tribuendum eſſe, et illud efficere videtur, quod ea admiſſa, de Sigillis Diplomatum actum eſſet, quae tamen, velut Inſtrumentorum robora et firmamenta certiſſima, impoſturas commiſſas omnium facillime detegere valeant. Quibus *quartum* illud dubium coniungimus, quod hac ratione in incerto manere neceſſe ſit, an non autographum, ex poſt annullatum fuerit [s]), aut raſurae, deletiones, vel additiones, recentiori manu factae, in eo apparuerint. Quorum omnium intuitu, fatendum equidem, quod et ſupra §. 1. ipſi profeſſi ſumus, authentiam Diplomatis alicuius, certius diiudicari haud poſſe, quam ex ipſo autographo. Hoc enim producto, characteriſmos, ex internis non ſolum, ſed et externis ipſius Diplomatis deſumtos, quos *Ars Diplomatica* ſuggerit, cum criteriis ex Sigillo reſultantibus ſi quis combinauerit, de authentia Diplomatis tanto certius pronunciari poſſe, res ipſa loquitur. Plane vt Pontifex *INNOCENTIVS III.* in citato *c. 6. X. de fide Inſtr.* Diploma ad probandum inductum, non tam ex ſcriptura, quae recentior, et charta, quae pigmento fucata erat, vt vetuſta videretur, quam ex Sigillo, imagine et litteris in eodem expreſſis, tum et modo, quo cera affixa, pro falſo et ſuppoſititio declarauit. Viciſſim tamen et illud notum, Diplomata complura ſuppoſitionis et fraudis apertiſſimae, ab iis conuicta eſſe, qui Sigilla

s) Annullationem vero Diplomatis ea ratione olim fieri conſueuiſſe, vt membrana ipſa in Iudicio perforata fuerit, *Lex Ripuaria, Tit. 58. §. 5. et Tit. 59. §. 3.* confirmat, indeque locutionem illam, quae hodienum ſupereſt, ein Inſtrument durchlöchern wollen, oriri, ECKARDVS *in notis d. l.* ſuſpicatur.

gilla autographis appenſa, nunquam viderunt [t]). Diplomatario certe, publicis auſpiciis confecto, ſua auctoritas aut fides propterea non diminuetur, quod de ſigillis, quibus autographa munita fuere, exinde non ſatis conſtare poſſit, (vtvt interdum eorum deſcriptio inſerta inueniatur,) modo Diploma exinde ad probandum inductum, Hiſtoricis coaeuis, moribus, rebuſque geſtis illorum temporum non contrarietur, nec alio νοθειας indicio prematur. Idque tanto magis, quo certius Sigilla ſubtilioribus adhuc fraudibus expoſita fuiſſe, quam quae circa Diplomata ipſa commiſſae, non raro etiam ſigillum genuino diplomati auulſum, ſpurio appenſum eſſe [u]). Id quod Diploma Lindauienſe abunde confirmat. Cum enim apographum illius, vt et typus ſigilli, praetenſo originali impreſſi, Conringio [x]), Mabillonio [y]), Baluzio [z]) tranſmiſſum eſſet, triumviri hi, rei Diplomaticae peritiſſimi, haud aliter iudicare potuerunt, quam quod typus ille formam ſatis ſinceram *Ludouici Pii* Sigillorum referat, vtvt in Diplomate ipſo, euidentiſſima νοθειας indicia, vel primo intuitu deprehenderint. Et hactenus admitti poſſet Germonii [a]) illud: *Sigilla tanti non eſſe, vt eorum cauſa Diploma malae fidei arguatur, aut ab ea abſoluatur.* Argumentum vero *quarto* loco adductum, prolixiore reſponſione non indiget, cum eiuſmodi vitia in autographo extitiſſe non magis praeſumendum ſit, quam vitia occulta in teſtibus.

§. XIV. Denique *quinto*, pro eadem ſententia, illud vel maxime vrgeri ſolet, quod ſi *probationi per Diplomataria* locus concedatur, hoc ipſo *Diplomata refecta*, iiſdem forte inſerta, tanto facilius pro authenticis obtrudi poſſe, quo magis affabre ad horum formam fabricata ſunt. Notiſſimum enim eſt, et *Mabillonius* (qui tamen ipſe Monachus, Monachorum fidem omni conatu defendit) negare non ſuſtinuit, medio aeuo et praecipue circa confinia Saeculi XI. illos, qui ſua intereſſe putabant, bona, quae poſſiderent, in tuto collocare, ſaepenumero religioni ſibi haud duxiſſe, Diplomata ſuper iiſdem confingere, quae ſibi vſui eſſent, poſteris fraudi futura. Idque tunc non ſolum, ſi autographa olim obtenta lacera, aut ſcripturae fugientis eſſent, ſed etiam ſi bello, incendio, aliaue calamitate plane periiſſent. Nonnulli quoque Priuilegiis ſpecialibus impetrarunt, vt in locum amiſſorum Diplomatum alia

t) Vid. A. der Lindauiſchen Ausführung. *pag. 870.*

u) Vid. Heineccii *Syntag. de Sigillis part. I. c.* 17. *§. 2. et ſeq.* vbi ſex modos recenſet, quibus fraudes et errores in Sigillis commiſſi.

x) Vid. ipſius *Cenſura Diplom. Lindav.*

y) In litteris ad *Tenzelium,* quas hic *Vindiciis ſuis pro Cenſura Conr. pag. 19.* inſeruit: iunct. tamen Supplement. *Mabill. ad L. de R. Dipl. cap. 4. §. 4. 5.*

z) Itidem in litteris ad *Tenzelium d. l. p. 124.*

a) *Diſceptat. aduerſus Mabillon. 1. cap. 3. pag. 43.*

alia ſubſtituere liceret [b]). Quibus omnibus fraudi et impoſturae ianuam apertam fuiſſe, res ipſa loquitur.

§. XV. Enimuero *ex omnibus ſiue refectis, ſiue alia ratione falſis Diplomatibus, nullum tanta arte fingi aut refingi potuiſſe, cuius falſitas a perito antiquario detegi non poſſit. Eam enim veritatis vim eſſe, vt per ſe luceat, totque circumſtantiis muniatur, vt mendacio et falſo, quantumuis belle fucato, ſemper aliqua deſint;* MABILLONIVS [c]) fidenter admodum affirmat, Diplomaticae Artis regulas, obruſſam, normamque infallibilem, eſſe, ad diſcernenda Diplomata genuina et ſpuria hoc ipſo aſſerens. Et ita equidem omnino eſt, quod Characteriſmi [d]), quibus genuina diplomatum authentia dignoſcitur, in tanto ſint numero, et differentiae, quas arguunt, adeo ſubtiles, vt impoſſibile videatur, impoſtorem, eo praeſertim in aeuo, haec omnia, vel *reficiendo*, tam accurate exprimere potuiſſe, vt in vno alteroue non errauerit. Viciſſim tamen et illud negari nequit, etiamſi arduae eiuſmodi cauſae, vetuſtis Diplomatibus ſubnixae, maiores Iudices poſtulent, pauciſſimos tamen *Artis Diplomaticae*, Criticam nimium redolentis, peritos eſſe, et quibus his ſcientiis inſtructa finxit praecordia Titan, in applicatione tamen harum regularum facillime errare poſſe. Interim vero Diplomatarium auctoritatem ſuam propterea non amittet, quod *refecta*, aliaue falſa quaedam *Diplomata*, eidem irrepſerint. Nam (vt MABILLONIVS ipſe ratiocinatur) [e]) inter Decretales quoque Pontificum Epiſtolas multae detectae ſunt falſae litterae, quae per multa ſaecula pro legitimis habitae fuerunt,

 nec

b) Non alio ſc. iuris effectu, quam quo Clericis et Monachis in vim priuilegii olim conceſſum fuit, vt in propria ſua cauſa teſtes eſſe poſſent. vid. MABILLON *d. l. lib. 3. cap. 4. §. 6.*

c) *In Supplem. Lib. de R. D. cap. 4. §. 4.*

d) De Characteriſmis hiſce eorumque certitudine A. Chron. *Gotwicenſis d. l. 2. pag. 79. et 80.* grauiter ita diſſerit: *Quot*, ait, *habemus Characteriſmos, legitimas antiquitatis notas, queis vera et genuina Diplomatum authentia demonſtrari poteſt! Num quid conueniens in Diplomatibus diuerſiſſimis, maximo locorum interuallo diſtinctis, diuerſis Eccleſiis, Monaſteriis, locisque conceſſis, Monogrammatum, Sigillorum, Characterum, tam maiorum quam minorum, forma extrinſeca, ſtylus item, inuocationum, titulorum, inſcriptionum, Cancellariorum, Chronologiae, et reliquorum vniformitas, indicium nobis praeſtabunt legitimae et ſincerae antiquitatis? praeſtabunt profecto, niſi quis omnes Eccleſias, Regum, Principum, Ducum Curias et Cancellarias, omnia inſuper antiqua Monaſteria, falſitatum officinas dicere non erubeſceret, quod tamen quilibet vir bonus, ex ipſa innata ſibi ingenuitate perhorreſcit.* Addatur ECKARD d. Animaduerſ. Hiſtor. §. 32. vbi ex eo, quod per probationem inſtitutam appareat, teſtes qui Diploma, quod recenſet, magno numero ſubſcripſerant, (more qui ſub Sueuicis praeſertim Impp. inde a Saeculo XII. denuo inualuerat) omnes eo in anno vixiſſe et in dignitatibus illis conſtitutos fuiſſe, concludit, Diploma illud genuinum eſſe, et *impoſtori alicui impoſſibile fuiſſe, tot nomina Virorum, additis eorum dignitatibus, colligere, et in vno alterove non falli.*

e) *Lib. 3. cap. 5. §. 12.*

nec tamen ideo genuinae aliae, quibus illae permiſtae erant, a iure Canonicae auctoritatis exciderunt.

§. XVI. Conſtitutis ita, velut inter diſſentientes, partibus, ex hactenus dictis abunde liquet, argumenta eorum, qui *Diplomatariis* omnino omnibus vim probandi abiudicant, aut iis, quae optimae notae ſunt, exiguam ſaltem relinquunt, aſſenſum non mereri. Quo minus tamen, ex altera parte, aſſerere liceat, quaelibet Diplomataria ad fidem Iudicis animo ingenerandam ſufficientia eſſe, tot, tantaeque eorum differentiae, quas ſupra indicauimus, efficiunt, ab his enim gradus probabilitatis, exinde vero fides Iudici facienda vnice dependet. Cum ergo vna communi regula, *quam vim probandi Diplomataria habeant*, definiri nequeat, potiores eorum differentiae ſeorſim ad hanc libram trutinandae ſunt. Id quod certius fieri haud poterit, quam ſecundum tria illa Diplomatariorum genera, quae ſupra §. IV. ex *Mabillonio* memorauimus: pro illorum enim diuerſitate, reliquae etiam differentiae potiores, num antiqua vel recentiora, ex autographis vel exemplis deſcripta, in Archiuis aliiſue Scriniis inuenta, etc. velut circumſtantiae ipſum Ius variantes, omnium optime conſiderari poterunt. Hoc ipſo etiam occaſio dabitur, quaeſtiones ſpecialiores, quid fides Archiui hic efficiat? quid Chartophylaciis et Scriniis aliis tribuendum? quodnam pondus antiquitas habeat? num confirmationes Caeſareae ciuile quid addant? penitius euolvendi. Ex quibus omnibus dein cautiones nonnullas, circa *probationem per Diplomataria* inſtitutam neceſſarias, elicere tentabimus. Demum Caſum illuſtrem, ad quem Ampliſſima FACVLTAS IVRIDICA Almae huius ACADEMIAE Anno 1729. reſpondit, vna cum Documentis et Reſponſis reliquis eo pertinentibus, ſubiungemus.

§. XVII. Primam nimirum et ſummam *Diplomatariorum* diuiſionem, eam eſſe diximus, quod vel *Hiſtorica*, vel *Authentica*, vel *medii* generis ſint. *Hiſtorica* primo loco quod attinet, antiqua, a Monachis olim conſcripta, et Archiuis aliiſue Scriniis dein inſerta, nos intelligere, ex ſupradictis abunde patet. His ipſis vero ab auctoribus nulla equidem auctoritas accedere poteſt, cum ipſi ea deſtituti fuerint, in incerto quoque huc vsque maneat, num autographa Diplomatum vnquam inſpexerint, laborem adeuntes, otii fallendi cauſa, ſponte ſuſceptum, vel a ſuperioribus iniunctum. Cumque collectores ipſi perſonae priuatae fuerint, nec conſtet, qua fide, quaue accuratione compilatio facta ſit [f]), non maiorem quoque

f) In Anglia equidem collectiones eiusmodi, a Monachis confectas, publica auctoritate olim examinatas, et tunc vt Chronica authentica in Archiuum relatas fuiſſe, primus editor

quoque auctoritatem habere poſſunt, quam reliqua monumenta Hiſtorica. Neque etiam ex eo, quod in Archiuo reperta ſint, fides publica ipſis accedere poteſt, cum ſatis conſtet, qua occaſione et quem in finem, in Archiuum olim relata ſint [g]. Habent ergo fidem hiſtoricam [h]) tantum, et in quantum ea, quae memorant, rectae rationi non aduerſantur, nec aliis fide dignioribus monumentis repugnant, pro veris tamdiu accipiuntur, donec contrarium appareat. Idemque ſequentia illuſtris Böhmeri [i]) verba vlterius confirmabunt: Die Diplomata, welche bey den Scriptoribus antiquitatum und Collectoribus Diplomatum vorkommen, ſeynd in Wahrheit nichts anders, als bloſe Copeyen, welche Fide Scriptorum aus den Archiven genommen, ja vielfältig copiae copiarum ſeynd, und wird doch nicht leicht jemand zu finden ſeyn, der dieſelben deswegen als eine Charteque und nichts geltende Schrifft anſehen ſolte. Selbſten fides hiſtorica beſtehet vornehmlich in ſolchen gedruckten Diplomatibus, bey welchen gewiß die bekanten Exceptiones nicht gemacht werden können, oder es müſte in effectu aller fides hiſtorica hinweg fallen. Der Druck, und daß ſolche von Hiſtoricis angeführt und publicirt ſeynd, giebt ihnen wohl keinen fidem von ſelbſten, weil die Collectores ſolcher Diplomatum keine perſonae publicae, ſondern Scriptores privati ſeynd, auf deren fidem man doch, ſonderlich wann ſie den locum anweiſen, woher ſolche genommen, vieles in hiſtoria bauet. Die beyden berühmten Benedictiner in Franckreich Martene und Durandus, haben vor kurtzem eine herrliche Samlung ſolcher Diplomatum in ihrem *Theſauro Anecdotorum* edirt, und Mabillon in ſeinen *Anecdotis* dergleichen heraus gegeben, die man in rebus ad antiquitatem pertinentibus ſehr aeſtimirt, und keine Charteque daraus macht, ob die meiſten wohl aus den Archiuis Monaſteriorum gezogen. Und wie

editor *Matthiae Paris* ex *Scoti Chronico* (diverſo ab eo, quod apud *Piſtorium inter Script. rer. Germ.* extat) his verbis memorat: *Statutum eſt*, ait, *in Anglia, vt audiui, quod vnumquodque Monaſterium a Regibus fundatum, haberet de ipſo loco ſuum quendam ſcribam, vel ſcriptorem, qui notabilia tempore Regis, ſaltem in Regno, vel apud vicinos contingentia, ſecundum quod veritas facti ſe haberet, cum data annotarentur, ad proximum generale Concilium, poſt obitum Regis, omnes illi Chronographi conuenirent, et ſua vere dicta, ſiue ſcripta in medium producerent, et dilectis a Concilio ſagacioribus et in talibus expertis, ſcripta examinarent, et diligenti habita collatione, de congeſtis ſummarium extraherent, et Chronicon compingerent, ac in Coenobicis Archiuis, pro authenticis Chronicis, quibus fides daretur, ſcripta reponerent* etc. In Germania tamen morem illum nunquam obtinuiſſe, abunde notum eſt.

g) Quanquam enim *Mabillonius* d. l. *apographis Diplomatum, Chronico Caſaurienſi et Sithienſi inſertis, paulo minorem ſaltem fidem, quam ipſis autographis tribuendam* cenſeat, eam tamen vt aliunde habeant neceſſe eſt.

h) Conf. Eiſenhardi *Diſſert. de fide Hiſtor.* iuncta Thomaſii *Diſſert. de fide iuridica.* §. 31.

i) *Vol. I. part. 2. Conſult. 73. num. 98. et ſeqq.*

würde der Herr von LEIBNITZ mit ſeinem *Codice Diplomatico Iuris Gentium* beſtehen, darin ſo viele herrliche Diplomata zu finden, welche, wann man alle ſo fort vor Chartequen halten wolte, davon die Originalia nicht producirt werden können, gewiß keinen geringen Anſtoß leiden würden, und doch seynd alle dieſe diplomata edita nichts anders als copiae, denen man fidem hiſtoricam ſo lange beyleget, donec contrarium probetur. etc. Idem vero de Chronicis et aliis collectionibus Hiſtoricis hodierni et recentioris aeui, priuata auctoritate conſcriptis dicendum eſſe, Auctor der Lindauiſchen Ausführung k), ſub exemplo Chronici Lindaugienſis Mſcr. Anno 1533. compilati, pluribus euicit. Quin et illos quoque libros, quos ICti aut Hiſtorici iuſſu et auctoritate Regionis Domini ſcripſerunt, etiamſi, vt veriora ſcriberent, archiuum ingrediendi, et in eo vetera monumenta inſpiciendi aut excerpendi licentiam habuerint, ſi Scriptis ſuis ea inſeruerint, quae Regionis Domino nocere poſſint, et ad infringenda ipſius Iura ab aduerſariis allegentur, contra ipſum Principem plenam fidem non facere, vt vt aliquam faciant, quae Iudicem ad decernendum Iuramentum purgatorium aut ſuppletorium mouere poſſint, DN. LEYSER l) nuper adhuc aſſeruit.

§. XVIII. Prius vero, quam a *Diplomatariis Hiſtoricis* abeamus, dubium, quod ex hactenus dictis ſubnaſci et contra nos detorqueri poſſe praeſentiſcimus, adhuc remouendum erit. Ipſimet enim non vna vice ſupra profeſſi ſumus, dari Characteriſmos, vſu comprobatos, ad quorum normam, vel ſolo apographo inſpecto, νοθεια Diplomatis dignoſci poſſit. *Mabillonium* vero regulas ex characteriſmis illis efformatas, pro certis et infallibilibus venditaſſe perinde notum eſt. Ex quibus omnibus concludendum videri poterit, Iudicem in ponderandis viribus *probationis per Diplomataria*, poſthabitis illorum differentiis, ad id vnice attendere debere, num apographum exinde productum, ſecundum regulas artis diplomaticae ſpurium aut genuinum ſit? Aſt enimuero, vtcunque Characteriſmi illi, indeque formatae regulae et praecepta critica, in theſi non ſolum ſuam habeant certitudinem, ſed innumera quoque falſa Diplomata, iis mediantibus detecta ſint, illud etiam characteres Diplomatibus inſiti efficiant, vt vel apographis eorum, vis probandi tam abrupte non deneganda ſit, prout Ius commune reliquis Inſtrumentorum exemplis, in quibus γνωρισματα haec exiſtere nequeunt, abiudicat, et probationem inde petitam, velut calumnioſam ſcripturam, reiicit. Quo minus

k) *pag. 559. litt. hh.* Conf. tamen KVLPIS. *de Legation.*
l) *Meditat. ad ff. Specim. 266. num. II. cap. 20. §. 6.*

minus tamen Iudex in librandis iſtiuſmodi probationis viribus, ſeueriores illas critices regulas, nuper admodum in formam artis redactas, pro vnica norma aſſumere, ibique incipere debeat, vbi non raro deſinendum, complura vtique efficiunt. Praeterquam enim, quod nondum ſatis expeditum an regulae illae in hypotheſi inprimis, eam quam MABILLONIVS ipſis aſſeruit infallibilitatem habeant, cum omnes omnino fraudis ſubtiliſſimae ſpecies, forte nondum detectae, ac nouae earum formae proximioribus annis abhinc, in lucem demum protractae. Magna prudentia, eruditione et moderatione ſumma opus eſſe, vt vetera inſtrumenta legitime examinentur, nec cuiuis illotis manibus id tentandum eſſe, graviſſimum Mabillonii monitum eſt, quod regulis, quibus praecepta Artis incluſit, praemittendum cenſuit. Et ſicut *Diplomata refecta* ſeu *reſtaurata*, aciem Iudicis in applicatione illarum regularum facile effugere poſſe, iam ſupra dictum, ita quoque tertia illa falſorum ſpecies, quam *Diplomata adulterata* conficiunt, quibus ſcilicet ab impoſtoribus quidquam additum m) vel ſubtractum, omnium difficillime in apographis praeſertim dignoſci poteſt n). Quae cum ita ſint, *Iudici* ſecundum ea, quae Legibus, Conſtitutionibus et moribus prodita, iudicaturo, in via regia

m) Vaferrimum modum ſubdola huiusmodi emblemata Diplomatibus inſerendi, his verbis memorat CRAGIVS *Iur. Feud. lib. 2. tit. 3. §. 3. Frequentiſſime*, ait, *fraudes nectuntur, ex ſpiſſioribus membranis maiorum animalium, cum nihil facilius ſit, quam in iis quaecunque conſcripta ſunt obliterare, retentis chirographis et ſigillis, et nouam formam, cuiuſcunque rei quis velit, inducere.* Ipſaque fraudis illius frequentia haud dubie effecit, vt Iuramento a Notariis praeſtando inſertum olim fuerit, *quod ſcripturas in formam publicam redigendas, in charta papyrea vel membranacea, vnde alia abraſa fuerit ſcriptura, non velint conſcribere.* vid. Illuſtr. DN. DE GVDENVS *Sylloge I. Diplom. et Monum. pag. 641.*

n) Et quando MABILLONIVS c. l. aſſeruit, Diplomatum veritatem tam certo vbique, quam metalli alicuius, auri v. gr. vel argenti ſinceritatem cognoſci poſſe: ipſius hyperaſpiſta GERMONIVS vero *Diſcept. 2. de veter. Reg. Franc. Diplom. pag. 60.* comparationem illam ſequentibus verbis perſtrinxit: *Si quis ſerio haec talia affirmet, errat vtique: magnum enim inter vtrumque iudicium intercedit diſcrimen. Fieri non poteſt, vt qui nummos cudunt ex metallo adulterino, auri ſpeciem imitando omni ex parte exprimant. Si enim conflatum ab iis metallum, auri colorem exterius referat, eundem non referet intimis ſuis partibus, aut ſi idem ſit vbique color, non erit ſaltem idem ſonus, eadem durities, idem pondus, eadem ſcabrities. Naturam enim ars ex parte imitari poteſt, perfecte et omnibus numeris implere non poteſt. Quapropter aurifex certiſſimas habet notas, quas ſi cum iudicio adhibuerit in iudicando auro, falli non poteſt. Neque etiam haec explorare difficile eſt, cum indicia haec fiant oculis, auribus, tactu. Idem dici non poteſt de veteribus Inſtrumentis. Qui falſa diplomata fabricat et ſupponit, illi non ipſa Natura eſt exprimenda, ſed iſtud effingendum, quod olim Notarius effinxit: in quo etſi ſit aliqua difficultas, non eſt tamen inſuperabilis: adde, iudicium quod de veteribus inſtrumentis fit, non ſolo ſenſuum teſtimonio niti.* Nec illi, certitudinem abſolutam, et fallere et falli neſciam regulis Artis Diplomaticae aſſerenti, nec huic, omnem omnino certitudinem iiſdem abiudicanti, ſubſcribendum, ſed media potius via incedendum eſſe L. B. nobiſcum ſentiet.

regia ita potius incedendum, vt in fidem *Diplomatarii*, qua pote ſtudio inquirat, indeque vires probationis ſibi factae diiudicet. Quodſi vero *apographum* exinde productum, vel pars, oppoſita exceptione falſi inſtrumenti impugnauerit, vel religio Iudicis ſubleſtae fidei arguat o), ſicque dignus appareat hoc vindice nodus, ad ſeueriores Artis Diplomaticae regulas omnino recurrendum, eaedemque, perita manu applicatae, in diiudicanda νοθεια vel γνησιοτητι Diplomatis raro fallentem praebebunt normam.

§. XIX. In viam, vnde digreſſi ſumus, redeuntes, ad *probationem per Diplomataria authentica* pergimus. Haec ipſa ad requiſita illa p) vſquequaque exigenda haud eſſe, quae Dd. ex *cap. fin. X. de fide inſtrum.* Authent. *Si quis. C. de Edendo* aliiſque textibus exſculpſerunt, et ad hoc vt exemplum inſtrumenti parem cum originali q) auctoritatem habeat coniunctim deſiderant, ſupra *§. IX.* et *X.* iam obſeruauimus. Et prout ſimul euicimus, defectum primi requiſiti, vt omnes, quorum intereſſe aliquando potuerit, ad *exemplificationem*, quam vocant, rite citati fuerint, *Diplomatariis* quibuſuis, dudum olim confectis, haud obeſſe, ita quoad *authentica* in ſpecie, idem denuo repetimus. Reliqua etiam requiſita (ſecluſis iis, quae ad moralem fidei publicae certitudinem ſana ratio exigit) peraeque huc non quadrare, vix eſt vt moneamus. Illud tamen ſeorſim adhuc expendi meretur, num ad fidem *Diplomatarii authentici* peraeque neceſſarium ſit, ac Dd. quoad ſingula inſtrumentorum exempla abrupte deſiderant, vt a Notario, Caeſarea aut Papali auctoritate pollente confectum ſit? Antiquiora certe ſaecula quod attinet, vt autographa Diplomatum et Acta Iudicialia, ita quoque *Diplomataria* reliquaque *transſumta* Notarii alicuius manu conſcripta aut corroborata eſſe, ipſa rerum teſtimonia, quae ſuperſunt, loquuntur. Indeque MABILLON r) ad antiquiora tempora vnice intentus, *Diplomataria authentica* definiuit, quae

o) Quamuis enim communis Practicorum doctrina ſit, ſi contra exemplum Inſtrumenti ad probandum inductum, pars aduerſa non exceperit, nec Iudicem quidquam ſupplere, ZAVNSCHLIFFERVS *de officio Iud. ſupplet. part. 2. concl. 12. §. 2. art. 4. ibique alleg. Dd.* Id ipſum tamen eo non pertinere exiſtimamus, vt Iudex, ſi manifeſta νοθειας indicia in Diplomate alioue inſtrumento deprehenderit, id ipſum ex officio reiicere ne quidem poſſit: praeſertim cum iidem Dd. concedant, quod teſtem falſum, et inſtrumentum cui Lex reſiſtit, ex officio repellere queat. Add. MYNSINGER. *Commentar. ad Tit. X. de fide inſtrum. pag. 18. num. 37.*

p) Requiſita illa MYNSINGER *Cent. 6. obſerv. 73.* ad ſex diuerſa capita redegit, quibus FORSTER. *in Diſſert. de exemplis anno 1683. Altdorfii habita*, tria alia ſuperaddidit.

q) Differentiam nominalem inter *authenticum* et *originale*, quam GONZALEZ *ad cap. I. X. de fide Inſtrum.* tantopere vrget, heic non moramur.

r) *d. Lib. 3. cap. 5. §. 9.*

quae publicae auctoritatis notam, recognitionem ſcil. et ſubſcriptionem alicuius Notarii habeant. Quantae etiam, quamque eximiae dignationis Notariorum munus in Regum et Impp. Aulis [s]), Procerum Imperii, tam ſecularium quam eccleſiaſticorum Curiis [t]), et in clauſtris Monaſteriorum [u]) olim fuerit, abunde notum eſt. Ex quo vero eminens illa poteſtas, qua Regionum Domini hodie pollent, ad ſuum faſtigium magis magiſque aſcendit, *Diplomataria*, quae ex autographis in Archiuis ipſorum reconditis, per Secretarios, Archiuarios, aliaſque perſonas publica fide munitas confici curarunt, pari cum ipſis *autographis* ſanctimonia aſſeruata [x]), pro authenticis perinde habenda eſſe, ac ſi a Notario conſcripta eſſent: et quod *cap. 13. X. de praeſumt.* ſtatuminat, *credendum eſſe, vera ſcripſiſſe eum, qui iurauit ſe officium fideliter exequi velle*, heic quoque locum ſuum inuenire, vix quiſquam in dubium vocare poterit. De caetero nec illud neceſſarium credimus, vt *Diplomatario authentico* peculiare *inſtrumentum* ſuperadditum ſit, quo Regionis Dominus aliusue ſuperior manifeſtum fecerit, id ipſum iuſſu et auctoritate ipſius confectum eſſe; ſufficiet omnino alia argumenta ſuppetere, ex quibus illud appareat. Indeque ICti Viadrini, caſum, quem infra memorabimus, reſpondentes, in rationibus decidendi (quas in *Append. Lit. I.* exhibemus) Codicem Diplomaticum membranaceum Saeculi XV. in ſcriniis Ciuitatis municipalis repertum, publicis auſpiciis confectum eſſe,

s) Vid. HERTIVS *Notit. Regni Francor. cap. 3. §. 13.* et *de Fide Diplom. Sect. 1. §. 14.* MABILLON. *d. l. Lib. 2. cap. 11.*

t) Principes olim Protonotarium cum Notario vno vel pluribus inter praecipua miniſteria habuiſſe, eoſque in ſubſcriptione Chartarum perſonis aliis in dignitate conſtitutis, praepoſitos inueniri, ex *Hundio et Weckio* annotauit HERTIVS *de conſult. LL. et Iud. Spec. Imp. Rerumq. §. 2.* nota (1) *Editionis nouiſſimae*, quam, (ceris miniatulis *illuſtris Auctoris* auctam,) eruditis curis *Dn. Archiuarii* HOMBERGK debemus. Plura exempla ſupra laudata *Sylloge Diplom.* DN. de GVDENVS *pag. 54. 97. 174. 199. 252. 203. et paſſim* exhibet; *Elenchus* vero *Cancellariorum Electoralium Moguntinenſium*, quem *pag. 500.* inſeruit, rem omnem vberius illuſtrat; poſtquam enim in praefat. illius dixerat: *conſtare inter omnes, quos nunc in Curiis Principum Cancellarios vocamus, pro ſimplicitate ſeculi, ab omni titulorum pompa abhorrente, dictos fuiſſe Capellanos, Notarios, Scribas, Secretarios* etc. *haecque, nunc tenuia nomina, ſero cum titulo Cancellarii commutata fuiſſe*, id ipſum exemplo Curiae Moguntinae ex Diplomatibus aliiſque actis publicis inde ab anno 1093. ad annum 1440. vſque, ex quo, titulo Cancellarii, qui hoc munere defuncti, non interrupta ſerie demum vſi, comprobauit. Add. MABILLON d. l. 2. Cap. 13. §. 2. Dn. de LVDWIG *ad A. B. tom. 2. pag. 1291.*

u) MABILLON. *d. l. 2. cap. 13. §. 3.*

x) Sanctiorem hanc cuſtodiam, ad conſeruandam *Diplomatarii* auctoritatem, ipſa publicae fidei ratio omnino exigit. Conſ. ſupra §. 4. nota (o). Ipſa vero cuſtodiae illius fides, a fide Archiui viciſſim dependet, de cuius requiſitis Scriptores huius argumenti, quos Dn. WENCKER collegit, profeſſa opera egerunt.

eſſe, ex eo recte collegerunt, quod non ſolum nomen *Iohannis Scriptoris*, in cortice appareat y), ſed etiam apographis ipſis paſſim ſubnotatum ſit: *auſcult*irt, mit zwey Siegel; *auſcult*irt mit dem *Original*, hat ein Siegel etc. quin et authenticum magni momenti Diploma, vna cum apographis compactum, inibi reperiatur. Haec omnia vero ſatis arguant, Codicem illum a perſona, ad Chartophylacium Ciuitatis aditum habente, publiciſque auſpiciis olim confectum eſſe. etc.

§. XX. Iam quod *vires probationis*, e *Diplomatario authentico* inductae, attinet, eandem non minori loco habendam, ac ſi ex ipſis autographis, quorum exempla refert, adornata, plenamque fidem Iudicis animo ingenerare aptam eſſe, MABILLONIVS *d. lib. 3. cap. 5. §. 9.* ſequente ratione addita, haud temere affirmauit: *Nulla*, ait, *maior alia in eiuſmodi collectaneis vniuerſalibus religio adhiberi poteſt; nec ſane aequum eſſet, vt amiſſis ſemel autographis (quae cum fragili materia conſtent, variiſque caſibus ſint obnoxia, facile depereunt) ſimul periret inſtrumentorum deſcriptorum ac recognitorum auctoritas, quae vix vllo alio modo vniuerſim reſarciri poterat.* Idemque iuris communis ratio argumento non vno confirmat. Cum enim *chirographis debitorum incendio exuſtis, tutores eos ex Inuentario conuenire, et ad ſoluendam pecuniam aut nouationem faciendam cogere poſſint. l. 57. ff. de adminiſtr. et peric. tutor.* z). Maiorem certe fidem *Diplomataria authentica*, quoad exempla diplomatum, quae referunt, mereri neceſſe eſt, etiamſi autographa eorum in Archiuo non amplius extent; *cum inſtrumentis res non geratur, ſed ideo conficiantur inſtrumenta, vt res geſtae ex arbitrio vel beneplacito hominum per ea probentur* a). Prout etiam in *cap. 13. X. de praeſumt.* definitum eſt, quemlibet Iudicem, ordinarium et delegatum, *inſtrumentis propter vetuſtatem aliamue cauſam ad exemplandum ſibi oblatis, ſiquidem illa diligenter inſpexerit, et in nulla ſui parte vitioſa repererit, exempla exinde conficere poſſe, eandem cum originalibus vim habitura.* Et in *Nouella 49. cap. 2. §. 2.* indeque deſumta *Authent. ad haec. C. de fide Inſtrum.* b) *prouiſum, id quod ex Archiuo profertur, publicum teſtimonium habere.* Ita quoque exuberantior illa fides, quae Regionum Dominis pro excelſo in quo collocati, ſunt faſtigio, perhibenda,

y) MABILLON d. l. 2. cap. 21. §. 9. DV FRESNE *Gloſſar.* verb. Scriptor.

z) Conf. tamen HVBER *tit. ff. de fide inſtrum. §. fin.* et BVSIVS *in Comment. ad ff. d. l. 57.*

a) Prout illuſtr. DN. DE LVDOLF *Conſult. et Deciſ. For. part. I. Deciſ. 46. pag. 1492.* ratiocinatur.

b) Per quam *Nouellam Legi 2. ff. de fide Inſtrum.* derogatum eſſe *Valent.* FORSTER. *Obſerv. ſucciſiv. ſpecim. 2. obſerv. 10.* contendit.

da, multo magis efficiet, vt Diplomataria, ipſorum auſpiciis legitime confecta, eandem auctoritatem habeant, ac ſi autographa ipſa etiamnum extarent. Vtrum vero haec Diplomataria non tantum contra Landſaſſios alioſque ſubditos, ſed etiam quoad alios Regionum Dominos, exteroſque quoslibet, eam, quam diximus, probandi vim habeant? diverſae Dd. ſententiae [c]) circa quaeſtionem an Scripturae ex Archiuo productae, extra Territorium eius, cuius Archiuum eſt, plenam probandi vim habeant, admodum impeditum reddunt. Nos in conflictu affirmatiuam defendemus, pro qua etiam duo praeiudicia admodum notabilia, apud Gylmannvm [d]) extant.

§. XXI. Prout vero hactenus dicta, Diplomataria illa *authentica* tantum attinent, quae nominis ſui menſuram uſquequaque adimplent, ita eiuſdem fidei et auctoritatis non ſunt, quae defectu aliquo notabili laborant (leuiores enim errores ac minime ſubſtantiales [e]), in apographis admiſſos, veritati detrahere haud poſſe, ſupra [f]) Theſi XII. iam obſeruauimus), vel ſiniſtra alia ſuſpicione premuntur: in primis vero ſi lis, in qua e Diplomatario probatio nunc inſtruitur, eo tempore cum id ipſum conficeretur, iam mota, eiuſue cauſa iam extitiſſet. Quodſi etiam *Diplomatarium* in ſe optimae notae ac ſinceriſſimum ſit, exemplis tamen, in eodem deſcriptis, eaſdem exceptiones obſtare, quae autographis, ſi etiamnum extarent, opponi poſſent, tanto minus dubitandum, quo certius collectionibus hiſce non raro ſpuria et ſubleſtae fidei monumenta nonnulla, velut lollium infelix, ſterileſque auenas irrepſiſſe, eo praeſertim in aeuo, quo de criteriis genuina a ſpuriis diſcernendi vix cogitatum fuit [g]). Solam quoque confirmationem Caeſaream Codici Diplomatico, et apographis eo comprehenſis nihil ciuile addere poſſe, vix eſt vt moneamus, cum ſatis conſtet, huiuſmodi confirmationes nihil noui tribuere, ac principali non conſiſtente, prorſus inutiles eſſe [h]).

 §. XXII.

c) Autores eo pertinentes, Pfeffinger *ad Vitriar. Lib. 3. tit. 17. §. 40. not b. c. d. et §. 41. not. c. e.* longa ſerie recenſuit, addendus iiſdem Dn. de Cocceii *Iur. publ. cap. 23. §. 8.* et Dn. Leyser *ſpecim. 266. meditat. 8.*

d) Primum eorum *Symphorem. Votorum Cameral. Tom. 2. Part. I. Vol. 23. num. 51. 52. et 89.* et Meichsner *Deciſ. Cam. tom. 3. Deciſ. 3. num. 24.* Alterum apud eundem Gylmann. *Tom. I. Part. 3. voto 23. num. 86. et 89.* videre licet.

e) Quo et illi errores referendi, qui circa monogrammata ex autographis delineata commiſſi. Conf. M. Bavdis *Analyſ. Monogrammat. Imp. et Reg. Germ. §. 7.*

f) Auctoribus ibidem allegatis, eam in rem addenda omnino: *Memoires pour les Dames Abeſſe et Religieuſes de l' Abbaie Roiale du Val de Grace, et les religieux Prieur et Convent de l' Abbaie Roiale de St. Corneille de Compiegne, Ordre de St. Benoit, Congregation de St. Maur, contre Mr. L' Eveque de Soiſſons.*

g) Mabillon. *d. cap. 5. §. 9.*

h) Klock *Vol. I. conſil 35. num. 82.* Gonzalez *ad cap. 7. de confirm. vtili vel inut.* Hertivs *Vol. I. Conſil. 257. num. 10.*

§. XXII. Supereſt vt *de Diplomatariis* illis, quae ſupra *medii generis* diximus, *eorumque fide* adhuc diſpiciamus. Maiorem circa illa difficultatem ſubeſſe, Mabillon *d. l. §. 10.* equidem agnoſcit, mox tamen addit: *Si res aequis animis expendatur, non poſſe eis in foro iuſtam fidem denegari, maxime ſi vetuſta ſint, et longe ante primam controuerſiae, qua de agitur, originem deſcripta: primo enim longam rei poſſeſſionem, ac proinde praeſcriptionem iiſdem probari, qui titulus Iure comprobatus ſit: deinde ſi mortui hominis diarium, ſi mercatorum indices libelli in cauſis Forenſibus obtinent, nullam rationem apparere, cur non idem vetuſtis illis Codicibus tribuendum ſit.* Aſt enim vero rationes haſce non vsquequaque adaequatas eſſe, quilibet facile animaduertet. Prout etiam *Diplomataria*, ad hanc claſſem pertinentia inter ſe multis modis differunt (vid. *Theſ. IV.*) ita quoque auctoritas et fides eorum vna communi regula definiri nequit. Cumque adeo circa *probationes* inde adornatos, ſingulae fere eorum differentiae gradum probabilitatis varient: ſufficiet nobis hac vice (dum menſuram ſpeciminis Academici iam tum egreſſi ſumus) perfectiorem tantum ſpeciem expendere, quo ipſo tamen, quid de reliquis *Diplomatariis* in gradu inferiori conſtitutis, dicendum ſit, facile iudicari poterit.

§. XXIII. Inter *Diplomataria* nimirum, quae nullam publicae auctoritatis et recognitionis notam prae ſe ferunt, primus haud dubie locus illis debetur, quae vetuſta, et in Archiuo ſollicite aſſeruata, apographa *Diplomatum* in eodem extantium longa ſerie referunt. Haec talia eum in finem magno numero olim congeſta fuiſſe, ne autographa paſſim circumferre neceſſe foret, exinde etiam pleraque, quae hodie ſuperſunt, *Diplomataria*, typis praeſertim deſcripta deſcendere, *Theſi II. et IV.* ſupra iam obſeruauimus. Aſſerere autem nulli veremur, *probationem* exinde petitam, illa, quae ex *Diplomatariis authenticis* inſtructa, paulo ſaltem minori loco (quamdiu aliud non obſtat) habendam eſſe. Non iam vacat, diuerſas Dd. ſententias circa fidem Archiui huc repetere [i]). Agnoſcimus potius vltro, *exemplis* aliiſque ſcripturis non authenticis ex hoc ſolo, quod in Archiuo reperta, nullam probandi vim accedere poſſe, cum locus, vbi ſcriptura qualiſcunque aſſeruatur, maiorem fidem eidem tribuere non poſſit, quam per ſe iam antea habet [k]). Quia tamen ſcripturae

i) Quorum alios nimiam auctoritatem iisdem tribuiſſe, alios abiecte nimis de eorum fide ſenſiſſe, indeque media potius via incedendum eſſe, Thomasivs *diſſert. de fide iurid. §. 50. et* Leyser *Specim. 266. medit. 1.* haud fruſtra monuerunt.

k) Dn. Böhmer *Tit. X. de fide inſtrum. §. 8.* Leyser *d. l. medit. 7.* add. D. Lvdwig Antwort

pturae ex Archiuo productae, ob fidem illius publicam, pro genuinis tamdiu habendae, donec νοϑειας conuictae fuerint [l]). Iſthaec vero *Diplomataria*, etiamſi nullum expreſſum publicae auctoritatis teſtimonium prae ſe ferant, hoc ipſo tamen, dum ex vno eodemque Archiuo tot *Diplomata*, in *apographis* referunt, praeſumtionem pro ſe habent, quod ex *autographis* olim deſcripta ſint (vid. *Theſ. IV.*) idque tanto magis, quo accuratiori ſollicitudine, antiquioribus ſaeculis illis, Diplomata, Chartae, inſtrumenta alia, velut arma legalia, pro tuendis dominiis, facultatibus et iuribus cuſtodita fuerunt, vt vix cogitari poſſit, eadem fortuito in manus priuati alicuius olim perueniſſe [m]) : ipſa quoque antiquitas fidem eorum augeat [n]). Dubitari omnino nequit, eadem, adminiculo aliquo accedente, plenam fidem facere, etiamſi autographum Diplomatis, quo de agitur, in Archiuo non amplius extet. De *Diplomatariis* reliquis, quae exempla exemplorum continent et in manibus priuatorum ſunt, nec tamen conſtat, ex quo Archiuo diuulgata fuerint, ex iis quae *Theſi XVII.* diximus [o]), quid ſentiamus, iam tum conſtat.

§. XXIV. Illa vero *Diplomataria* et *Chartaria* quod attinet, quae in Scriniis Monaſterii, aut Vrbis alicuius mediatae aſſeruata, parem illa

 cum

Antwort auf das Bedencken des H. Rath *Pfanner pag. 385.* der Teutſchen Schriften, ibi: Aus einem fabelhaften Annio Viterbienſi, wann er gleich noch ſo lang in einem Archiv gelegen, wird kein wahrhafter Thucydides, eben wie ein Böhmiſcher Diamant ſich in keinen Orientaliſchen verwandelt, wann man gleich beyde in einen Ring noch ſo nah beyſammen faſſet.

l) KLOCK *de contrib. cap. 19. num. 46.* LYNCKER *de Iure Archiui §. 6. in notis.*

m) CHRONIC. GOTTWIC. *lib. 2. in ingreſſu.* Eo quoque tempore Archiua, actis Iudicialibus aliiſque minoris momenti Litteris nondum repleta fuiſſe, HERTIVS *de Super. Terr.* §. 80. obſeruauit.

n) Conſ. Dn. BÖHMER *ad Tit. X. de Fide Inſtrum. §. 8.* et prout in Reſponſo ibidem ſubiuncto, *priuatae* etiam *ſcripturae antiquae*, accedente *inſigni aliquo adminiculo* vis probandi tribuitur: ita, ad ſupplendum quod *Diplomatariis* huius indolis deeſt, publicae recognitionis teſtimonium, *leuiora adminicula* ſufficere neceſſe erit. Ex eodem Reſponſo, dubia illa, quae contra argumentum ab antiquitate petitum, DN. LEYSER *ſpec. 261. medit. 7.* obmouit, conciliari poſſe, itidem perſuaſi ſumus.

o) Quantopere ſuperiorum temporum Dd. regulam vulgatam *exempla exemplorum nullam fidem mereri*, extenderint, ipſiſque Regionum Dominis hanc ſuam ſententiam inſinuauerint, e cautelis illis apparet, quae circa *Tranſumtum exempli* e *Diplomatario* Iſenburgico, *ſupra §. 4. nota* (o) memoratum, adhibitae fuerunt; non ſatis enim habuerunt *Illuſtriſſimi Comites* per alium S. R. I. *Comitem* exemplum illud e *Diplomatario* ſuo deſcribi, ipſiuſque fide, oppido publica, corroborari, ſed inſuper temporibus conſecutis, *Impp. Caroli V. Maximiliani II. et Rudolphi II.* confirmationes petierunt et obtinuerunt, vid. LVNIG. *R. Archiv. Spicil. Secul. part. 2. pag. 1621. 1624. 1626.* Sicut de caetero, *Diplomataria authentica*, pro nudis *exemplis* haberi nequeunt, ita quoque *exemplis* inde petitis, ea, quae circa *exempla exemplorum* alias Iuris ſunt, minus recte applicantur.

cum prioribus fidem non habere, verior equidem ſententia eſt [p]). In eo tamen conueniunt omnes, quod *Diplomataria*, ſiue in Archiuo Regionis Domini, ſiue in Scriniis priuatorum reperta ſint, a parte aduerſa ad probandum inducta, plenam fidem mereantur. Memorabilem caſum huc pertinentem, Ampliſſima Facultas Iuridica, Illuſtris huius Academiae anno 1729. Menſe Iun. reſpondit, in Sachen des Königlich-Groß-Britanniſch-Churfürſtlich-Braunſchweig-Lüneburgiſchen Cammer-Anwalds, contra Burgermeiſter und Rath der Stadt Ulßen. Et quoniam integro Diſſertationis noſtrae argumento lucem exinde accedere poſſe exiſtimauimus, praeter *Marburgenſem*, inſecutas reliquas etiam *Sententias* in hac cauſa (amica manu nobis communicatas) huc conducere, voluimus. Factum ipſum et ſeries Proceſſus ſequente ratione ſe habuerunt.

❊ ❊ ❊

„Cum in Archiuo Camerae Regio Electoralis ſchedula Lit. A. vetuſto charactere ſcripta, reperta eſſet, huius tenoris: Vrbem *Vlzen* [q]) Vectigal et reditus certos ex Molendino, in quorum poſſeſſione vel quaſi conſtituta, a Duce *Magno Torquato* anno 1370. ſub pacto de retrouendendo emiſſe, ac Litteras patentes deſuper a Duce conceſſas, in Curia ſua aſſeruare, *Conſulenti Camerae Regiae* anno 1725. iniunctum fuit, vt coram Tribunali Iuſtitiae Regio-Electorali, quod Cellis, a Magiſtratu Vlzenſi editionem Autographi peteret. Editione per Decreta Lit. B. et C. iniuncta, Magiſtratus Leuterationem quidem interpoſuit, verum per Sententiam a ICtis Wittebergenſibus conceptam Lit. D. Decreta illa confirmata, in euentum quoque iuramentum editionis Reis delatum fuit: quod ipſum ratione autographi tandem praeſtiterunt, ſimul tamen exemplum Inſtrumenti venditionis ſeu potius oppignorationis Lit. E. e vetuſto Libro membranaceo (variis, vt aiebant, obſoletis et nullius momenti ſcripturis repleto,) mutuatum et a Notario vidimatum produxerunt. Hoc obtento, *Dn. Conſulens Camerae*, praeſentiſcens Codicem illum reuera Diplomatarium ſeu Chartularium eſſe, *Actor. num. 64.* ſub rubro: *Noua Actio, etc.* Reis iuramentum Iudiciale ratione ſeptem ſequentium articulorum detulit: an nec ſciant nec credant (1) Originale Inſtrumenti illius de anno 1370. vnquam extitiſſe? (2) exemplum eius in *Diplomatario* extans,

p) EISENHARD *de Iure Diplom. cap. 5. §. 3. ibique alleg.* Quando autem DN. LEYSER *Specim. 265.* Vniuerſitatibus hiſce Ius Archiui aſſerit, Iuſum in terminis reuera tamen ſubeſſe, plane perſuaſi ſumus.

q) Vrbs Ducatus Lüneburg. hodienum non incelebris, olim vero, ob foedera, praeſertim, inter tumultuaria et ciuilia bella, cum vicinis etiam Regionum Dominis inita, vt et flore Commerciorum, admodum clara. Vid. LEIBNITII *Scriptor. rer. Brunſuic. in Indice verb.* Vltzen. RETTMEIER Braunſchweig. Chronic, *paſſim*. SCHILLINGII Hiſtoriſcher Grund-Riß der Stadt Ulſen *anno* 1735. edit.

extans, ex Autographo deſcriptum eſſe, hoc vero iniuria temporum periiſſe? (3) praedictum exemplum a perſona in officio conſtituta, et Vrbi iureiurando obſtricta Diplomatario inſertum eſſe? Quin potius (4) certo ſciant et credant, praedictum autographum nunquam extitiſſe, eiusque tenorem fictum, exemplum vero (5) quod produxerint, ex eiusmodi Libro deſcriptum eſſe, ex quo ipſimet nunquam probationem privilegiorum ſuorum, quorum originalia deperdita, petierint? (6) Vectigal et cenſum e molendino a Duce *Magno Torquato* Vrbi oppignoratum non eſſe; nec (7) in Scriniis Ciuitatis vlla alia extare documenta, e quibus veritas contractus huius pignoratitii appareat? Cauſa ſuper his articulis vlterius ventilata, cum per Sententiam Lit. F. a ICtis Tubingenſibus conceptam, delationem iuramenti Iudicialis locum non habere, pronunciatum eſſet, ex parte Regiae Camerae Leuteratio interpoſita. Inſecuta abhinc noua Actorum tranſmiſſione, in hac Inſtantia, per Sententiam ab Ampliſſima Facultate Iuridica, almae huius Academiae conceptam, prior Sententia pro parte reformata, iudicatumque fuit: Daß das von Klägern, denen Beklagten *ſub Num. Act. 64.* deferirte Iuramentum iudiciale in Anſehen aller und jeder darunter begriffenen Sieben Puncten vor ohnſtatthaft und überflüßig nicht zu halten, noch dergeſtalt zu verwerffen: Sondern Beklagte über den Einhalt des Fünften, Sechſten und Siebenden Puncts ihr Gewiſſen zu eröfnen allerdings ſchuldig und gehalten; die würckliche Ablegung ſothanen Ayds jedoch ſo lang auszuſetzen, bis Beklagte, das in ihrer Regiſtratur befindliche alte Buch, woraus ſie die bereits edirte Copie Verſatz-Briefs de anno 1370. den Zoll und Mühlen-Zins zu Ulzen betreffend, hergenommen, bey Königlicher Cantzley, wie ſie ſchuldig, würden producirt haben, etc. Subiunctae erant ſequentes

Rationes Decidendi.

Nachdem Beklagte, wie ihnen per Sententiam a ICtis Wittebergenſibus conceptam ſub Num. Act. 52. auferleget worden, aydlich erhalten, etc. (vt ſupra in ſerie Proceſſus iam dictum) Ob dann wohl (1) ein gantz inconteſtabler Rechts-Satz iſt, iuramentum illud a parte parti in iudicio delatum, recte recuſari, quod, ſi praeſtitum eſſet, nihil operaretur. Mevius part. 9. Dec. 76. Carpzov. Proceſſ. Lit. II. Tit. XI. artic. 1. num. 73. Es auch (2) das Anſehen gewinnen möchte, als ob die gegenwärtige Aydes-delation bey allen und jeden, ſub formula illa ab Actore begriffenen puncten, vor überflüßig, mithin auch vor ohnzuläßig allerdings

zu

zu halten ſeye. Anerwogen (3) das juramentum editionis würcklich allſchon abgeleget, ſolchemnach nicht abzuſehen ſtehe, wie durch anmasliche weitere Aydes-delation ſich etwas zu Tage legen könne, ſo den, Klagendem Hn. Cammer-Anwald incumbirenden Beweis vollenführen und zur deciſion der Sache in einige Wege zulänglich ſeyn könne. Indem (4) der von Klägern ſub Num. Act. 18. producirten alten ſchedulae, oder Brief de anno 1481. in der That alles dasjenige obſtiret, was Dnn. ICti Tubingenſes in ihren rationibus decidendi demſelben obmovirt. Wir auch noch hinzufügen müſſen, daß, dem klaren Augenſchein nach, wann man zumahlen ſothane ſchedulam pagina averſa gegen den Tag hält, ſich ergiebt, daß die verba initialia **gnädiger Herr,** ſo dann die letztere 6. Zeilen den Mühlen-Zins betreffend, mit diverſer Dinte geſchrieben, folglich ſo da mehr ſuſpect ſeyen, vid. Hertius de *inſpect. Ocul. §. 24. ibique citat. Menoch.* Rechſtdem (4) die von Beklagten ob gleich ex Regiſtratura Civitatis producirte Copie des quaeſt. Verſatz-Briefs, Klägern von deswegen nicht zu ſtatten kommen möge, cum expediti iuris ſit, copias in Archivo licet repertas, probationem non conficere, Böhmer. *Tit. X. de fide inſtrum.* §. 8. So dann (5) wir cum Dnn. Tubingenſibus der einſtimmigen Meinung ſeynd, daß um jemand zum Iuramento Credulitatis (als woruf bey den meiſten puncten es hier ankommen will,) zu admittiren, oder dazu zu nöthigen, dergleichen bloſe Muthmaſungen, ſo nur conſcientiam dubiam vel ſcrupuloſam erwecken könten, in Rechten nicht ſufficient ſeynd: Wir auch (5) wegen dieſer und anderer rechtlichen motiven, das deferirte Jurament in Anſehen der vier erſteren puncten vor unzuläßig und ohnſtatthaft ebenfals erachten.

So haben Wir jedennoch in Rechten nicht anders erkennen können, dann daß die beſchehene Aydes-delation, in Anſehen des Fünften, Sechſten und Siebenden Puncts zu Recht beſtändig, Beklagte und Leuteraten auch in Anſehen deren ihr Gewiſſen zu eröfnen allerdings ſchuldig und gehalten auch Sententia a qua in ſo weit zu reformiren ſeye, und das aus folgenden erheblichen Urſachen. Es iſt (1) nicht weniger ausfündigen Rechtens, delationem Iuramenti, quod aliqua ratione ad deciſionem cauſae facere, et effectum aliquem habere poteſt, a Iudice reiiciendam aut denegandam non eſſe; ſententiam quoque tale iuramentum non admittentem, grauamen continere et appellationi locum facere. Mevius *d. part. 9. Deciſ. 76. num. 6.* Carpzov. *lib. 3. Reſp. 43. num. 14. ſeqq.* Daß es aber (2) in Anſehen der gemeldeten dreyen letzteren puncten mit gegenwärtiger Aydes-delation die nehmliche Bewantnüß habe, ſolches leget ſich ab dem

Einhalt

Einhalt eines jeden klärlich zu Tage. Allermaaſen, (3) um dasjenige ſo wegen der in Anſehen des Zoll-Regals pro intentione Camerae Regio-Electoralis militirenden ſtarcken praeſumtion, ſo dann gegen die vorgeſchützte praeſcriptionem immemorialem, wie auch des Einwurfs daß in den älteren Hertzoglichen Confirmationen aller der beklagten Stadt zuſtehenden Privilegien, und Vorrechten, des Zolles nahmentlich Meldung beſchehen, ꝛc. von Hrn. Klägern gründlich und wohl deducirt worden, dermahlen anhehr nicht zu wiederhohlen. Jngleichem (4) wie doch mit Beſtand geſchehen könte, dermahlen nicht weiter zu deduciren, daß die hieroben angeführte ſchedula anonymi, de Anno 1481. ſo ſchlechterdings, ohne einige attention, nicht verworffen werden könne; Geſtalt dann JCti Hallenſes apud Böhmervm d. l. in dem §. VIII. unterſetzten Reſponſo, einem gleichmäßig nicht unterſchriebenen, ja ſo gar extra Archivum aufgefundenen Document, ob antiquitatem, et quia aliud inſigne adminiculum eidem acceſſerat, plenam probandi vim zuerkannt; Hier aber daſſelbe ſo da weniger auſſer Acht zu laſſen iſt, da die a parte adverſa producirte copia Verſatz-Briefs, auſſer einem kleinen Umſtand, den Mühlen-Zins betreffend, damit überein kommt. Es (5) allerdings an dem iſt, daß wann den Beklagten, bey dem „Fünften Articul der Ayd darüber deferirt worden: „Ob ſie gewis wüſten, glaubten, und verſichert wären, daß die „producirte Copia Verſatz-Briefs aus einem ſolchen Buch, ſo gar keinen „Glauben hätte, und woraus ſie nie einige verlohren gegangene privilegia „angeführt, genommen ſeye? Und dann Dnn. Tubingenſes zwar davor ge„halten: es komme bey dieſem 5ten punct nicht daruf an, aus was vor „einem Buch dieſe Scriptur genommen worden, indem richtig, daß „dieſelbe weder das Original, noch eine Copie von demſelben ſeye. Wir jedoch unſere rationes, den Rechten nach von deswegen gantz anders ſubduciren müſſen, weilen es (6) hier nicht auf eine eintzele verflogene Copie ankommt, ſondern diejenige ſo von Hrn. Burgemaiſter und Rath der Stadt Ultzen producirt worden, aus einem alten in ihrer Regiſtratur befindlichen Copial-Buch, worin die übrige ſie angehende Diplomata, Chartae, Inſtrumenta alia, longa ſerie ebenfals verzeichnet, hergenommen iſt. Und dann (7) dergleichen Diplomataria, Chartularia, und Copial-Bücher, wie der in Arte Diplomatica hocherfahrne Mabillon *de Re Diplom. lib. 3. cap. 5.* des mehreren ausgeführt, zwar nicht von einerley Arth und Eigenſchaft, vielmehr in triplici differentia und entweder Hiſtorica, oder Authentica, oder aber medii generis ſeynd, keinem aber, von allen dreyen, omnis omnino probandi vis, und ſo gar fides hiſtorica, (quamdiu aliud non obſtat,) nicht abzuſagen ſtehet, zumahlen wann der

 beſondere

beſondere Umſtand, wie hier, vorhanden, *quod longe ante controverſiae qua de agitur originem conſcripta ſint*, dieſerley Collectiones auch, gegen diejenige in quorum Archivis vel Scriniis aſſervata, zum Beweis inducirt werden. Dahingegen (8) die von Beklagten ad deſtruendam fidem Chartularii iſtius eingewandte argumenta von keiner Erheblichkeit ſeynd. Anerwogen (a) der Schluß ſehr fehlſam iſt, in dem Buch quaeſt. ſeye mit einem vorlängſt aus der *mode* gekommenen Sate-Brief der Anfang gemacht, ergo ſeye allem übrigen darin begriffenen und beſonders der Abſchrift des Verſatz-Briefs de anno 1370. kein Glauben beyzumeſſen. Genug daß man ex antiquitate et hiſtoria Germaniae wohl weiß, was eine Sate geweſen, vid. LEIBNITZII *Collectan. Etymol. part. 2. pag. 51. et Gloſſar. Chaucic. d. verb.* Und daß dergleichen Sate-Brief oder Friedens-Sate, in den Zeiten, da arma civilia und das Fauſt-Recht die Oberhand gehabt, ſehr frequent geweſen, *Idem, Scriptor. Rer. Brunſuic. tom. 3. pag. 190. 191.* Einfolglich wie jene, ſo auch das Diploma quaeſt. nichts fingirtes ſeye. Und wann gleich (b) dieſer Codex membranaceus das von Beklagten ſo benante Hagemanniſche Copial-Buch nicht iſt, ſo kan es doch wohl älter, oder mit ſelbigem aequalis, wo nicht majoris fidei ſeyn, als welches der Augenſchein hiernechſt ergeben wird. Daß aber (c) oftermeldtes Buch unter nichtswürdigen Sachen gefunden worden ſeye, iſt zuforderſt facti, annebſt genug, daß es in der Stadt-Regiſtratur ſich befunden, und wann gleich wegen der unleſerlichen alten Mönch-Schrift, man ehe das Hagemanniſche neuere Copial-Buch ſeither gebraucht, oder weil der darin befindliche Einhalt in keine conteſtation gezogen, ſelbiges in langer Zeit nicht wäre aufgeſchlagen worden, wird ihm doch, quamdiu aliud non obſtat, die vis probandi nicht entzogen werden können. Eine gleiche Bewandnüß hat es (10) mit dem unter der Aydes-delation begriffenen ſechſten punct: „daß Beklagte gewis wüſten, glaubten und verſichert wä„ren, daß der Zoll und Mühlen-Zins von Hertzog MAGNO *Torquato*, glo„rioſae Memoriae, ihren Anteceſſoribus, beſage der Documenten keines„weges verpfändet und eingethan ſeye. Geſtalten Magiſtratus Vlzenſis eben darab den Einhalt der producirten Abſchrifft Verſatz-Briefs vor wahrhaftig wird erkennen müſſen, wann derſelbe dem Copial-Buch, woraus ſelbige entliehen, ſonſt jederzeit völligen Glauben zugeſchrieben, und zu Behauptung ſeiner privilegien auch anderer Gerechtſame, daraus den Beweis geführt haben ſolte. Im übrigen aber, iſt dasjenige, ſo gegen dieſen pt. der Aydes-delation, von Unformlichkeit der ſchedulae de anno 1481. et quod copiae in Archivo licet repertae per ſe nihil probent, wiederhohlt worden, alhier gantz ohnſchlüſſig. Noch weniger Anſtand findet

ſich

ſich (10) bey dem letzteren ſub formula juramenti delati begriffenen punct: „daß Beklagte keine Scripturen und Nachrichten, woraus die Richtigkeit „des quaeſt. Pfand-Contracts warzunehmen, vorgefunden hätten. Dann ob wohl Beklagte und jetzige Leuteraten in Anſehen des Original Verſatz-Briefs de anno 1370. das juramentum editionis bereits abgeleget, ſo kan doch wohl ſeyn, daß auſſer der im Chartulario conſervirten Abſchrift, noch andere Nachrichten in der Stadt Repoſitur vorhanden, ſo die ehemahlige exiſtenz dieſes Originals, mithin die Richtigkeit der Pfand-Verſchreibung des weitern bekräftigen.

Wir haben dann, nach ſolchem allen, den Rechts beſtändigen Schluß zwar abgefaſſet, daß Beklagte über obgedachte drey letztere puncten des ihnen deferirten Ayds, ihr Gewiſſen zu eröfnen ſchuldig und gehalten ſeyen. Anbey jedoch in reifliche Erwegung gezogen, daß wann das quaeſt. alte Copial-Buch, worab die producirte Abſchrift entliehen, bey Königlicher Churfürſtl. Iuſtiz-Cantzley producirt, und Klägern ad inſpiciendum wird vorgeleget werden, allem vernünftigen Vermuthen nach, ſich ein mehreres, auch wohl ſo viel darab ergeben könne, daß die Entſcheidung dieſer Sache auf Ablegung des deferirten juramenti litis deciſorii nicht ferner ankomme. Geſtalten ab dem Augenſchein ſich alsbald äuſern wird, zu welcher, von obgemeldeten drey Sorten der Diplomatarien, das gegenwärtige zu referiren, und wann es authentiſch, ob nicht der darab erſcheinende Beweis ſo vollſtändig, daß es keines Ayds weiter bedörffe, etc. etc. deswegen wir dann die würckliche Ablegung des zuerkanten Ayds, bis dahin in ſuſpenſo gelaſſen. etc. Actum Marburg. Menſe Iunio 1729.
CXXII. Preſentatio pro Eylemanno Luſchen per Olricum Luſchen ciuem Honoueranum ad altare S. Crucis in Capella S. Ciriaci extra muros Luneburgh. anno 1440.

CXXIII. Renunciatio oder Uberlaſſung der Vicarien Crucis zu S. Ciriaci Kirchen gethan durch hern Albert Hoicken Burgerm. vnd Haſſeken radtmann den gebrodern Luſchen. a. 1391.

CXXIV. Inſtrumentum compromiſſi et ſententiæ prolatæ pro Theoderico Lutzken patrono et Iohanne Hoyman preſentato contra Hinricum Vos, qui predicti Theodorici preſentacionem ad vicariam S. Crucis ad D. Ciriacum impugnauerat. a. 1393.

CXXV. Iohannes Dominus de Homburch miles donat eccleſiæ in Amelungesborne curiam ſuam in villa Holthoſen, *Dichof* dictam. an. 1290.

CXXVI.

CXXVI. Obligation auf verkaufte zwey marck Pennig iährlicher Renthe aus einem hauſe in der Solt-Straſſe in Luneburg a. 1439.

CXXVII. Graf Ernſt zu Honſtein vnd Diderick der iunger edel her tho Pleſſe belehnen als beſtetigte vormunde Graf Philips to Spaigelbarge Tilen Brandes mit III. Houen landes im Leder velde vor Gronaw. a. 1540.

CXXVIII. Vertrach zwiſchen Harmen van Huſs vnd Dyricke, Bartolde vnd Hanſe gevettern de Bocke von Northolt wegen der von Henning Brandes ihnen abgekauften gueter to Lubbrechtzen, Dedenſen, Hemmendorpe vnd Leuedaſſen. a. 1504.

CXXIX. Borchert vnd Cordt gebroder van Steynberge conſentiren in die verpfändung einer haupt-obligation derer gebrüder von Bock, betreffend dreiſſig gulden Rente aus dem dorf to Brughem. a. 1508.

CXXX. Senatus der Stadt Hannover bekennen das Hinr. Welder der broderſchop der Beckerknechte einen gulden geldes verkauft.

CXXXI. Rotgeri Krevets documentum iuris obſtagii de a. 1517.

I. STA-

I.

STATVTA CIVITATIS BODENWERDERENSIS.

EX ORIGINALI.

Henricus Dei gratia miles *nobilis vir de Homburch*. Omnibus hanc litteram audituris pariter et viſuris, ſalutem in eo, qui eſt omnium iuſtus iudex. Quoniam eſt conſonum rationi ſubiectis nobis plebibus prouidere in hiis, in quibus ciuili quandoque pregrauantur iudicio minus iuſte, vt fiant excedentibus leuiora que ſatisfacere volentibus hactenus fuerant grauiora. A. 1287.

Notum igitur eſſe volumus vniuerſis preſentibus et futuris quod vtilitati et commodis intendentes oppidi noſtri, quod *Bodenwerdhere* nuncupatur, vt eo facilius in temporalibus recipiant incrementum incole opidi ſupradicti. Hec eis iura concedimus obſeruanda. Inprimis aduocatus eiuſdem oppidi cum conſenſu domini, qui pro tempore fuerit a ciuibus eligetur, et ciuium vnus erit. Si ciuis conciuem ſuum acuto leſerit inſtrumento, octo talenta vadiabit, que omnia iudicio perſoluuntur. Si quis ſine acuto leſus fuerit inſtrumento, et teſtibus poterit hoc probare, leſor XXX. ſolidos, V. leſo, V. iudici, et XX. ciuibus vadiabit. Si vero probare non poterit, iuramento ſe qui impetitur expurgabit. Si ciuis percuſſerit alienum V. ſolidos, duos iudici, duos leſo, vnum ciuibus vadiabit. Si ciuem leſerit alienus XXX. ſolidos, ciuibus XX. leſo V. iudici V. dabit. Si quis alii alapam dederit manifeſtam, leſo talentum, iudici X. ſolidos, et ciuibus dat talentum. Qui alteri manum amputarit, manum perdet, collum collo nichilominus recompenſet. Si quis pro homicidio exierit ciuitatem, vxorem et liberos illius, nullus ledat corpore ſiue rebus, ſi placuerit ipſis, liberi diſcedent, venditis hiis que habent. Alienus ciuem, ciuis ciuem non impetat cum duello. Alienus non teſtabitur ſuper ciuem niſi conſulibus cum duobus. Qui perdiderit res per furtum, deprehenſo fure, integraliter eas recipiet, iudicato fure per iudicem atque ciues. Si ciuis vendere voluerit

domum ſuam, et recedere, inpediat nullus eum. Si braxatrix ſtatutam menſuram minorauerit, tres ſolidos, vnum iudici, ciuibus duos dabit. Piſtoris, ſi exceſſerit, ſimilis erit pena. Carnifex excedens a conſulibus corrigatur. Si non emendauerit V. ſolidos, iudici vnam partem, ciuibus duas dabit. Si carnes non ſanas habuerit, iudex tollet illas, ipſumque V. ſolidis ſibi et ciuibus condepnabit. Si quis conqueritur, et dicit, ſe teſtimonium producturum, nec poſſit, iudici ſolidos duos dabit. Qui armiſono clamore ciues prouocauerit ſine cauſa, iudici ſolidos V. dabit. Si quis conciuium impetitur ab aliquo nomine cuiuslibet ſeruitutis, ſi conſenſerit domino ſuo ſtabit debita ſeruitute. Si negauerit liber erit preſtito iuramento. Si quis pro aliquo exceſſu exierit ciuitatem, ſi redire voluerit, cum conſulibus gratiam domini impetrabit, et quod iudici dederit eius erit. Qui coram iudicio bona ſua vxori eius et pueris dederit, et iudici pacis ſolidum, in teſtimonium dederit, poſt mortem illius hereditatem ſuam nemo niſi vxor et pueri eius tollent. Qui intrauerit ciuitatem, et morari voluerit, arma que habuerit hoſpiti ſuo preſentabit. Si noluerit auferantur ei et vendantur, et precium iudicis et ciuium erit. Homini depauperato vendere ſua licet, ſi non coram iudicio vxori et pueris ſuis dedit. Si in ciuitate mortuus fuerit alienus, hereditas eius a iudice reſeruetur, donec heres illius veniat, qui iuſticia eum poſtulet et requirat. Si infra annum et diem nullus venerit, hereditas iudicis ex tunc erit. Qui pacem domus infregerit VIII. talenta iudicio vadiabit. Qui id quod ſilſrichte vocatur, commiſerit, XXX. ſolidos, X. iudici, ciuibus dat viginti, Dominica poſt Bartholomei et poſt Galli omnibus liberum forum erit vſque in nonam horam tertie diei, niſi fori violauerit libertatem, quod qui fecerit mortis ſentencie ſubiacebit. Si quis conuictus fuerit penſionem que *ſcoth* vocatur debitam non dediſſe, nulli ſuper eo, ſed ſolis conſulibus reſpondebit. Nullus ciuem noſtrum pro iniuſto pondere, modio, vlna, aut menſura accuſare poterit, aut grauare niſi in manibus illius fuerint deprehenſa, hic qui fuerit cum domino et conſulibus hoc componet. Si quis coram noſtro iudice ſibi voluerit iudicari, alii ibidem ſecundum iuſticiam reſpondebit. Qui aliquem conciuem noſtrum de traditione vel conuicio infamem reddiderit et ſuſpectum. Si conuictus fuerit ſuper illo XXX. ſolidos, V. iudici, V. leſo, ciuibus dat viginti, ſi conuinci non poterit, expurgabit ſe iuratoria cautione. Quilibet profugus pacem habebit in domo ſua vel alterius donec iuſticia extrahatur, qui violentiam illi fecerit, capite puniatur. Quilibet ciuium ſemet ipſum aut conciuem ſuum, ſi neceſſe habuerit eripere a iudicis poterit poteſtate, ſub obligacione domicilii ſiue domus. Iudex nul-

nullum noſtrorum conciuium poteſt de aliquo conuincere vel grauare, niſi cum tribus ciuibus probare poterit contra ipſum. Si quis in ciuitate aliquid emere vel vendere voluerit, theloneum nullum dabit. Si quis apportauerit vinum ceruiſiam, aut medonem, ſine conſenſu conſulum per menſuram vendere non licebit. Obtento vero conſenſu de menſura vini que *ame* vulgariter nuncupatur, denarios ſex perſoluet. De cupa ceruiſie vel medonis ſolidum vnum dabit. Si quis domum voluerit edificare in poſitione liminis infra ſe et vicinum ſuum duos conſules vocitabit, quorum teſtimonio fundamentum edificii ſui ponet, ſine vicini ſui aree detrimento, quod ſi ſecus fecerit, XXX. ſolidos iudicio et ciuibus vadiabit. Si quis ſepem probabiliter iniuſte poſuerit, pro qualibet ſude tres ſolidos vadiabit iudicio et ciuibus antedictis. Si quis in hoſpicio alicuius ciuis aliquos denarios conſumpſerit in expenſis, et hoſpite inſcio et inuito abire voluerit, ſine vara hoſpiti ipſum detinere licebit quouſque illi ſatisfecerit de expenſis, quod ſi domum eius exierit inſequi ipſum poteſt, donec recipiat quod eſt ſuum. Si autem domum alicuius profugus intrauerit in eadem eundem iudicio obligabit. Si artifices manuum, vt ſunt textores lanificii, vel ſutores, in ſuis officiis vendendis exceſſerint a conſulibus iudicantur.

Vt autem omnia hec preſcripta robur optineant perpetue firmitatis, preſens ſcriptum cum conſenſu heredum noſtrorum ſigillo noſtro decreuimus communire.

Huius rei teſtes ſunt dilecti filii noſtri:

Dominus Iohannes miles,
Bodo famulus
Iohannes de Vrencke
Thidericus Stencoph
Thidericus de Derſpe, milites.
Henricus et Bernhardus de Hallis
Albertus de Hupede,
Thidericus aduocatus Hallis,
Henricus Marquardi,
Bernardus Longus,

Dominus Rembertus Kennigi;
Henricus de Eſchershuſen,
Henricus de Bochagen
Iohannes de Stamme,
Godefridus Volemari
Hermannus de Dolem,
Godefridus Windelindis,
Thidericus Dobelere,
Fredericus Sertor,
Henricus de Dolem, tunc noſtre Conſules ciuitatis,
et plures alii fide digni.

Acta ſunt hec anno Domini Milleſimo Ducenteſimo, octogeſimo ſeptimo, Quarto Kalendas Februarii.

II.

INDVLGENTIÆ ECCLESIÆ IN BODENWERDER CONCESSÆ.

A. 1280. Vniuerſis ſancte matris Eccleſie filiis ad quos preſentes littere peruenerint. Nos Dei gracia Petrus Arborenſis Archiepiſcopus, Andreas Asloenſis, Bernardus Humanaſ. Tholomeus Sardinenſis, Bernardus Peruſinus, Iohannes Auelinus, Fredericus Ceriuenſis Epiſcopi: Salutem in Domino ſempiternam.

Pia mater Eccleſia de filiorum ſuorum quos ſpiritualiter genuit ſalute ſollicita deuocionem ipſorum quaſi quibuſdam allectiuis muneribus indulgenciis videlicet et peccatorum ſuorum remiſſionibus inuitare conſueuit ad debiti famulatus honorem Deo et ſacratis edibus inpendendum, vt quanto crebrius et deuocius illuc confluit et concurrit populus Chriſtianus tanto celerius delictorum ſuorum veniam et gaudia conſequi mereatur eterna. Cupientes igitur vt Eccleſia in *Inſula Bodonis* Mindenſis dyoceſis congruis honoribus frequentetur, et a cunctis Chriſti fidelibus iugiter veneretur: omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad ipſam Eccleſiam in feſtis beati Nicholai Iohannis apoſtoli et ewangeliſte beatorum Iacobi, et Bartholomei apoſtolorum: Marie Magdalene et in dedicatione ipſius Eccleſie cauſa deuotionis acceſſerint, vel ad ſtructuram aut ad aliqua alia neceſſaria manus porrexerint adiutrices, vel qui in extremis laborantes aliquid de bonis ſibi a Deo collatis legauerint Nos de Omnipotentis Dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum auctoritate confiſi ſinguli ſingulas quadragenas de iniunctis ſibi penitenciis dummodo conſenſus dyoceſani acceſſerit miſericorditer in Domino relaxamus.

In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandas.

Datum Peruſii, Anno Domini M°. CC°. LXXX°. Quarto. XII. Kal. Decembris. Pontificatus domini Martini Pape quarti, Anno quarto.

III. INSTI-

III.

INSTITVTIO, QVO ORDINE ADMINISTRANTVR PREBENDÆ DOMINARVM CONVENTVS IN HERVORDIA, EX CODICE MEMBRANACEO SEC. XIII.

Hoc ordine amminiſtratur prebenda dominarum in Heruordia per circulum anni. Sicut antiquorum inſtitutio conſtituit obſervari. Primo de prebenda cotidiana. tali modo.

A feſto Michael uſque ad aſcenſionem domini dabuntur porcine carnes. videlicet dominica die. et. III^{tia}. feria. et V^{ta}. feria. omnibus ſeptimanis. preter feſta ſanctorum que interveniunt. Ad prebendam unius diei pertinent. III. porci. de quibus porcis dividitur prebenda dominabus. quatuor ſeptimanariis. domino Woldero. beate Puſinne. ad novum opus. ad hoſpitale. duobus diaconibus. tertio diacono dantur carnes de curia abbatiſſe. Notandum vero eſt. Si prebenda iſtarum carnium redimitur. de ipſa redemptione conventus nichil dabit tertio diacono. Datur etiam uni Subdiacono. Mulieribus que ſerviunt Dominabus datur una caro. Duobus campanariis. I. caro. Ad refectorium dantur Stomachi. III. et Salſucia. XV. De aſſaturis dantur Dominabus coquinariis. III. videlicet die Dominica et feria V^{ta}. capellano datur. I. teloneario. I. coco qui eſt in coquina dominarum qui et vigil eſt earum. I. Ceteris diebus quibus dantur carnes. datur dominabus coquinariis cuilibet una aſſatura et cellerarie. I. Deinde cuilibet domine cotidie panem. I. et dimidium. et duas prebendas que vocantur *umme prevende.* que equaliter inter dominas dividuntur. Iſte panis piſtrabitur in quantitate tali. ut. X. fiant de uno modio granari. ſiliginis. Ad cerviſiam que dabitur ſingulis ſeptimanis per annum. apponentur. IIII. molcia braccii avenatici. per menſuram ad hoc deputatam. duabus menſuris minus exceptis illis cerviſiis que meliores debent eſſe. que loco ſuo et tempore invenientur. Duobus campanariis. VII. magne propinationes cerviſie dabuntur ad Septimanam. Mulieribus duabus que ſerviunt dominabus tantum. Vigili dominarum qui eſt in coquina earum. VII. minores propinationes. A feſto vero Martini. uſque Puſinne. idem vigil calefaciet refectorium dominarum. unde habebit omni Septimana. VII. panes. VII. magnas propinationes cerviſie. et. I. carnem quotiens prebenda carnium datur. Igitur a feſto Martini usque ad aſcenſionem

Domini. omnibus diebus lacticiniis. tam. VI. feria. quam vigil. Sanctorum. et quatuor temporum. dabitur cuilibet domine. et beate Puſinne. et officio decanie. dimidius magnus caſeus. et due *umme prevende.* Dabitur etiam unum maldrum. et XVIII. caſei qui vocantur regales. In die itaque nativitatis Domini ſerviet abbatiſſa dominabus in refectorio. cum. VIIII. perfectis ferculis. cum puriſſima ſimila. ita ſane ut. VII. modii hervordenſes apponantur ad. XII. ſimilas. cum bona cerviſia. et cum bono vino miniſtrabitur iſtud ſervicium. Lectrice dabit. I. crateram medonis. I. album panem. et. I. aſſaturam. Cellerarie et dapiſere. II. crateras medonis. I. panem album. et. I. aſſaturám cum magna carne. Mulieribus que ſerviunt dominabus II. crateras medonis. II. panes albos. et duas carnes. Facto prandio propinabitur. I. magna propinatio vini. de qua bibent omnes domine. Si quid remanſerit. mulieres ſervientes tollent. Ante refectorium dominarum miniſtrabitur una urna cum vino. VII. magnas capiens propinationes. et cuilibet domine una cratera cum medone. Hic ordo ſervicii. ſimiliter in die paſche ſervabitur. Ad cantum dominarum quem cantant ante nátivitatem in refectorio. dabit abbatiſſa. I. urnam cum vino. VII. capiens magnas propin. Ad cantum ante paſcha. et in die paſche. et beate Puſinne. in eadem quantitate. Triginta porci qui dicuntur *bacſvin.* ſive *ſpecſvin.* debent eſſe dati in feſto Andree. qui dare neglexerint vadiabunt in feſto Thome. Iſte perne prebabuntur in purificatione S. Marie. et habebunt tres digitos puri pinguedinis. De his porcis dabuntur cuilibet domine. II. tibie. I. Scapula et dimidia. I. Slopebrade. III. Salſucia. Ad prebendas que vocantur umme prevende. dabuntur. IIII. tibie. et III. Scapule. II. Slopebraden. et VI. ſalſucia quodlibet habens. III. ulnas in longitudine. Dantur etiam. IIII. ebdomedariis cuilibet. V. Scapule. et II. tibie. III. ſalſucia. et I. Slopebrade. Cellerarie dantur. V. ſalſucia.

In carniprivio mittetur dominabus tantum. ab abbatiſſa una magna ſcutella cuilibet. VIIII. fercula continens. impletos pullos. XVI. qui dicuntur *Wolfbinken.* Ad impleturam iſtorum pullorum debetur quarta pars unius perne. et IIII. uncie ovorum. Inſuper IIII. uncias ovorum inter ſe diſtribuendas. In capite ieiunii. abbatiſſa dabit dominabus VIII. ſolidos ad allecia emenda.

In palmis dabuntur. IIII. eſoces dominabus et dividentur hoc modo. Duo dorſa. ebdomede IIII. Beato Waldero. Sancte Puſinne. Duabus vacantibus prebendis. officio dapiſere. Dorſum tertium dabitur eunti

pro

pro criſmate. Dorſum quartum. diaconibus et ſubdiacono. Et notandum quod quecunque dominarum in die palmarum de vacantibus prebendis recipit panem. recipiet et de eſoce. In cena Domini. et in vigilia paſche. dabuntur piſces. Item in cena Domini in vigilia paſche. feria II^{da}. Quaſi modo geniti ac inde uſque ad aſcenſionem omnibus diebus quibus non dantur carnes. dabuntur cuilibet domine Sacerdotibus ebdomedariis Beato Waldero. Sancte Puſinne. prebendis vacantibus officiis decanie. et dapifere. novo operi. hoſpitali. ſingulis. IIII. ova.

In die paſche. Abbatiſſa ſerviet in refectorio. eo ordine ut in die natalis Domini taxavimus. Per Septimanam paſche dabuntur ad prebendam. XXIIII. porci de Weſtfalia. Inde uſque ad aſcenſionem. omnibus diebus carnium dabitur porcina prebenda. In aſcenſione unum eſocem. dominabus tantummodo.

In die aſcenſionis et deinceps uſque Michaelis. omnibus diebus carnium miniſtrabitur ovina prebenda. Dominabus. Beato Waldero. S^{te} Puſinne. officio decanie et dapifere. novo operi. hoſpitali. coco. prebende magiſtri Heinrici. Scilicet unum ferculum poſterius. Mulieribus que deſerviunt refectorio. Quatuor oves ad quemlibet diem pertinent. Et notandum quod in hoc tempore de cotidiana prebenda non adminiſtrentur dnis carnes ovine. ſed in quarta prebenda dabitur duobus ebdomed. et duobus diaconibus continuatim una integra ovis. A feria II^{da} rogationum uſque in vigilia Martini. omnibus diebus quibus non dantur carnes. dabuntur caſei parvi vaccines hoc modo : Quevis domina recipiet caſeum et dimidium. officium decanie tantum. dapifera unum. Sta Puſinna caſeum et dimidium. Beatus Walderus unum. tres vacantes prebende. tres caſeos. ebdomedis quatuor. quivis dimidium caſeum. Quivis diaconus et unus ſubdiaconus dimidium caſeum Prebenda magiſtri Heinrici unum. Dabitur etiam regalis caſeus. qui dividitur hoc modo. feria IIII^{ta}. ſimiliter duobus diaconis et feria VI^{ta}. integer dabitur prebende magiſtri Heinrici. Et notandum Si vigil alicujus Sancti in diem carnium occurrerit. idem caſeus dimidius cedet ebdomedario ſacerdoti. et dimidius diaconi. Dabuntur etiam de ſupradictis caſeis. duobus campanariis. duo. Mulieribus que deſerviunt refectorio. dimidius.

IV. COL-

IV.

COLLATIO IVRIS PATRONATVS ECCLESIÆ SVPERIORIS RODE PROPE NORTHVSEN.

A. 1292. Nos *Heinricus de Wiſſenſe* et *Gotſchalcus juvenis Saxo* cives Northuſani publice profitemur in his ſcriptis, quod ſub ſigillo Nobilis viri Domini de Heldrungen ſub poena *triginta marcarum examinati argenti ponderis Northuſani* compromiſimus data fide velle ſtare deciſioni et diffinitioni ſuper collatione juris patronatus Eccleſiæ *Superioris Rode* prope Oppidum Northuſen ſitæ noſtrorum arbitrorum videlicet Domini *Bertholdi de Halmenſtedt*, *ſcholaſtici Eccleſiæ ſanctæ crucis in* Northuſen, *Friderici de Wiſſenſe*, Magiſtri *Dieterici de Honſtein et Burchardi de Bodungen militis*, una cum præpoſito ſanctimonialium novi operis extra muros Northuſenſium. Qui poſt longam deliberationem nos ſic juſſerunt ſub poena prænominata, eidem collationi et juri patronatus ejuſdem abrenunciare deberemus pro nobis et pro omnibus noſtris hæredibus. Cui collationi et juri patronatus abrenunciavimus, et in præſentibus renunciamus ſecundum deciſionem noſtrorum arbitrorum. Ita quod noſtro fideli juniori Henrico dicto Parmio ad preces noſtras iſta cum eccleſia conferatur. Si autem quod abſit nos aut aliquis hæredum noſtrorum in poſterum conferret Eccleſiam memoratam; niſi etiam ſpeciato emeret adhuc jus patronatus, ad *Hermannum dictum Barcken de Bennungen* vel ad ſuos hæredes externos, nos ſeu noſtri hæredes ſolvere teneamur Hermanno præfato et ſuis hæredibus poenam memoratam. Et quod ad contractum bonorum feudalium perſæpius requiratur conſenſus Domini feudalis. Ideoque petivimus Dominum de Heldrungen, qui eſt Dominus feudi ut ipſe dignetur dare deſuper ſuam literam cum ſui ſigilli appenſione. Et nos *Fridericus Dominus in Heldrungen* proteſtamur per præſentes quod ad preces noſtrum conſenſum arbitrio præfato adhibemus. In cujus evidentiam et præmiſſorum noſtrum juſſimus ſigillum præſentibus apponi et appendi. Teſtes hujus rei ſunt Fridericus de Reydingeſtete, Bertholdus dictus Roſt, Fridericus de Vrommingeſtedt; Herman de Urendorff milites, una cum arbitris prædictis; *Conradus de Bila;* Hermann dictus Sengeſtock, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini 1292. 5. Nonas Maji.

V. HEN-

V.


HENRICVS COMES DE REGENSTEIN ET BORCHARDVS COMES DE MANSVELT, TVTORES OLRICI COM. DE REGENSTEIN ECCLESIÆ S. WIPERTI IN QVEDELINGEBORCH DEDERVNT ADVOCATIAM VNIVS DIMIDII MANSI SITI IN CAMPO GERSDORP.

In nomine domini amen. Henricus Dei gracia Comes de Regenſteyn, A. 1292.
Borchardus eadem gracia Comes de Manſwelt, Tutores Olrici filii qvondam Alberti pie memorie comitis de Regenſteyn omnibus preſentem litteram inſpecturis in perpetuum. Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, qvod nos nomine Olrici filii qvondam Alberti pie memorie Comitis de Regenſteyn nobilis viri fratris & awunculi noſtri dilecti ob preces & inſtantiam Conradi ſacerdotis dicti de Dingelſtete dedimus Eccleſie ſancti Wiperti in Quedelingeborch aduocatiam vnius dimidii manſi ſiti in campo *Gersdorp*: Qvam videlicet advocaciam Betemannus qvondam dicti frater ſacerdotis a nobis tenuit in feodo ſepedictum vero manſum iure litonico dum vixit ab Eccleſia tenuit memorata. In huius rei teſtimonium ſigilla noſtra litteris preſentibus duximus aponenda.

Teſtes ſunt: Bernhardus ethiops miles,
Conradus dictus de Quernbeke,
Wilkinus dictus de Hoyme, et
Olricus aduocatus, et alii quam plures fide digni.

Datum anno Domini MCCXCII. in octaua beati Martini.





VI.

HENRICVS ET OLRICVS COMITES DE REGENSTEIN TESTANTVR BERTOLDVM FAMVLVM DICTVM DE STOWEN REDITVS QVINDECIM MARCARVM DE DECIMA IN DITFORDE PERCIPERE AD DIES VITÆ SVÆ.

A. 1308. Nos Hinricus & Olricus Dei gratia Comites de Regenſten recongnoſcimus tenore preſentium fideliter proteſtando, qvod Bertoldus famulus dictus *de Stowen* in noſtra preſencia conſtitutus publice recongnouit, qvod Redditus Qvindecim Marcarum, qvos a venerabili domina noſtra Abbatiſſa & Eccleſia Quidelingeburgenſi comparauit. Juſto empcionis titulo deberet annis ſingulis de *decima in Ditfordhe* percipere tantum ad tempora ſue vite. Cum autem ab hoc ſeculo domino diſponente migraret heredes eiusdem Bertoldi nullum ius in predictis redditibus ſibi poſſent aut deberent qvoqvomodo vendicare. Sed ſine qvalibet hereditaria ſuccesſione redibunt ad predictam Dominam Abbatiſſam & Eccleſiam Quidelingburg liberi & ſoluti. In cuius rei euidens teſtimonium a prenarrato Bertoldo rogati noſtra ſigilla duximus preſentibus apponenda. Actum & Datum Regenſten Anno Domini M. CCC. Octauo XI. Kalend. Aprilis.

VII.

OLRICVS COMES DE REGENSTEYN DAT MECHTILDI VIDVE HILDEBRANDI DICTI *SCHERENSMED* SVISQVE HEREDIBVS VNVM MANSVM CVM DIMIDIO SITVM IN MAGNO ORDEN.

A. 1302. Nos Olricus Dei gratia Comes de Reghenſteyn recognoſcimus publice proteſtantes, quod nos cum conſenſu omnium noſtrorum heredum damus *Mechtildi* vidue *Hildebrandi* dicti *Scherenſmed*, quondam ciuis in Quedelingburch bone memorie, nec non Thiderico ac Johanni ſuis filiis, eorumque heredibus vniuerſis Vnum manſum cum dimidio ſitum in magno Orden, quem tenent a nobili viro et domino *Comite Hinrico* *de*

de Blankenburch iuſti Feodi titulo ab omni inpetitione ac inſtantia liberum et ſolutum. Ita quod predicti eorumque heredes debent eundem manſum et dimidium poſſidere ſine quolibet impedimento libere ac quiete. Nichilominus etiam erogamus perſonis ſuperius nominatis memoratis ipſorumque heredibus licentiam dandi permutandi eadem bóna quandocumque et ubicumque ipſis placuerit et vendendi. In cuius rei teſtimonium et ſufficiens experimentum preſentem litteram inde conſcriptam noſtri ſigilli appendimine duximus roborandam.

Teſtes vero huius rei ſunt:

Bernardus de Ditvorde,	Hermannus de Reynſtede.
Gygas de Blankenburch,	Hinricus de Papeſtorp ſenior.
Godelinus de Swanebeke,	Iohannes de Brockenſtede.
Conradus de *Ammensleue.* Milites.	Thidericus de Gethele.
Thidericus Zabel.	Thidericus de Langhele.
Conradus puerorum magiſtri ciuium veteris ciuitatis Quedelingburch.	Hermannus Gallicus, et quam plures alii fide digni.

Actum et Datum Quedelingburch Anno Domini M°. c̊ c̊ c̊ ſecundo. In vigilia Annunciationis Marie virginis.



VIII.

HENRICVS ET OLRICVS COMITES DE REGENSTEIN LIBERAM PRONVNCIANT ECCLESIAM S. WIPERTI PROPE QVEDELINGBVRCH AB OMNI IMPETICIONE, CONCEDVNT ITEM PISCATVRAM ET LIGNATVRAM ETC.

A. 1300. WYe Henrik vnde Oelrik greuen to Regenſten bekennen in diſſeme opene breue vor allen de ón ſeen edder leſen hóren dat wy ghevryget hebben dat Godeshus to ſente Wiprechte vor der Stat to Quedelingeborch an Watere an Viſcheryge an holte an graſe, an weyde van allerleye Vaghedyge van der *Schir-mȯlen* an dat water vpwort al vmme den *Brȯyl* hen, wante bouen dey Knüppelrodeſchen mólen, oc van des Goddeshus Flutrenne an dat water nedder wort buten de Hóuen hen: Wante op dey *ſcepmólen* van der ſchepmólen dat water op wert wante vnter dey Demme turne to grauen to den Demmen op der Vógedige graſeſchop to der Demme notorft utwendiſch des Broiles. Vortmer ſo erlóue wey ergenanten Henrik vnnd Ólrik greuen to Regenſteyn den Heren vnde Brüdern des vorgenanten Goddeshus to Weydewerken in vnſeme Vorſte der Oldenburch van der Bode an wante an dey ſcheydinge óres Holtes to eyneme eygendomme dem Goddeshus ewiliken to bliuenne ledich vnde vri van allerleye Vógedige op dat wy deylaſtich werden órer bróderſchop vnde aller guden werk dey in deme Goddeshus óder in al ȯren Kloſteren volbracht werden. Des hebbe wey ergenanten Henrik vnde Ólrik disſen breyff beſegelt myt vnſer beyder anghehengeden Ingeſegelen nach Goddes bort Duſent Jar in deme drenhunderſten Jare, in ſente Egidius Dage des hilgen abdes.

IX.

OLRICVS COMES DE REGENSTEIN VENDIDIT PRÆPOSITO ECCLESIÆ S. WIPERTI IN QVEDELINGEBORCH ADVOCATIAM MANSI VNIVS IN ZTATTELE, ITEM ADVOCATIAM MOLENDINI CVIVSDAM ETC.

A. 1300. NOs *Olricus* Dei gratia *Comes de Reghenſteyn* recognoſcimus & preſentibus literis notum eſſe cupimus uniuerſis, qvod nos Honorabilibus

bus viris, - - Prepoſito videlicet de Conuentu Eccleſie ſancti Wicperti in Quedelingeborch vendidi Aduocatiam manſi unius, & dimidii, ſitorum in loco qvi *Ztattele* dicitur, pro recepto ab eis precio, qvinqve marcharum Stendalienſis argenti, Aduocatiam inſuper cuiusdam Molendini in occidentali villa Quedelingeborch qvod *Sherra* uulgariter nuncupatur, nec non & aream vnam eidem molendino contiguam in parte auſtrali, qve qvidem area, a Boda usque ad foſſatum curie *Guntekemberch* protenditur, tam cum Aduocaticio qvam cum reliquo toto iure, qvod in ipſa area nobis hucusqve competere videbatur - | Prepoſito & Conuentui iam predictis pro octo marchis Stendalienſis argenti nos nichilominus recognoſcimus vendidiſſe. Ne igitur ſuper premiſſis in poſterum valeat dubitari, preſentes literas inde conſcriptas & ſigilli noſtri appendiculo roboratas predicte eccleſie ſancti Wicperti in teſtimonium premiſſorum duximus erogandas, Teſtibus ſubnotatis, qvorum nomina ſunt hec, Bernardus de Ditforde, Lodewicus de Eluelingerode, Betemannus de Hoyem, Godele aduocatus noſter, milites, Tyleke Mor, Johannes de Eueſſem, & filius eius Johannes, Fridericus agnomine Sultepennig, & qvamplures alii fide digni, factum & datum in Quedelingeborch, anno Domini M°. CCC°. In vigilia ſancte Lucie virginis.

X.

OLRICVS SENIOR COMES DE REGENSTEIN
DONAT CONVENTVI S. WIPERTI AC ECCLESIÆ EIVSDEM ADVOCATIAM TRIVM AREARVM.

Nos *Olricus* Dei gratia ſenior *Comes de Regenſteyn* vniverſis Chriſti fi- A. 1317.
delibus ad qvod preſens ſcriptum peruenerit Recognoſcimus ac preſentibus publice proteſtamur. Qvod de maturo conſilio noſtrorum heredum pro ſalute animarum noſtrarum donauimus ac preſentibus damus Religioſis viris domino prepoſito ac conuentui ſancti Wicperti ac eccleſie eiusdem *Aduocatiam trium arearum* qvarum vna fuerat domini *Godelini* militis. Altera *Siſikis*. Tercia *Cruſebomes*. Que aree ſite ſunt in villa Occidentali prope Quedelingburch & prope allodium eccleſie ſancti Wicperti memorate, & cum hoc viam qve ducit ad aream qve vocatur *Wiltewort* cum omni iure ac vtilitate ſecundum qvod ad nos dicebantur pertinere. In cuius rei teſtimonium preſentem paginam ſigillo noſtro munita

prefatis dominis dedimus ad cautelam , teſtes ydoneos ſubiungentes, Godelinum militem, Hinricum Mus, Conradum Luoneburch & qvam plures fide digni. Hec autem acta ſunt anno Incarnacionis dominice M°. CCC°. XVII. In die Inuencionis ſancte Crucis.

XI.

BERNHARD COMES DE REGENSTEIN
PVBLICE PROTESTATVR LITES INTER ABBATISSAM EIVSQVE ECCLESIAM ET HENNING DE GOSLERE CET. MOTAS COMPOSITAS ESSE ETC.

A. 1331. We *Bernhard* von der gnade Goddes *greue von Reghenſteyn* bekennen openbare in diſſeme ieghenwordighen Breue alle den de en ſen oder horen, dat alle de were de twiſchen der Erbaren Vrowen vnſer Vrowen der ebbediſchen vnde deme godeshuſe der burch to Quedelingeburch af eyne ſid, vnde Henninge vnde echt Hennige brôderen von Goslere vnde erer môder af ander ſid werende was, is eyn bericht vnde verſûnet ding: Were auer ef hern Hinrikes ghudes von Rimbeke ieman icht hedde, dar Henning vnde echt Henning vorbenomeden brodere vnde ere môder recht to hedden wen ſe darumme beſchuldigheden de ſcal en dar to antworden als eyn recht is. To eyner betuginge diſſer vorbeſcreuen ding hebbe we Bernhard vorghenante greue von Reghenſteyn vnſe Ingheſeghel to diſſeme breue ghehenget laten. Na Goddes bort duſent Jar, drehundert Jar in deme eynen vnde drittegheſten Jare an ſinte Vrbanes auende des heylighen biſcopes.



XII.

ALBERTVS ET BERNHARDVS COMITES DE REGHENSTEIN DIMITTVNT ECCLESIÆ ET COLLEGIO BEATÆ VIRGINIS MARIÆ IN MONCINGEBERCH QVEDLINBVRGI VNVM MANSVM CVM DIMIDIO IN WEDDESLEVE.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis amen. Hominum de geſtis brigoſa & difficilis naſceretur calumpnia, niſi rerum obliuio verbis teſtium & ſcripture teſtimonio auferretur. Hinc noſcat tam preſens etas, qvam poſteritas futurorum. Quod nos *Albertus* & *Bernhardus* gracia Dei *Comites de Reghenſteyn*, cum conſenſu *Olrici*, *Gunteri* & *Siffridi* fratrum noſtrorum, ac cum conſenſu omnium heredum noſtrorum, nec non qvorumlibet illorum, qvorum conſenſus ad hoc reqviritur, vendidimus ac dimiſimus, Eccleſie & collegio beate virginis Marie in *Moncingeberch* extra muros ciuitatis Quedelingeborch, vnum manſum cum dimidio, ſitos in campis *ville Weddesleue* pro viginti & quatuor marcis Stendalienſis argenti, nobis totaliter perſolutis, cum proprietate & omni iure ſimpliciter in perpetuum liberaliter poſſidendos. Item transtulimus & per preſencia transferimus in dictam eccleſiam ſeu monaſterium, omne Jus, qvod in prefato agro habuimus, noſtro & noſtrorum heredum nomine, iam natorum & naſciturorum in poſterum, dicto monaſterio ſufficientem Warandiam in premiſſis, contra perſonas quaslibet, ſpirituales, & ſeculares, amputatis exceptionibus, promittentes. Item villani predicte ville, nomine predicti agri, neqve ad exactionem, nec precariam, neque ſimpliciter ad aliqvod ſeruitutis onus, nobis, aut noſtris aduocatis, de cetero tenebuntur. Item donacioni vnius manſi, in eiusdem ville campis ſiti factam ſalubriter a noſtris parentibus, felicis memorie in ſuarum animarum remedium, pro nobis, & omnibus noſtris heredibus, conſentanee confirmamus, nos & omnes ſucceſſores noſtros, ad premiſſorum inuiolabilem obſervantiam fideliter obligantes. Teſtes huius rei ſunt A. 1333.

Dominus Henricus de Hoyem,

Bertrammus de Ylſeneborch, famuli, & qvam plures alii fide dingni.

In qvorum pleniorem noticiam noſtra ſigilla anno Domini M°.CCC°. XXXIII°. feria tercia poſt dominicam Letare Ieruſalem. Inſignum perpetue durationis; preſentibus ſunt appenſa ∴

(Sigillum Alberti ap. Ketner in Antiq. Qvedl. Tab. V. n.28.) (Sigillum Bernardi)

XIII. OL-

XIII.

OLRICK GRAVE TO REYNSTEIN BELEHNET GHVNZEL VON GRONE, VND MITBELEHNTE MIT EINEM MANNLEHNE BELEGEN ZV DESSINGERODE VND ABTERODE.

A. 1483. We *Olrick Graue* vnd here *to Reinſtein* nu de eldere. Bekennen openbar in duſſem openen breue vor alſweme, dat we belegen hebben, vnd mit craft duſſes breues beligen to eynem rechten eruen ſampden manlehne Ghuntzele van Grone den elderen alſe eynen eldeſten to getruwer vnd ſampdere hand Hanſes Diderickes Iohanne Guntzels des iungern ſinere brudere, Hanſes Hermens Bruninges vnde Ernſtes ſyner vedderen alle genant von Grone mit dride haluen Houen landes, vnde mit twen hofen gelegen in der veltmarke vnde dorpe to Deſſingerode, vnde mit eyner houe landes gelegen to Abterode mit alle oren tobehoringen in mathen deſulven gudere Guntzel vnde Hans von Grone ore elderen de touoren van vns to lehne gehad hebben, vnde de genante Ghuntzel hefft vns dare ouer itzund gelouet vnde geſworen, ſulke gudere touerdenen, vnſe beſte to wetten vnde ſchaden to wernen vnde ſo dane to entfangende vnde den lehnfolge to donde ſo dicke vnde vele ſeck na lehns falle geborende wert ane geuorde. Vnd we willen ſulker gudere Guntzel alſe deme eldeſten to getruwere vnde ſampdere hant ſince brudere vnde vedderen rechte bekennige here vnde were ſin ane geuerde. Des to orkunde hebbe we vnſe Ingeſegel witleken heten hengen vnden an duſſen breff, de gegeuen is na der gebord Chriſti vnſes heren verteynhundert darna in dem dre vnd achtigeſten iare am Sondage Vocem iocunditatis.

XIV.

HERMEN VND JAN GEBRÜDERE VON BRVNSRODE VERKAVFFEN DREY HVFEN LANDES ZV NYENSTEDE ETC. MIT VORBEWVST ERNST BOK VND ERNST VON DOTZEM.

A. 1416. We Hermen vnde Jan brodere van Brunſrode bekennet openbar in duſſem breue vor vns vnd vſe eruen dat we vorkoft hebben vnd vorkopen

vorkopen to eynen rechten kope drc houe landes beleghen vppe dem velde to Nyenſtede myd al oren tobehoringhen in velde in holtem weyde vnd wu mede benomen mach Hanſe van Salder, hern Jans ſone vnd ſynen eruen de We hadden to lene gehad van vnſem gnedighen hern van Hildeſem, de we om vpghedraghen hebben myd twen ſynen beleghen mannen alſe by namen hern Ernſte Bokke vnde Ernſte van Dotzem, vnde hebben de vorſcreuen houe myd dem houe de dar to hort, vnd myd al oren tobehoringhen Ernſte van Salder vnde ſynen eruen gheantwerdet, vnd in ore were gelaten, vnd hebben der vortichte ghedan, vnde vortighen alſo dat we eder vſe eruen dar nicht mer vpſtricken ſchullen eder en willen, vnd hebben duſſes to bekantniſſe vſe Ingeſegel witliken gehenghet an duſſen bref. Vnd we Ernſt bok ritter vnde Ernſt van Dotzem knape bekennen vor alſweme in duſſem ſuluen breue dat os witlik is vnde daran vnde overweſen hebben, dat duſſe vorſcreuen kop vnde vpdracht geſchen is alſe vorſcreuen is, vnde hebben duſſes to bekantniſſe vmme bede willen der vorſcreuen van Brunſrode vſe Ingeſegel witliken gehenget by ore Ingeſegel an duſſen bref. Na goddes bort verteynhundert iar dar na in dem ſeſteynden Iare des ſonnavedes negſt na ſunte Michel dage des hilgen ertzeenghels.

XV.

OTTO COMES DE EVERSTEIN HENR. DE STENBERCH IN FEVDVM DAT BONA IN DESELDESSEN, WEDERSEN, YMMESSEN ET ERMENSVLEN.

Nos Comes Otto de Euerſtene puplice proteſtantes notum facimus omnibus audituris preſentia, ſeu viſuris, qvod Henrico de Stenberch fratribus ſuis verisque ſuis heredibus de bonis noſtris in Deſeldeſſen, Wederſen, Ymmeſſen et Ermenſullen villis, ſitis vbicunque locorum, et ipſe qvocunque neceſſitas requiſierit veram Warandiam facimus verbis veridicis inſuper affirmantes, qvod nec gratia, nec odio nec malicia ſiue caſu quocunque ad locum Aluelde veniendi nos ſubtrahimus, cauſa vera et legitima preiacente. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. A. 1298.

Datum et actum in caſtro Pollo, anno incarnationis domini M. CC. Nonageſimo octauo, in die Commemorationis ſancti Pauli.

XVI.

GRAFF VLRICH ZV REGENSTEIN VND BLANCKENBORG BELEHNET ERNSTE VON GRONE DESSEN GEBRüDERE VND VETTERN MIT EINEM MANLEHNE ZV DESSINGERODE.

A. 1508. We Vlrick Graue vnnde here tho Rheinſtein vnde Blanckenborch Bekennen openbar in duſſem opem breue vor alſweme dat we belegen hebben vnnde mit crafft düſſes breues beligen tho eynem rechten eruen ſampden mhanlehne in fulmacht vnde anſtadt Hans von Grone alſe den eldeſten den geſtrengen Ernſte van Grone to truwer vnde tho ſampder hanth Diderick Hanſe Johann vnde Hinricke gebroderen vnde vedderen alle genanth van Grone mit driddehaluen houen landes vnde mit twen hoffen gelegen in der veltmarcke vnde dorpe tho Deſſingerode vnde mit eyner houe lands gelegen tho Abterode mit aller thobehoringen in mathen Guntſell van Grone vnde Hans von Grone or eldern ſodane gudere tovorn van vnſem vedderen ſeligen tho lehne hebben gehadt, vnde de genante Ernſt hefft vns darouer gelouet vnde geſworen ſolche guder to vordeynen vnſe beſte to wetten, vnde ſchaden tho wernen vnde ſodane gudere to entfangende vnde den lehnen folge thodonde ſo dicke vnde vele ſek na lehems falle geborende werth. Vnde we willen ſolcher gudere Hanſe alſe den eldeſten in maten Ernſt in fulmacht vnde anſtadt ſiner tho truwer vnde to ſampder hanth ſiner brodere vnde vedderen entfangen hefft ſin bekennige here vnde wehre ſin vor aller rechten anſprake wur ohn des noith is. Des to bekanteniſſe hebben we vorgenante Graue vnde Here vnſe Inngeſegell witliken dohn hangen an duſſen breiff, de gegeuen is na criſti vnſes heren geborth vefftheynhunderth vnnde achte Iar. Ame Middeweken na Priſce virginis.

XVII.

HENRICVS ABBAS, LVDOLFVS PRIOR, ALBERTVS PREPOSITVS, TOTVSQVE CONVENTVS ECCLESIÆ CORBEIENSIS CONSENTIVNT IN VENDITIONEM BONORVM AD PREPOSITVRAM SPECTANCIVM IN VILLA BEVEREN SITORVM, REEMTIONIS TITVLO.

A. 1290. Nos Henricus Dei gracia Abbas, Ludolfus prior, Albertus prepoſitus totusque conuentus eccleſie Corbeyenſis notum eſſe volumus vniverſis

verſis quod de voluntate et conſenſu noſtro predictus Albertus prepoſitus omnia bona in villa Beueren ad prepoſituram ſpectancia eo iure et penſione ſicut ipſe habuit vendidit domino Arnoldo dicto de Hauersuorde militi Ludolfo de Indagine et Wasmodo ſuo filio et eorum heredibus pro quatuor marcis puri argenti poſſidenda. Quouſque dicto prepoſito aut nobis pro eadem ſumma quatuor marcarum ſe facultas offerit reemendi, quod fieri poterit omni anno infra diem beati Martini et feſtum Paſce. In cuius facti memoriam preſens ſcriptum ſigillis noſtris dedimus roboratum.

Datum anno Domini M.° CC.° XC.° Dominica ante aſſumpcionem beate virginis.

XVIII.

JOHANNES DE BESSEKENDORP ET THIDERICVS DE OLDENDORP PROMITTVNT ARNOLDO DE HAVERSWORD, WASMODO DE HAGEN SEX EQVOS ATQVE DVOS SERVOS ETC. REPRESENTARI APVD LINVM.

Vniuerſis preſencia audientibus vel viſuris recognoſcimus, quod nos A. 1300.
Iohannes miles de Beſſekendorp, nec non Thidericus famulus de Oldendorp promittimus manu unanimi ſtrenuis militibus Arnoldo de Hauersword Waſmodo de Hagen ſex equos atque duos ſeruos vna cum XLVI. fruſta ſalis apud Linum locum vnde exeunt repreſentari infra dominicam nec neutram et quindenam tali conditione interſerta quod diem placiti interim vtrobique ſeruaturus, et amicabili compoſitione poſſumus renunciari noſtra via quod abſit, ſi aliquod infra terminum ſuper premiſſa interuenerit noſtro iuramento equos iam dictos ſiue alias res ſolvemus confirmando vel in noſtra amicicia ſimus et fauore, quod noſtris ſigillis vulgariter duximus roborandum.

Datum anno Domini MCCC. in vigilia Viti et Modeſti, feria quarta.

XIX.

ALBERTVS DVX IN BRVNSVIC DIMITTIT WASMODO DE INDAGINE QVARTAM PARTEM CASTRI NIENOVERE REEMTIONIS TITVLO, ET RESERVATA APERTVRA.

A. 1311. Dei gratia Nos Albertus Dux in Brunſwic publice recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod Waſmodus de Indagine miles de pecunia pro qua Caſtrum novum Nienovere Hinrico militi dicto Jonde pro nos eſt obligatum, eidem Hinrico Trecentas marcas puri argenti, ex parte noſtra totaliter expediuit, pro quibus trecentis marcis, quartam partem dicti Caſtri noſtri Nienovere, eidem Waſmodo militi et ſuis heredibus præſentibus obligamus tali conditione adiuncta, quod quandocunque nos vel noſtri heredes decreuerimus redimere dictum caſtrum noſtrum, idem Waſmodus ſuam partem eiuſdem caſtri nobis dabit ad redimendum ſimiliter pro pecunia pernotata, propterea omnia alia que cum dicto Hinrico milite per nos ſunt placitata, et literis noſtris ſibi ſuper obligationem dicti caſtri datis inſcripta, predictus Waſmodus miles et ſui heredes, nobis ſimiliter obſeruabunt, et precipue nobis et noſtris heredibus idem caſtrum in omnibus noſtris neceſſitatibus patens eſſe debet, de quibus omnibus obſeruandis predictus Waſmodus miles nos certificabit ſuis literis et amicis. In premiſſorum teſtimonium, noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum. Datum et actum Nerthem Anno Domini M. CCC°. undecimo, in die beati Nicolai Epiſcopi.

XX.

ALBERTVS DE AMELVNGENSEM CANONICVS PADERBORN, EIVSQVE MATER VREDERANA, AC HEREDES CEDVNT CERTA BONA CVM OMNI VSVFRVCTV HENRICO ET WASMODO DE HAGEN, RESERVATA REDIMENDI LIBERTATE.

A. 1313. Nos Albertus de Amelungenſen, Eccleſie Paderbornenſis Concanonicus. Vrederana noſtra mater, et filii Ecberti fratris noſtri ac veri noſtri heredes recognoſcimus in hiis ſcriptis dilucide proteſtantes, quod omnia

omnia bona que in villis et in campis, Wergeſen, Nortberge, Solingen, Selhoſen, et Tonheſtern, nos contingunt cum omni uſufructu obligata duximus *Henrico de Hagen* noſtro Sororio, pro dono propter nuptias, quod vulgariter dicitur Brutſcath, et Waſmodo de Hagen militi, ac ipſorum veris heredibus, pro octoginta Marcis grauiorum denariorum Huxarienſium legalium, et pro pecunia tali, quam idem Henricus de Hagen apud Heydenricum de Vslaria famulum expendiderit pro bonorum redemptione iam predictorum. Ita ſane quod eorundem bonorum in feſto Walburgis cuiuslibet anni liberam redimendi habebimus facultatem. Ego quoque Herboldus de Amelungeſſen famulus hec preſcripta eſſe recognoſco facta vero et ordinata meo conſenſu benivolo mediante. Nos Gr. Albertus et Heriboldus predicti de Amelungeſſen ad evidentiam pleniorem hoc ſcriptum roborauimus noſtrorum appenſione ſigillorum. Nos Burchardus de Aſſenburch miles eciam noſtrum huic ſcripto ſigillum appoſuimus loco teſtis, alii quidem teſtes huius rei ſunt:

Decanus in Huxaria. Arnoldus de Hauersvorde. Her Haſsle milites. Güntherus de Hedewiveſſen. Iohann de Euerſteyn, Tymmo Greue. Henrich de Godelen. Albertus et Heriboldus de Buſsen. Godſcalcus et Lambertus de Lacteringen. Bernhardus de Curia. Ambo, Boſen, et quam plures alii fide digni.

Datum Anno Domini M. CCC. XIII. in vigilia beati Martini Epiſcopi et confeſſoris.

XX.

ARNOLDVS ET FLORINVS DE HAVERSVORDE OPPIGNORANT DIMIDIETATEM VILLICACIONIS IN WINDEVELDE WASMODO DE HAGEN ET SVIS HEREDIBVS. EX AVTOGR.

Nos Arnoldus miles et Florinus famulus dicti de Haverſvorde, vniuerſis preſencia viſuri et audituri notum facimus lucide proteſtantes, quod nos cum conſenſu omnium heredum noſtrorum dimidietatem villicacionis noſtre in Windevelde cum omnibus ſuis attinenciis, quod *aller-* A. 1323.

 ley

ley geslat nut vulgariter nuncupatur ſtrenuo militi Waſmodo de Hagen, Arnoldo Heyneken, Erneſto ſuis filiis et ſuis veris heredibus pro viginti marcis puri argenti obligauimus tali modo. Quod intra quatuor annos a feſto Sancti Michaelis nunc proximo continue ſubſequentes redimere non poſſimus, ſed prefatis quatuor annis tranſactis, aliis ſubſequentibus predictos redditus, nos Arnoldus et Florinus prefati vt noſtri heredes pro eiſdem viginti marcis puri, vt pro earum valore in denariis prout hoc fere ſoluerit redimere poterimus vtcunque nobis videbitur expedire. In cuius rei euidens teſtimonium ſigillo mei Arnoldi de Hauerſuorde militis preſens ſcriptum roboratur anno Domini M°CCCXXIII. in vigilia beati Iohannis baptiſte.

XXII.

HERTZOG ERNST ZV BRAVNSCHWEIG SETZET HEINRICH VND ARNOLD GEBRÜDERE VON HAGHEN ZV VOGHEDEN DES HAVSES LEWENWORDE VND ÜBERLÆST IHNEN DIE HELFTE DIESES HAVSES NEBST ZVBEHÖRVNGEN.

A. 1355. Von der Gnade Goddes We *Ernſt Hartoghe to Bruneſwich* Hartoghen *Albrechtes* ſone don weten alle den de deſſen breff ſen eder horen, dat We von vnſer vnde vnſer rechten eruen weghene Henrike vnde Arnolde Knechte broder von deme Haghen hebben gheſat to vogheden op uſe hus to Lewenvorde vnde beueled ön dat met alle deme dat dartohoret alſüs dane wis dat duſſe vorbenomden brodere un öre rechten eruen ſchüllen hebben an dem halffen deyle des ſulven huſes vnde an dem halven deyle des ghudes dat dartohöret twintigheſte halue mark vnde hundert lodeghes ſulvers. De en ſchulle we ok edder uſe eruen nicht entſetten binnen den negheſten drey Iaren de anghan to ſente Michahelesdaghe de nu aller nilkeſt kumpt. Wanne we ok eder uſe eruen duſſen halften deyl des huſes vnde dat dartohoret von ön nemen willen, vnde ön dit gheld bereden, dat ſchulle we eder uſe eruen ſe eder ere eruen laten vore weten eyn half iar von der ſat de danne oppe dem velde were ſchullen ſe eder ere eruen us eder uſen eruen den tegheden vnde den dridden deyl geven. Se ſchullen ſek ok hölten to erer nüt twiſchen deme

Soltbeke

Soltbeke vnde deme Watucke. Wolten de vruwen von Berenghuſen ſe wes ſchuldeghen von duſſes huſes weghene vnd des huſes vnde dar wat anſpreken der ſchuldinge vnde der anſprake ſchulle we ſe afnemen. Wolte ſe ok iemetz man verunrechten dat ſchun ſe vns eder uſem amechtmanne, were wem dem lande nicht, kündighen. Mochte we eder uſe amechtman en binnen ver weken nenes rechtes helpen ſo moghen ſe ſek von deme halften deyle des huſes ſuluen helpen wes ſe moghen. Eres rechten ſchun we eder uſe amechtman macht hebben. Were ok dat we eder uſe eruen des huſes bedochten to uſer nod dat ſchal üs open weſen, ſo ſchulle we dar op ſenden uſer man alſo vele dat et bewaret ſi vnd ſchullen ſe bekoſteghen. Wanne we ok to alſo daner nod des huſes nicht mer enbedochten, ſo ſcholte we eder vſer eruen diſſen vorbeſcreuenen brödern eder eren eruen de helfte hes huſes weder antworden. To eneme orkunde deſſer dingh hebbe we on ghegheuen deſſen bref, beſegheled mit uſem ingheſeghele na godes bord driteynhundert iar in deme viften vnde vugheſten Iare an ſunte Vites auende.

XXIII.

HINRICK HERTOGE THO BRVNSWIGK BELEHNET JOHANN, ERNSTE, VNDE IÜRGEN, VNDE HINRICKE GEBRODERE VOM HAGEN MIT VEER HOVE LANDES TO DÅLHEIM, EINER WERSTEDE VND EYNER VISSCHERIE ETC.

Vonn Godes gnadenn Wy *Hinrick* Hertoge tho *Brunſwigk* zeligern Hertogen *Hinricks Sone* bekennen openbare in duſſem unſen breue vor uns de hochgeborne Fürſten hern *Philippeſt* Hern *Ernſte* vnde Hern *Ericke* vnſe leuen *veddern* zeligern hertogen *Albrechtes* ſonen, vnſe erven vnde vor als weme alſo wy der ſüluen naturlike Vormunde ſin. Dat wy tho eynem rechtem mahnerue-Lehne beleghen hebbenn vnde belehnen iegenwordighenn in vnde mit macht duſſes breues mit hande vnde mit munde alſe mahneruelehns recht vnde wonheit is Iohanne Ernſte vnde Iürgen vnde Hinricke *vom Hagen* gebrodern Iohanne alſe den eldeſten vnder ohne vmb ſünderlikes vordeynſtes willen, den ſe uns gedan vnde mitydes noch dohn mogen mit veer houe landes belegen in der veltmarcke to Dålhem vnde eyner Werſtede vnde Viſſcherie up der Eünüer mit alle den tobehorungen alſe dat de graueſchop van Pormünt vonne vnſer A. 1494.

vnſer Herſchop vor tydes to lehne gehat vnde vorth mit alle den güdern de deſulue grauesſchop vonne vnſer Herſchop vnde voreldernn vor tydes to lehne gedragen wu de alle namen eghenen vnde der africhtinge dohn konnen, dat ſy in holte, velde watere wiſſchenn weyden vnde allen rechticheyden unde ampts daruonne nichtes uthbenemet. Vnde wy benohmede Furſte willenn ſodaner gudere myt oren rechticheyden ohre rechte bekennige here vnde were weſen wor wanne vnde wu vaken ohne des noyt is dat vonn vns eſſchen vnde vns nagebore egent. Vnde hebben des to orkunde unſe Ingeſegel dohn hangen an duſſen breff geuen na Criſti gebord vnſes Hern Verteynhundert darna im ver vnde negentigeſten Iare am Mandage na dem hilgem Sondage Trinitatis.

XXIV.

DE ALTARI SANCTI SPIRITVS IN ELTZE CONSTRVCTO EX CHARTVLARIO MEMBRANACEO.

A. 1344. In nomine Domini Amen. Nos *Henricus* Dei gratia Hillenenſis Eccleſie Epiſcopus ad perpetuam rei notitiam preſentibus literis proteſtamur. Quod deuoti viri fratres Kalendarum ſancti Spiritus de villa noſtra *Eltze* qui vulgo dicuntur *Kalendes brodere* celeſti inſpirati gratia ad augendum diuini numinis cultum, et tam ad viuorum ſpiritale ſolatium, quam ad defunctorum fidelium ſalubre remedium altare in eccleſia parochiali predicte ville conſtructum et ad honorem ſancti Spiritus paracliti dedicatum. Tribus manſis in campis ville *Medelen* ſitis cum curia et in eadem villa et omnibus ſuis iuribus et pertinentiis vbicunque ſituatis ad vſum ſacerdotis ſeu Rectoris qui idem altare pro tempore habuit de noſtro conſenſu et beneplacito iure perpetuo dotauerunt, cupientes Deo promouente in futurum ipſam dotem facere pinguiorem ſi eis ad id faciendum melior fortuna vel aptior optulerit ſe facultas. Et nos pium ipſorum conceptum grato animo amplectentes, indulſimus eiſdem preſentibus et indulgemus quod prouiſor ſeu procurator predictorum fratrum qui vulgariter Olderman dicitur qui nunc eſt, vel quem in futurum pro tempore eſſe contigerit, predicto altari de conſenſu et conſilio confratrum ſuorum quotiens ipſum altare per mortem ſui Rectoris vel quem cunque alium modum vacare contigerit prouideat de bona perſona et ydonea in ſacerdotio exiſtente aut que poſſit et velit infra annum a prouiſione ſibi facta proximum

